

CHRISTIAN ERNST GRAF ZU STOLBERG

D. BVRCARD GOTTH. STRVVII

SERENISSIMOR. SAX. DVCVM ET SERENISSIMI MARCHIONIS BRANDEBVRGO-CVLMBACENSIS DVM VIVERET A CONSILIIS AVLICIS IVRISPVBLICI FEVDALIS ET HISTORIARVM PROF. PVBL. ORD. ET HISTORICI SAXON.

IVRISPRVDENTIAE HEROICAE

SEV

IVRIS

QVO

ILLVSTRES VTVNTVR

PRIVATI

PARS II.



OPVS POSTHVMVM

QVOD

EX B. AVTORIS SCHEDIS EDIDIT

SIMVLQVE

VARIAS OBSERVATIONES ET INTEGRAS DISSERTATIONES

INSERVIT

IO. AVG. HELLFELD D.

IENAE

APVD IO. ADAM MELCHIOR

MDCC XXXXIIII.



LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

D. IO. AVGVST. HELLFELD.

OFFERO iam Tibi B. L. alteram *iurisprudentiae Heroicae* partem, post fata B. STRUVII ex eius schedis collectam. Argumenta, quae Tibi exhibentur, praeter iucunditatem vtilitas et vsus in illustrium caussis quotidianus commendat. Sunt enim de *iure dispensandi circa matrimonia illustrium*, de *ma-*

trimonio inaequali illustrium virorum, de *matrimonio ad Legem Morganaticam inito*, de *matrimonio feminarum illustrium inaequali*, de *nuptiis personarum diuersae religionis*, de *nuptiis per procuratorem*, de *matrimonio virgineo et conscientiae*, de *nuptiis illustrium secundis*, de *imperio illustrium maritali*, de *dote et pactis illustrium dotalibus tam exterorum quam Germanorum.*

Non est igitur, quod praefando prolixiores simus eaque extollamus, quae ob STRUVIANUM nomen argumentorumque dignitatem praestantiamque, nulla indigent laude. Hinc mutati solum propositi paucis reddenda erit ratio. Primo enim ab ordine, quem in conspectu priori parti praemisso mihi dixi seruandum, recessi; dum capita de maritali imperio

et

et dote illuſtrium, tertiae inſerenda parti, ſecundae addidi. Aſt non defuerunt mutati rationes conſilii. Erat enim, dum partem ante annum euulgarem primam, penes me conſtitutum, ſingulis nundinis nouam, duo, vt dicere ſolent, Alphabetha conficientem, in publicum emittere, ideoque in minores totum opus diſſecui partes. Aſt bibliopola, cui conſultius videbatur, non ſingulis nundinis minorem ſed potius ſingulis annis maiorem typis exſcribere faſciculum, me a propoſito dimouit, indeque factum, vt quae tertiae deſtinata erant parti, ſecundae adiungerentur ſicque libro ex bibliopolae deſiderio iuſta redderetur magnitudo. Deinde mea interdum immiſcui, incertus an felicibus ſeu infauſtis laboris auſpiciis. Interim accipe conatus

 ratio-

rationem. Socer pie defunctus ad scribendam heroum iurisprudentiam non eo accessit animo, vt iura, quae inter illustres obtinent, colligeret ac demonstraret, sed potius, vt exemplis et rerum gestarum monumentis, quae illustrium moribus seruantur, illustraret. Patet hoc ex prima, quam publici iuris fecimus parte, in qua obuia vbique selecta et plane singularia exempla clariora quidem reddunt illustrium iura, ast rariora admixta sunt iuris principia. Inde plures fuere, qui exemplis vt iura iungerentur, litteris ad nos datis desiderarunt. Horum an satisfacerem desideriis, graues ob causas diu dubius ancepsque haesi, ast ne quid deesset, quod operis gratam efficeret editionem, constitui rei periculum subire et singula capita, vbi necesse visum, in duas

diui-

diuidere sectiones, quarum priori praecipua iuris capita meis elaborata curis illustranda, altera vero exemplis a B. STRUVIO collectis iura illustrium mihi confirmanda sumsi.

En igitur in parte, quae iam Tuo B. L. iudicio traditur benigno, mei quaedam laboris specimina. Capiti enim secundo de *matrimonio illustrium virorum* integram sectionem praemisi, et sectioni tertiae de *matrimonio ad L. Morganaticam* varias adiunxi Paragraphos. Capiti IV. *de matrimoniis inter personas diuersae religionis* quaedam iuris addidi principia a §. I. vsque ad X. *Matrimonia illustrium per procuratorem* per sectionem primam, quam elaboraui integram, ex iuris tam naturae, quam Canonici et Germanici principiis vt et moribus, qui inter gentes obti-

nent,

nient, illustraui. Capiti septimo *de secundis illustrium nuptiis* varia ex dissertatione CELEB. BOEHMERI de hac materia immiscui iuris dogmata. Meas quoque capiti octauo de *potestate maritali* adiunxi cogitationes, quae in priori huius capitis sectione exhibentur. Haecce mea si penitus non erunt ingrata, tertio fasciculo caput de *iure personarum illustrium in aliena commorantium territorio*, caput de *dote, Morgengaba et dotalitio illustrium* simulque varia de *iudice in caussis illustrium matrimonialibus* inserere animus est.

Vale ac faue.



IVRIS



IVRIS PRVDENTIAE HEROICAE

PARS SECVNDA.

CAPVT I.

DE IVRE DISPENSANDI CIRCA MATRIMONIA ILLVSTRIVM.

SVMMARIA.

§. I.

Ius dispensandi legislatori competit.

§. II.

Hinc circa leges diuinas homo dispensare nequit.

§. III.

Imo nec pontifex.

§. IV.

Quem tamen dispensasse varia probant exempla.

§. V.

Dispensari potest a legislatoribus humanis circa gradus iure diuino expresse non prohibitos. Quod Lutheri testimonio probatur.

§. VI.

Illustres aut imperio subsunt, aut non. Hi nulla circa leges humanas indigent dispensatione.

§. VII.

Ast illa necessaria est iis, qui sub imperio sunt, et dispensant imperantes summi. Prout inter imperatores Conradus I. et

§. VIII.

Ludouicus Bauarus.

§. VIIII.

Dubia contra legislatoriam imperatoris potestatem in causis matrimonialibus mota remouentur.

nient, illustraui. Capiti septimo *de secundis illustrium nuptiis* varia ex dissertatione CELEB. BOEHMERI de hac materia immiscui iuris dogmata. Meas quoque capiti octauo de *potestate maritali* adiunxi cogitationes, quae in priori huius capitis sectione exhibentur. Haecce mea si penitus non erunt ingrata, tertio fasciculo caput de *iure personarum illustrium in aliena commorantium territorio*, caput de *dote, Morgengaba et dotalitio illustrium* simulque varia de *iudice in caussis illustrium matrimonialibus* inserere animus est.

Vale ac faue.





IVRIS PRVDENTIAE HEROICAE

PARS SECVNDA.

CAPVT I.

DE IVRE DISPENSANDI CIRCA MATRIMONIA ILLVSTRIVM.

SVMMARIA.

§. I.

Ius dispensandi legislatori competit.

§. II.

Hinc circa leges diuinas homo dispensare nequit.

§. III.

Imo nec pontifex.

§. IV.

Quem tamen dispensasse varia probant exempla.

§. V.

Dispensari potest a legislatoribus humanis circa gradus iure diuino expresse non prohibitos. Quod Lutheri testimonio probatur.

§. VI.

Illustres aut imperio subsunt, aut non. Hi nulla circa leges humanas indigent dispensatione.

§. VII.

Ast illa necessaria est iis, qui sub imperio sunt, et dispensant imperantes summi. Prout inter imperatores Conradus I. et

§. VIII.

Ludouicus Bauarus.

§. VIIII.

Dubia contra legislatoriam imperatoris potestatem in causis matrimonialibus mota remouentur.

§. X.
Ast successu temporis in caussis matrimonialibus legislatoriam potestatem sibi sumserunt pontifices, quod factum dum ipsi imperantes caussas matrimoniales ad concilia detulerunt, prout factum ab Ottone IIII. et

§. XI.
In Oriente ab Andronico.

§. XII.
Conciliorum in matrimonialibus potestatem ipsi agnouerunt pontifices.

§. XIII.
A conciliis vero ad ipsos pontifices peruenit dispensandi potestas.

§. XIIII.
Qua tamen opus non est protestantibus principibus, quippe qui sibi ipsis dispensant.

§. I.

Cui ius competit leges constituendi, illi quoque soli potestas dispensandi, si quae vlli competit, est tribuenda. Hanc enim si alii cuidam concederes, illi simul legislatoriam euertendi potestatem ius dares.

§. II.

Iura quae circa matrimonia sunt constituta, aut a Deo, aut ab homine sunt sancita. Et cum dispensandi potestas, non nisi legislatori competat (§. 1.) in legibus a Deo constitutis nullam hominibus dispensandi potestatem superesse, clarum est. Quaecunque igitur de matrimoniis a Deo sunt constituta, illa ab illustribus quoque sunt obseruanda, ac inde in gradibus Scriptura sacra expresse prohibitis, illustrium nuptiae sunt illicitae, nullaque humana prodesse potest dispensatio. Sunt tamen, qui putant, dispensari quoque posse in gradibus diuino iure prohibitis, quorum argumenta vide apud PFEFFINGER *Vitriario illustrato* lib. III. Tit. XVII. §. 109. b. Ast cum ipsa recta ratio quasdam nuptias prohibendas censeat, cur non Dei prohibitiones pro sapientissimis habeamus easque obseruemus?

§. III.

In gradibus igitur iure diuino prohibitis nec pontifici dispensandi ius est (§. 2.) quod et ipsi agnouerunt pontifi-

A 4 ces

ces. Sic in cap. *litteras* * INNOCENTIVS III. decreuit: *vt in gradibus consanguinitatis diuina lege prohibitis sedes apostolica dispensare nequeat:* Et porro: *Quando aliquis consanguinitatis gradus obiicitur, in quo sedes Apostolica dispensare non potest.* FRANCISCVS SVAREZ ** sic statuit: *Nullam esse potestatem in Ecclesia neque ordinariam neque delegatam ad dispensandum in praeceptis Iuris naturalis, quorum obligatio est absoluta, independens ab hominum consensu.* Immo Glossa *** tradit: *quod licet pontifex dispenset cum aliquo ex potestate sua, ipse tamen dispensatus, non erit tutus in conscientia nisi habuerit caussam rationabilem obtinendi et acceptandi huiusmodi dispensationem.* Ideoque HIERONYMVS PRAEVIDELLVS **** reprobat, quod Martinus V. in matrimonio fratris cum sorore germana dispensaverit. ABBAS PANORMITANVS, licet alias admodum dubius haereat, tamen ait: † *Memini audiuisse in curia, numquid possit dispensari, vt Patruus ducat neptem ex fratre vxorem, qui gradus Iure diuino prohibitus est: Et tamen ad instantiam magni Principis audiui fuisse dispensatum; Sed puto, talem dispensationem fieri non posse, nisi ex maxima causa et ardua.* Hanc etiam sententiam curia et Parlamentum Galliae obseruant. †† Licet non desint, qui Papam etiam in gradibus Iure diuino maxime Leuiticor. XVIII. prohibitis posse dispensare, adserere non dubitant. Prouocantes ad concilium Tridentinum ††† maxime, si fiat ad

* C. XIII. X. de *spoliat. restit.*

** *De Legibus Lib. II. c. XIV. n. 5.*

*** *In cap. non est X. de Vot. et Vot. Redem. Idem tradit* PANORMITANVS Abbas in cap. *super eo* X. de *resurrectione.*

**** Apud *Laur.* KIRCHOVIVM consil. T. III. cons. I. qu. II. n. II.

† FRANCIS. MARC. *p. II. dec. CCCCLXIV.*

†† LVDOVIC. à SCHORA in consilio pro Henrico VIII. apud LAVR. KIRCHOV. *Tom. III. cons. III.*

††† *Sess. XXIV. c. 3.*

instantiam magnorum Principum, publicae vtilitatis caussa, et si vxorem suae dignitati conuenientem, reperire nequeat. * Immo in tantum hoc defendunt, vt etiam BASILIVS PONTIVS ** adserere non dubitet; *Iustà mihi videtur caussa, vt si Hispaniarum Princeps, cum ex vna parte digna tanta regia maiestate vxor non esset, nec sine graui inconuenienti iuxta prudentum aestimationem etiam adhuc illam ducere non posset, et ex alia parte illa, quae pari coniugio copulari possint, essent, aut haeresi infectae, aut suspectae, vnde probabile periculum imineret, vel pervertendi Regis vel inficiendi regni, quod non est difficile evenire, posset certe iuste dispensari, vt cum sorore nuberet, maxime si vterina non esset.*

§. IV.

Non desunt quoque varia exempla, quibus in gradibus diuino iure prohibitis pontifices dispensandi sibi sumserunt potestatem. Docet hoc exemplum Petri Lusitani, vxorem Alfonsi fratris, hoc adhuc viuo, ducentis *** Henrici VIII. Arthuri fratris relictam, **** Io. Casimiri Poloniae Regis, fratris Vladislai viduam sibi copulantium † in singulis per Papae Dispensationem, vt reliqua taceamus. Hinc quoque concilium Tridentinum †† si quis dixerit non posse ecclesiam in nonnullis illorum graduum Leuit. XVIII. dispensare, anathema.

§. V.

* RAPHA. VERSA *de Sacram: Matrim.* Qu. XVII. S. II. quem sequitur ANT. DIANA *Theol. morali p. IV. res. XCIII. et alii*, apud MYLERVM ab EHRENBACH *c. VIII. §. IV.*

** *Tract. de Matrim. Lib. VII. c. XXXII.*

*** Vide *iurispr. Heroic.* P. I. c. VII. §. 28.

**** C. I. §. XXIX. et XXIV.

† C. I. §. XXX.

†† Sess. VIII. sub Pio IV. Anno 1563. Can. 3.

§. V.

In gradibus iure diuino expresse non prohibitis, dispensari posse, eò minus dubium est, quo clarius patet, noluisse DEum, vt vltra gradus expressos, matrimoniorum prohibitiones extenderentur. (§. 3. Cap. VII. P. I.) Confirmat inter nostrates hanc sententiam LVTHERVS * verbis: *Gott rechnet nicht nach den Gliedern wie die Iuristen thun, sondern zehlet stracks die Personen. Sonst weil Vaters Schwester und Bruders Tochter in gleichen Gliedern seyn, müste ich sagen, dass ich entweder meines Bruders Tochter nicht nehmen könte, oder auch meines Vaters-Schwester nehmen möchte. Nun hat Gott Vaters-Schwester verbothen und Bruders Tochter nicht verbothen, die doch im gleichen Gliede sind.* Quam etiam repetiit in epistola ad Marquardum Schuldorpium, Pastorem quondam Kiloniensem, quam inserere ** placet. *Eure Schrifft so ihr am nechsten an mir gethan, habe ich vernommen mein lieber Marquarde, und kan leichtlich glauben, weis auch fast wohl daß sich viele ärgern, und gros gewäsch daraus machen, da ihr eurer Schwester-Tochter zu der Ehe genommen habet, und will euch nicht helfen, daß ihr es gethan habet mit meinem Rath und Vhrlaub, das ist, mit Gottes Rathe und Vhrlaub, den ich aus göttl. Schrifft genommen habe, ia das machet allererst die Aergernis am grösten, daß ihr den Ertz-Ketzer und verdammten Menschen, den Teufels-Apostel und Abgesanden, den Luther, hierinne zum Rath genommen und gefolget habet, dem allerheiligsten Vater dem Pabste, soltet ihr Geld gegeben haben, und demselbigen so einem Kramer solche Fraue abgekaufft und bezahlet haben, das waere recht christl. und goettl. gewesen, da waere kein Aergernis geblieben, und ihr waeret ein fromm Kind geehret worden, der Boesewicht Luther gibt Recht und nimmt kein Geld dafür, ist das eine grosse Dreustigkeit wie kan mans leiden?*

* *Im Büchlein vom ehl. Leben* T. II. Ienens. f. 149. sqq. et T. II. Altenb. f. 211.

** Habet illam AYRER *in commentat. de iure dispensandi circa connubia iure diuino non directe prohibita.*

Nun lieber Marquarde, ich bekenne und gestehe es, daß es mein göttl. Rath und Vhrlaub sey, denn da stehet unser Grund und Fels, was Gott nicht verbiethet, das soll iedermann frey bleiben, und niemand zu gehorchen ist, die das verbiethen, das Gott frey will haben, ohnschuldig ist iedermann wider solch Verboth mit Worten und Wercken zu thun, und immer das Wiederspiel zu Troze darwieder zu treiben Gal. 2. v. 5. Nun ist das offenbahr, es mag auch niemand sagen, daß das Gott nicht verbothen, sondern frey gelassen hat, daß sich Schwester-Kinder mit einander verehlichen, oder iemand seines Bruders oder Schwester-Tochter nimt, trotz der hier einen Buchstab anders anzöge, wiewohl sich der Pabst auch nicht so geschicklich düncket, solches nachzulassen, wo Geld oder Gunst die Vorbitte thun, ob gleich er noch so ein gestrenger Herr ist, wir achten aber, daß Gott der Allmächtige solchen ja so gleich sein Geseze zu machen und Leute zu ärgern, als der ist, und solte uns solche seyn lassen die Gott folgen, denn dem Pabst.

Aber das hilfft nicht, hier ist kein Hören, man sage, schreibe, singe oder lese, so stehn sie wie die Stöcke, ja wie die Steine kurzum Augen und Ohren zugethan, mit dem Kopf hindurch. Ketzer, Ketzer, Ketzer. Es ist nicht recht; es ist nicht recht; wie die tollen rasenden Hunde oder reisende Thiere im Walde, wolan, dieweiln sie denn schlecht es nicht hören, und mit Gewalt solche göttliche Freyheit gewehret und gedämpfet haben wollen, so sollen wir wiederum zu Trotze nun dulten Gewalt, alles das sagen und thun, was sie nur auf das allerhöheste verdreust und auf das allerbitterste ärgert. Sie sinds nicht anders werth, denn daß sie sehen und hören, was sie ärgert, dieweil sie also toben und rasen, wieder das, daß sie sollten begehren, wie geschrieben steht, hier will des sagens nicht, so soll hier ferne gar nahe von ihnen kommen. Ich habe auch eine Nonne genommen zu der Ehe, wiewohl ich es haett mögen gerathen und nicht sonderlich Vrsach gehabt, denn daß ich es dem Teufel mit seinen Suppen, den grosen Hansen, Fürsten und Biscopen zu Trotz gethan habe, welche recht unsinnig werden wolten, das geistl. Personen solten frey seyn, und wolte gern noch mehr Aergernisse anführen, wenn ich nur was mehr wüste, daß Gott gefiele und sie verdrösse. Denn damit kühle ich mein Müthlein an ihren Toben wieder das Evangelium, daß sie kommen

und

und ich gebe nicht darauf und fahre immer fort und denn es ie mehr, ie mehr sie es nicht wollen, sie pochen auf Gewalt, so trotz ich auf das Recht, und will warten, ob Gewalt oder Recht endlich gehn und bleiben werde.

Also rathe ich euch, daß ihr auch sollte es euer seyn, wo sie sich an euch ärgerten, denn das wäre eine Tumheit, daß ihr den rasenden des Evangelii zu Gefallen lebetet, da sie sich aber ärgern, das sollt ihr lachen und gutes Muthes seyn, dieweil ihr wisset, daß es Gott gefaellet,

Daß aber etliche Schwache auch sich daran aergern, das ist nicht unser sondern der Tyrannen Schuld, die dem Evangelio wehren, daß es nicht dahin kommen und die Schwachen unterrichten kann, darum müssen sie dafür antworten. Auch wenn es dahin kommt, daß göttl. Freyheit will gedämpfet oder geschändet werden, ist derselbigen mehr wahr zunehmen denn der Schwachen, denn an Gottes-Wort liegt mehr als an der ganzen Welt, drohen sie mit dem Tode, so hat Christus mehr Leben denn der Teufel Todes hat, wollen sie Güter nehmen, so ist Christus reicher denn sie; wollen sie ungnädige Herren und Iuncker seyn, so mögen sie ihre Gnade anbieten, da sie uns nicht nachlaufen, biß daß Christus Gnade nicht mehr nuzet.

Da stehet nun fest und kehret euch an kein Aergerniß, Zorn, Vngnad, Drohen, Schaden oder Gefahr, dieweil Gott nicht wieder euch, sondern mit euch ist, auf das unsere, der bey euch stehende klare Text, daß Schwester-Tochter vor Gott nicht verbothen ist, denn um Gunst und Geldes Willen, und nicht um Gottes Willen, daß wir es nicht um Gottes, sondern um des Geldes Willen halten, haltet sie nun gegen einander Gott und den Pabst, welcher der gröffeste sey, welchem mehr zu glauben und zu folgen sey, und welcher redlichere Vrsachen vor sich habe, Gott lässet dieses frey um seiner Gnade und unseres Gewissens willen, der Pabst verbietets und hälts gefangen um Geldes Willen, zum dritten habt ihr das mächtige Exempel Abrahams, welcher seine Sara bekannt vor seine rechte Schwester des Vaters halben, und nicht seiner Mutter halber. Gen. 20. Das muß seyn, daß es seine Stief-Schwester sey gewesen, oder wie der Text lautet, seines Bruders Haran, Tochter, Abraham aber ist weit mehr denn alle Paebste sind, der nicht zum Teufel gefahren

fahren, sondern hat GOtt gefallen in solcher Ehe so wird auch dem Exempel *etwa Gefahr entstehen, ärgern sie sich nun, und lästern des H. Ertzvaters Abrahams Werck und* Exempel, *so laß sie sich ärgern, GOtt, dem Abraham damit gefallen und gedienet hat, wird sie wohl finden. Alleine verachtet nur Ehre Aergerniß und Lästerer so hoch als sie eure Ehe lästern und verachten. Hiermit GOtt befohlen. Amen, zu Wittenberg den* 5. Ian. 1526.

Nec desunt alii, qui nostram tuentur sententiam. Ex Theologis eam habent BRENTIVS *, BVLLINGERVS ** SARCERIVS *** SPENERVS **** MEIERVS † aliique. Inde et Regia Maiestas Borussiae absque praeuia dispensatione huiusmodi nuptias suis permisit subditis, testantibus Rescripti verbis: *Da seine Königl. Majestät in Preußen unser allergnädigster Herr der Beförderung der Ehe in Dero Landen und* Peuplirung *derselben nachtheilig zu seyn erachten, daß vor die Königl.* dispensationes *Geld gegeben worden, so haben sie aus Landes väterl. Vorsorge in Gnaden* resolviret *dieses gerichtl. zu* abrogiren, *und iedermann frey zugeben, sich in denen* Casibus, *wo die Ehe nicht klar in Gottes Wort verbothen, sonder* dispensation *und Kosten nach Gefallen zu verheyrathen. Charlottenburg* d. 3. Iun. 1740.

§. VI.

Illustres aut cum imperio existunt summo, aut alterius imperantis subsunt imperio. Illi legibus humanis sunt soluti, ideoque circa illas in matrimonialibus nulla indigent dispensatione, sibique ipsis dispensant. Agnouerunt hoc ipsi pontifices. Sic INNOCENTIVS III. Papa rescribit ††: *Cum Rex superiorem in temporalibus minime recognoscat, sine iuris alterius*

* *in comment.* Leu. XVIII. et in libello *von Ehesachen.*
** *von christl. Ehestand* c. VII. apud Saner f. 536.
*** in libro *von heylsamen Ehestand.*
**** P. II. *Cons. Theol. Lat.* p. 105.
† in *vxore Christiana* c. 9.
†† c. 13. X. *qui filii sint legitimi.*

alterius laesione in eo se Iurisdictioni nostrae subiicere potuit, in quo videretur aliquibus, quod per se ipsum (non tanquam pater cum filiis, sed tanquam Princeps cum subditis) potuit dispensare.

§. VII.

Illustres sub imperio viuentes, legibus prouinciae, in qua commorantur, viuere tenentur, ac inde in matrimonii quoque causis legibus adstricti sunt humanis, contra quas sine imperantis summi dispensatione matrimonia valide inire nequeunt. Quicunque igitur supremi sunt imperantes, illi dispensandi quoque potestate in gradibus gaudent lege humana prohibitis. Hinc et imperatores Romano-Germanici hac potestate sunt vsi. Sic HENRICVS AVCEPS Dux adhuc Saxoniae, qui Hatburgim monialem sibi copulauerat, contra ausus episcopi Halberstadiensis, auctoritatem Conradi I. implorabat. De quo DITMARVS: * *Hic* (Sigismundus) *vt perpetrati facinus connubii primum audiuit, ovium culpam suarum ingemuit, et aliquam inter se fieri amplius commixtionem per internuntium et per epistolam, Banno Apostolicae autoritatis interdicens, ad condictam ambos Synodum vocauit. Henricus tali tumore turbatus, ad Imperatorem properauit, omnemque indicans ei rem ordine, auxilium eius petiuit, et quia familiaris ei fuit ex patris commisso, ac fideli seruitio, impetrauit. Nam Legato ad Antistitem Comite directo, vt vinctos solueret, et ad suimet praesentiam differret, postulauit.*

§. VIII.

Sibi quoque hoc dispensandi ius vindicauit Ludouicus Bauarus imperator in sententia Dispensationis lata inter Ludouicum Brandenburgicum Marchionem et Margaretham, Carinthiae Ducissam, cum ita decernit: ** *Nos vero propter com-*

* Lib. I. p. 325. edit. Leibnit.

** dans RECUEIL DES TRAITTEZ *de paix* Tom. I. p. 235. et apud LEIBNIT. *codice ju. Gent.* n. 83. p. 156.

communem et euidentem Reipubl. vtilitatem manifeste visam sequi, ad conjugium supra dictum, praefatum impedimentum affinitatis sanguinis, si quod inter ipsos adesset, judicamus esse tollendum et simpliciter amouendum. Cum gradus affinitatis sanguinis praesertim infra sorores et fratres matrimonium non impediat diuinae seu Christianae legis statuto aliquo vel praecepto, quemadmodum certitudinaliter nouimus tam per nos, quam per supra dictae legis diuinae idoneos ac probatos Doctores. Idque etiam asserente beato AVGVSTINO lib. XV. de ciuit. Dei cap. XVI. dum de talibus affinitatis sanguinis gradibus tractans, inquit, quod hoc videtur matrimonium, licitum fieri inter affines consanguineos, nec lex diuina prohibuit, et nondum prohibuerat lex humana. Quibus siquidem verbis duas sententias expressit Augustinus vnam videlicet supra dictam, quod lege diuina legitimum matrimonium fieri non est prohibitum inter personas sanguinitatis affinitate coniunctas. Secundam vero sententiam scire fecit: videlicet, quod talis prohibitio matrimonii inter consanguineos fieri debeat autoritate Legislatoris humani aut eius principantis, supremi principis Romanorum. Idem quoque concedere atque fateri conuenit Romanum Episcopum Papam vocatum, cum suorum Clericorum caetu, quos Cardinales appellant, veritate cogente. Nam praefatus Papa Romanus super impedimento affinitatis sanguinis per dispensationem tollendo a sanguinis affinitate coniunctis, inuicemque matrimonium contrahentibus ad suam auctoritatem asserit pertinere: ac in talibus matrimoniis plures dispensarunt de facto praeteriti quidam pontifices Romanorum. Quod si talis gradus affinitatis sanguinis matrimonium legitimum impediret legis diuinae seu Christianae praecepto, non posset aliquis hominum, quin imo neque angelus de coelo dictum impedimentum per dispensationem aliquo modo amouere: hoc Christo testante: facilius est coelum et terram transire, quam vnum apicem a lege cadere. Rursusque idem Dominus dixit: Coelum et terra transibunt, verba autem mea permanebunt, in aeternum. Ex quibus quidem manifeste apparet, ac fateri cogitur Romanus Episcopus, et per factum confirmatur ipsius, quod gradus affinitatis sanguinis non impediat matrimonium fieri legis diuinae seu Christianae praecepto, et quod si gradus affinitatis sanguinis quamquam licitum matrimonium impediat fieri, hoc tantum factum esse praecepto siue statuto legis humanae: De cuius si quidem

quidem legis praeceptis siue statutis dispensare solummodo pertinet ad auctoritatem Imperatoris seu Principis Romanorum. Nec obstat dicere praefata matrimonia esse prohibita lege diuina, eo quod mali moris sunt et propterea etiam sub peccato mortali fere prohibita, ac proinde obligantia contrahentes ad damnationem aeternam: et contrariam dispensationem in his ad ministrum solummodo ecclesiasticum Episcopum siue Presbyterum pertinere. Hic enim sermo Rhetoricus siue apparens sophisticus est: falsum namque recipit, quoniam praefata matrimonia non sunt mali moris praesertim in aliquo casu. Nam et ipsa tanquam in casu licita fieri concedit Romanus Episcopus. Nec etiam rursus mali moris sunt absolute loquendo: quoniam non sunt cum malitia conuoluta confestim veluti furtum et crimina reliqua: et propterea nec sunt lege diuina prohibita, quemadmodum dixit beatus Augustinus; non syllogisatur autem neque concluditur propterea dispensationem de talibus ad episcopum quendam siue Presbyterum pertinere, esto quod sint absolute prohibita lege diuina et sub poena damnationis aeternae: quoniam de his prohibitis nullus hominum, quinimo nec angelus de coelo dispensare posset, vel ordinare, siue concedere, quod licite fierent, vt deductum est supra. Vnde etiam juxta praedicta de praeceptis sacrae scripturae siue mandatis loquens Apostolus inquit: Et si angelus de coelo euangelizaret vobis aliud, praeter id, id est contra id, quod euangelisatum sit a nobis, anathema sit. Nec propter aliud, nisi quod euangelisata erant per Apostolum diuina prohibita vel praecepta. Rursus quoniam praefata matrimonia non fuerunt mali moris, neque prohibita secundum veterem legem, quamuis aliquando peccata fiant siue fuerunt in aliqua lege, non quod sunt absolute siue confestim cum malitia conuoluta, neque mali moris; sed solummodo, quod lege prohibita fuerunt, veluti, carnes porcinas, et bestias non ruminantes commedere, quod ideo peccatum effectum est, quia prohibitum fuerat in lege Mosaica; non tamen propter malum aut mali moris ex se, quemadmodum furtum, homicidium, falsum testimonium et hujusmodi aliqua, quae prohibita sunt legibus diuinis et humanis, eo quod ex se mala sunt, et mali moris confestim cum malitia conuoluta.

§. IX.

Ex dictis igitur patet, imperatori potestatem in gradibus iure diuino prohibitis dispensandi non competere solum, sed eum reuera illam quoque exercuisse. Hanc etiam facultatem ICtorum plerique imperatori tribuunt, et causas matrimoniales ad forum ciuile esse trahendas, contendunt. E contrario alii contrarium adferunt ex ea potissimum ratione, quod ipsum Ius Germanicum tradat imperatorem in caussis matrimonialibus Iudicio Papae subesse. Sic enim speculum Saxonicum: * *Imperator a tempore consecrationis ab Apostolico aut alio non nisi in tribus casibus potest excommunicari, qui sunt haeresis, matrimonii distractio et sacrilegium.* Verum licet Papae sibi iudicium in caussis matrimonialibus in imperatores sumserint, hoc tamen non de iure, sed ex vsurpata factum est potestate, dum iura Regiae Maiestatis circa matrimonia satis sunt certa, licet horum exercitium ipsis hactenus fuerit suspensum, ipsique impp. atque Reges ab aliquot saeculis Papae dispensationem quaesiuerunt.

§. X.

In gradibus iure diuino expresse prohibitis nemini dispensandi ius esse, jam monuimus. (§. 2.) Simili modo in gradibus iure diuino haud expressis dispensatione illustres imperanti haud subiectos non indigere, subiectis vero dispensationem ab imperante cui subsunt impetrandam esse, iam docuimus (§. 3.). Ast omnia immutata sunt, ex quo nimium excreuit pontificum potestas, quippe qui, mediante ficto matrimonii sacramento, omnimodam dispensandi potestatem in se traxerunt. Et primam quidem haecce meditanti occasionem ipsi praebuere illustres, qui, si forsan circa matrimonia incunda illis dubium enatum, rem ad episcoporum concilia detulerunt, qui cum proceribus regni caussam cognouerunt, tan-

* L. I. Art. 57.

tandemque suam declararunt sententiam. Sic Otto IIII. Imperator ducturus Philippi antecessoris sui filiam Beatricem, rem ad concilium episcoporum procerumque Germaniae detulit: verbis: *tamen quia tam celebris conuentus pendet de articulo filiae Philippi Ducis Sueuiae, quam nostram consanguineam nemo dubitat, vestro nos submittimus arbitrio siue consilio etc.* qui postquam deliberassent interprete Lupoldo, Duce Austriae respondent: *Domine Rex, placet, vt audiatis responsum Cardinalium Praelatorum et principum? ad haec Rex: Audio, et ille: Nouerit sublimitas vestra, quod ille tam celebris conuentus cardinalium, autoritatem domini Papae praeferentium, summorum praelatorum et principum omnino vobis decreuit expedire, pro pacis bono et statu Romani orbis, vt virginem de qua mentio habetur, ducatis: hoc addentes, vt omnis auferatur trepidatio, duas congregationes monachorum praeclaras liberrime construatis.*

§. XI.

Pari modo in oriente matrimonii causas ad concilia delatas testatur Seculo XII. Imperator ANDRONICVS. De quo sic scribit NICETAS CHRONIATES: * *Cum autem filiam Irenem ex consobrina Theodora Commena contra leges susceptam Alexio Manueli ex incoesto concubitu Theodorae filio despondere vellet: breue scriptum ad sanctum concilium componit, idque suo nomine atramento subscriptum publice recitandum et deliberandum proponit. Cuius haec erat sententia: Vtrum ferendum esset matrimonium, quod cum parum aut nihil potius incommodi prae se ferat: tamen ad orientis et occidentis coniunctionem et captiuorum redemptionem pertineret, ac plura alia commoda reipublicae allaturum esset. Id breue Scriptum veluti ahenum eballiens, aut Neptunus tridens, aut ingeniose confictum illud contentionis pomum, concilium permiscuit, et inter senatorios Iudices omnes dissidium effecit, aut vt verius dicam, alios armauit, et in contrarias velut acies distraxit. Nam eorum maxima pars corrupta largitionibus et amplificandae dignitatis promissionibus: id coniugium, vt licitum (quod vtinam factum non esset) approbauit. Iudices vero audaciores, qui procerum aedes frequentare ac suffragia conuiuiis eorum condo-*

* Alexio Manuale. c. XV.

condonare solent, et homines auari et res diuinas caupenari soliti; eas personas inter se cognatas esse negabant: propterea quod ex illicitis nuptiis procreatae, nihil cum Iure cognationis commune haberent, et alienissimae putarentur. Esse autem inscitiae, causam sole illustriorem in quaestionem vocari. Alii vero argumentis istis plane repudiatis, fortiter aduersabantur: et nuptias istas, quae incestae essent, procedere nequaquam patiebantur. Eius pulcerrimae sententiae auctores erant pauci ex ordine Pontificum et Sacerdotum et ex patribus conscriptis aliquot, qui et ipsi Patriarchae studio incitati et auctoritate confirmati in recta sententia, quamuis eam domo non attulissent, permanebant. Hunc enim neque Andronici maiestas debilitauit, neque vis eloquentiae euertit, neque minae perturbarunt, quo minus instar marinae petrae inconcussus maneret. Qui cum se nihil proficere et mala manifeste ingruere et partem meliorem a maiore vinci cerneret: e sacro palatio in insulam Terebinthum vbi sibi diuersorium et sepulcbrum struxerat, discedit. Andronicus vero, vt desideratum, ita inopinatum eius discessum, instituto suo commodissimum ratus, nuptias perfecit: Bulgarorum Episcopo, qui tum forte in vrbe erat, ceremonias matrimonii peragente. Cum de successore suae factionis Patriarchae dando deliberaret, Camatero Basilio oecumenicum pontificatum defert, aut potius illius syngrapha impulsus, vendit, qua is promiserat, se quicquid cordi esset Andronico, quantumvis illicitum, facturum, et ea declinaturum, quae illi displicerent.

§. XII.

Hanc conciliorum in matrimonialibus potestatem agnouerunt ipsi Papae. Audiamus ALEXANDRVM II. Papam ita decernentem: * *Multorum relatione cognouimus te propriam velle abiicere Vxorem, et adhaerere alteri praetendentem consanguinitatis occasionem. Vnde Apostolica auctoritate interdicendo mandamus tibi, vt hanc, quam nunc habes vxorem, nullatenus praesumas dimittere, vel aliam ducere, donec Episcoporum religiosorum Concilium causam istam examinauerit.* Videmus hoc non inter priuatos solum, sed etiam illustres, in causa Diuortii

* c. 10. C. XXXVI. qu. 6.

Diuortii Lotharii cum Thietberga, quae in diuersis conciliis, Aquisgranensi potissimum anno 800, et Metensi anno 866. consensu Ludouici II. Imp. habitis, fuit examinata, licet Nicolaus Papa se etiam Iudicem venditaret. *

§. XIII.

Crescente vero pontificum et Episcoporum auctoritate, hi ad suam quoque iurisdictionem causas traxerunt matrimoniales, de his leges sanxerunt, ac circa illas dispensandi facultatem sibi soli sumserunt. Et ex hoc tempore non inferioris solum conditionis homines sed illustres quoque, immo ipsi summi imperantes legibus se accommodarunt pontificis matrimonialibus, hasque violaturi eius impetrauerunt dispensationem. Loquuntur in hanc rem varia illustrium exempla, ex quibus recentiora solum adducemus. Sic imperator Maximilianus I. ** in desponsationis litteris cum Anna Bohemica promittit, nepotem suum Carolum, Annam Bohemicam ducere debere, modo a contractu matrimoniali, cum Renata Francica inito, liber esset, et vt verba sunt: opportuna sanctissimi Domini nostri et sedis apostolicae dispensatio interuenisset. In pactis dotalibus, Lodouici XIII. Gallorum regis, cum Anna Philippi III. Hispaniarum primogenita die XVI. Aug. 1622. Madriti initis, cautum, *** quod diuina benedicente gratia, praeuia sanctitatis suae dispensatione etc. etc. matrimonium inire vellent. In Regno Lusitanico notatu dignum dispensationis exemplum habemus in matrimonio Petri, cum fratris natu maioris Alphonsi adhuc viuentis coniuge, Maria Francisca Elisabetha Sabaudica

* Extant decreta Synodalia Nicolai Pontificis in Bullario magno T. IX p. 1. corpus Hist. Germ. Par. IV. c. IV. §. VIII. seqq.

** Vide P. I. c. III §. 10

*** Vide Cap. III. §. 14. Partis I.

dica, inito.* In Angliae historia nota est dispensatio Iulii II. pontificis, quam de matrimonio Henrici, Arthuri fratris viduam ducentis, concessit.** In contractu matrimoniali Philippi Mariae Angli ducis Mediolanensis et Mariae Sabaudicae constitutum.*** *Cum ipsi domini duo duces se inuicem tertio consanguinitatis gradu constitutos esse cognoscunt domicellamque ipsam, quartum gradum ingressam. Sed in benignitate et clementia Apostolicae sedis confidentes firmiter determinauerunt, quod accedente sedis Apostolicae consensu, matrimonium praedictum feliciter contrahatur.*

§. XIIII.

Plura iam addere exempla superuacaneum est, dum nostris temporibus inter illustres, pontificis castra sequentes, vix nuptiae ineuntur, quibus pontificis non accedat dispensatio. Ast ab hoc onere liberi sunt, qui inter protestantes matrimonia celebrant, quippe qui pontificis recte negligunt leges auctoritatemue. Protestantes enim aut ipsi supremi sunt imperantes, aut superiorem quendam agnoscunt. Hi dispensatione quidem in gradibus matrimonii prohibitis indigent, ast non pontificis sed superioris, cui subsunt. Illi vero dum nullum praeter DEum habeant superiorem, nullis quoque legibus humanis parent, et consequenter nulla quoque in matrimoniis circa graduum prohibitiones opus habent dispensatione. Eodem quoque iure censentur principes Germaniae protestantes. Hi enim nec pontificem superiorem in sacris agnoscunt, quippe qui penes illos nullius est auctoritatis, nec imperatori circa sacra aliquid ius concedere possunt, quippe quod ex principiis suae religionis exercere nequit. Hinc ex pacis Westphalicae dispositione principes statusue Germaniae eandem in

* P. I. cap. VII. §. 30.
** P. I. cap. VII. §. 27.
*** Chart. est apud du *Mont. Corp. Dipl.* T. II. P. II. p. 195.

in matrimoniis ineundis potestatem habent ac supremi imperantes. Hinc nullis hominum legibus ad certos gradus eorum matrimonia adstringuntur, et sic nulla plane in gradibus prohibitis indigent dispensatione, sed ipsi sibi dispensant et nisi expresse gradus Leuiticorum XVIII. et XXII. sit prohibitus, pro lubitu nuptias ineunt. Haud raro tamen consilium diuersorum collegiorum theologicorum, si dubia orta, fuit expetitum. Exemplum habemus in Philippo Hassiae Landgrauio, qui dum praeter legitimam vxorem aliam adhuc superinducere vellet, rem ad theologos Vitebergenses detulit, horum exquirens consilium, qui ipsi dederunt *einen Gewissens-Rath.* Idem fecit Albertus Ernestus, princeps Oettingensis, dum defuncta priore coniuge Christiana Friderica Wurtebergica, sororem illius Eberhardinam Catharinam duceret. Idem sine dubio factum, dum Augustus Philippus Holsatiae Dux, Lineae Beckensis, aeque duas sorores sibi matrimonio iungeret. *

* Corpus iur. publ. cap. XXV. §. XXIX.

CAPVT II.

DE MATRIMONIO INAEQVALI VIRORUM ILLVSTRIVM.

SECTIO I.

DE MATRIMONIO INAEQVALI IVRIS PRINCIPIA SISTENS DISSERTATIO.

IO. AVG. HELLFELDI.

SVMMARIA.

§. I.

Diuisio hominum et origo nobilitatis traditur.

§. II.

Quod sit matrimonium inaequale.

§. III.

Frustra in statu naturali de matrimonio quaeritur inaequali, ast in statu ciuili odiosum habetur.

§. IV.

Illustres aut superiori subsunt aut supremi sunt imperantes. Hi vel procerum consensu in matrimoniis ineundis indigent,

§. V.

Vel pro lubitu nuptias inire queunt. Et his liberum est matrimonia inire inaequalia.

§. VI.

Quae tamen prudentiae regulae valde dissuadent.

§. VII.

Inter illustres, qui superiori subsunt, inaequalia matrimon. sunt odio, quod exemplis Romanorum,

§. VIII.

Anglorum, Scotorum, Danorum monstratur.

§. IX.

Praesertim vero Germanis inaequales nuptiae erant inuisae.

§. X.

Diuisio hominum apud Germanos.

§. XI.

De origine nobilitatis Germaniae.

§. XII.

Status antiquae Germanorum nobilitatis.

§. XIII.

Quoad ordinem Reges, Duces, Marchiones, comites sunt aequales.

§. XIIII.

Non omnes igitur, qui hodie nobiles dicuntur, nobilitatem antiquiori habebant tempore.

§. XV.

De diuersa ingenuorum conditione.

§. XVI.

De Ministerialibus.

§. XVII.

Eorum varius status.

§. XVIII.

De hominibus ciuicae conditionis eorumque statu.

§. XIX.

Ingenui agrarii nobiles se dici volunt.

§. XX.

Inde differentiae inter nobilitatem superiorem et inferiorem.

§. XXI.

Ministeriales quoque nobilis titulum assumunt.

§. XXII.

Ciuici homines nobilitatem per diplomata imperatoria obtinent.

§. XXIII.

Nobilitas non ex patre solum, sed matre quoque et auorum serie aestimatur.

§. XXIIII.

Quodnam inter Germaniae illustres matrimonium sit inaequale.

§. XXV.

Inaequale non erat matrimonium Wenceslai Saxoniae Ducis cum Caecilia Carrariensi.

§. XXVI.

Vberius definiuntur illustrium matrimonia inaequalia.

§. XXVII.

Leges antiquorum Germaniae populorum nuptias prohibentes inaequales.

§. XXVIII.

Recepto iure Canonico rata quidem, ast non legitima fuere matrimonia inaequalia nec vxor ad dignitatem nec liberi ad nobilitatem et successionem in feuda sunt admissi.

§. XXIX.

§. XXIX.

Praerogatiuae nobilitatis auitae competunt liberis, qui ex matrimonio cum nobili inito sunt creati, minime vero iis, qui ex plebeia sunt nati.

§. XXX.

A successione vero et dignitate paterna liberi excluduntur, siue ex nobili inferiori siue ex plebeia sint nati.

§. XXXI.

Textus probantes exclusionem liberorum inaequali matrimonio natorum a successione.

§. XXXII.

Responsio ad eorum argumenta, qui putant Specula Sax. et Sueuic. nil probare.

§. XXXIII.

Vsum speculorum in doctrina de matrimonio inaequali probat continua Germaniae praxis.

XXXIIII.

Et rerum iudicatarum exempla.

§. XXXV.

Ac doctorum opiniones.

§. XXXVI.

Argumenta aduersariorum recensentur.

§. XXXVII.

Responsiones ad haec argumenta.

§. XXXVIII.

Nostris temporibus excluduntur inaequales per Capitulationem Caesaream a successione.

§. XXXIX.

Inde huius modi vxor et liberi ab imperatore petunt, vt ad maiorem eueharntur dignitatem.

§. XL.

Exempla, quibus maiorem impetrarunt dignitatem, quod tamen in praeiudicium illustris cuiusdam familiae fieri nequit.

§. XLI.

Ius successioni, ob inaequale contradicendi matrimonium, competit et imperatori et agnatis.

§. XLII.

Hinc consensu imperatoris agnatorum que nuptiae in se inaequales fiunt aequales.

§. XLIII.

An imperator liberis inaequali matrimonio natis successionem exstinctis agnatis dare possit.

§. XLIIII.

Pactis familiae matrimonia inaequalia possunt prohiberi.

§. XLV.

In terris Borussicis matrimonia inaequalia nobilibus sunt interdicta.

§. XLVI.

An liceat exhaeredare liberos ob inaeqale, quod inierunt, matrimonium.

§. LXVII.

Quisnam sit index competens in huius modi causis.



SECTIO II.
DE
MATRIMONIO INAEQVALI ILLVSTRIVM VIRORVM EXEMPLIS A *B. STRVVIO* COLLECTIS ILLVSTRATO.

SVMMARIA.

§. I.

In matrimoniis illustrium quaerendis gentis nobilitas semper fuit considerata.

§. II.

Quod Romani iam legum XII. tabularum temporibus agnouere.

§. III.

Ac inde Iulius Caesar laude sibi ducebat, quod maternum genus ex Regibus duceret; et

§. IV.

Augusto vile genus obiiciebatur.

§. V.

Exempla matrimoniorum inaequalium ex scriptura sacra.

§. VI. VII. VIII.

Exempla Graecorum imperatorum, qui inaequales duxerunt vxores.

§. IX.

Exemplum Lotharii imperatoris.

§. X. et XI.

In Lusitania *matrimoniorum inaequalium exempla sunt Sanctii II. et Ludouici.*

§. XII.

In Legionis *regno Alphonsus VI. Mariam Mauritanam inaequali duxit matrimonio.*

§. XIII.

Inaequales quoque erant nuptiae Petri Arragoniae *et fratris Alphonsi.*

§. XIIII.

In Anglia *Eduardus IV. inaequale contraxit matrimonium cum Elisabetha Woodeville.*

§. XV.

Eduardi R. filius Ioannes de Gaunt Dux Lancastriae, fecialis cuiusdam filiam Catharinam duxit.

§. XVI.

Theodeberti R. Fr. inaequale matrimonium.

§. XVII.

Chariberti R. Fr. inaequales nuptiae.

§. XVIII.

In Suecia Gustavus I. R. duxit Margaretham a Labolm.

§. XVIIII.

In eadem Ericus XIV. cum Catharina inaequale celebrauit matrimonium.

§. XX.

In Dania Fridericus IV. R. Catharinam de Reuentlau duxit.

§. XXI.

In Norwegia Heraldus duxit ancillam.

§. XXII.

In Vngaria Stephanus, Andreae II. filius Thomasinam Maurocenam sibi iungit.

§. XXIII.

§. XXIII.

Vdalricus XX. R. Bohemiae rusticam puellam Bozeam duxit.

§. XXIIII.

Franciscus Maria Florentiae dux sibi copulauit Blancam Capellam.

§. XXV.

Philippi Mariae Mediolan: matrimonium cum Beatrice.

§. XXVI.

Raymundus Geldriae comes, Bertholdi in Mechlinia mercatoris filiam matrimonio sibi iunxit.

§. XXVII.

Non desunt apud Germanos matrimoniorum inaequalium exempla. Quo referebant proceres nuptias Maximiliani I. cum Blanca Maria Mediolanensi.

§. XXVIII.

Huc quoque referunt nuptias Ferdinandi Austriaci cum Philippina Welseria. Exemplum quoque refertur Gustaui Samuelis Palatini Hoffmanniam ducentis.

§. XXVIIII.

Henrici illustris Misn. March. matrimonium cum Elisabetha Maltitia.

§. XXX.

De ministeriali Maltitiae conditione.

§. XXXI.

Filius ex hoc matrimonio natus in dignitatem paternam nunquam successit, quam etiam nec Maltitia est consecuta.

§. XXXII.

Albertus degener Catharinam ab Eisenberg duxit, ast filius exinde natus Apitius ad successionem non peruenit.

§. XXXIII.

Recentiori aetate in domo Saxonica Io. Adolph Dux Weisenfelsensis, Christinam Wilheminam de Bunau et

§. XXXIV.

Eduardus Fortunatus Marchio Badensis sibi copulat Mariam ab Eicken.

§. XXXV.

Ottonis Henrici Harburgensis nuptiae cum nobili de Bassi. Et Georgii Guilielmi ducis Cellensis cum Eleonora d' Emiers.

§. XXXVI.

In Gente Holsatica Alexander Henricus, cum Dorothea Maria, Hesbusii filia; Ernestus Augustus Augustusburg: Baronem de Velbruck: Ernestus Casimirus nobilem de Preysing duxerunt.

§. XXXVII.

Controuersia de matrimonio Christiani Caroli Norburgensis, cum Dorothea Christina ab Eichelberg et liberis exinde procreatis.

§. XXXVIII.

Ex gente Anhaltina huc faciunt exempla Georgii Ariberti, sui Marechalli filiam, Ioannam Elisabetham de Krosigk ducentis et

§. XXXVIIII.

Caroli Friderici, qui Wilhelminam Charlottam Nusleriam uxorem habuit.

§. XXXX.

Pro inaequali habetur matrimonium Leopoldi Eberhardi ducis Monpelgardensis cum Anna Sabina Hedwigeria initum.

§. XXXXI.

Matrimonia inaequalia fuerunt

Io. Fr. Desiderati, Principis Nassouiensis cum Isab. Clara Eugenia de la Serre. Ludouici Christiani Witgensteinensis cum A. E. Vgghin, Caroli Ludouici Witgenstein: cum Anna de Brockdorff; Francisci Caroli in Hohems cum Francisca Smidlen; et Georgi Comitis Lippensis.

§. XLII.

Edzardus Eberhardus Wilhelmus Frisiae or. comes inaequales init nuptias cum Sophia Maria Foelten.

§. XLIII.

Exemplum Reinhardi comitis Hanouiensis cum ministerialis sui Vlrici de Munzenberg filia Adelheida nuptias contrahentis.

§. XLIIII.

Antonius comes Ysenburgicus, ex rustici filia Catharina Gumpelin dicta, inaequali matrimoni oprocreauit Ottonem, qui a successione exclusus in ius iuit, et tota recensetur controuersia.

SECTIO III.

DE MATRIMONIO INAEQVALI AD LEGEM MORGANATICAM CONTRACTO.

SVMMARIA.

§. I.

Matrimonia ad Legem Morganaticam in Germania sunt antiquissimi vsus et qualia sint.

§. II.

Quid leges feudorum de hisce matrimoniis sanxerint.

§. III.

Vnde dicantur ad Morganaticam.

§. IIII.

Cur ad legem Salicam contracta dicantur, et quid Leges Longobardorum de hoc matrimonio disponant.

§. V.

Grotii Sententia de huius matrimonii origine.

§. VI.

An hocce matrimonium sit verum et legitimum disquiritur, et argumenta pro negatiua afferuntur.

§. VII.

Affirmatiua placet et

§. VIII.

Per exempla probatur. Friderici Bellicosi Palatini electoris, ducentis Claram a Tettingen.

§. IX.

Friderici Ludouici Bipontini, cum Anna Maria Heppin matrimonium ad Morganaticam contrahentis.

§. X.

In domo Bauarica Ferdinandus Mariam Peckiam sibi matrimonio ad L. Morganaticam iunxit. Simile erat matrimonium Georg. Alberti March. Brandenburgici, qui Reginam Magdalenam Lucii filiam duxit. Ex domo Brunsvico-Luneburgica huc pertinent exempla Augusti et Rudolphi Augusti, quorum hic Secretarii filiam, alter vero Rosinam Elisabetham Mentiam duxit. Tale quoque erat Georgii Friderici March. Badensis cum Elisabetha Stolzia.

§. XI.

SECTIO I.

DE

MATRIMONIO INAEQVALI ILLVSTRIVM VIRORVM DISSERTATIO.

IO. AVGVSTI HELLFELD.

§. I.

Mutato naturali in ciuilem statum, distinctio in imperantes et parentes seu subditos est enata, quae inter homines constituit inaequalitatem. Ex subditis quidam fame, bello, aliisque necessitatibus coacti durum seruitutis iugum subiere, alii pristinam retinuere libertatem. Hi ingenui, illi serui sunt dicti. Ex ingenuis quidam ad regiminis curam vocabantur, dum reliqui ab illa excluderentur.

rentur. Hi ingenuorum denominatione proprie et principaliter veniunt, illi vero nobilium recipiunt denominationem. * Exinde triplex ſubditorum diuiſio, in nobiles, ingenuos, et ſeruos, quibus quarta poteſt iungi, libertorum nempe, qui non multum ſupra ſeruos ſunt.

§. II.

Inde quatuor hominum enati ſunt ordines, dum quidam nobilium, alii ingenuorum, alii ſeruorum, et rurſus alii libertorum cenſerentur iure. Ex his ordinibus ſi quidam perſonam non ſui ſed inferioris ordinis matrimonio ducit, matrimonium fit inaequale. Matrimonium igitur, quod imperans cum ſubdita, nobilis cum ingenua, ingenuus cum liberta, ſeu libertus cum ancilla init, inaequale merito habetur.

§. III.

In ſtatu naturali homines aequales ſunt, et inde in hoc ſtatu de nuptiis inaequalibus fruſtra diſceptatur. Has vero ſi ex ſolis rectae rationis principiis, ſine reſpectu ad ciuitatis ſtatum, conſideramus, vix erit argumentum ex quo earum colligi poſſit prohibitio. Aſt ſtatum reſpicientes ciuilem, omnino varia ſeſe offerunt argumenta, quae huiusmodi matrimonia, cum inferioris ordinis perſonis inita, valde diſſuadent. Hinc OVIDIVS:

Si

* Antiquiſſimis igitur temporibus nobilitas ex munerum dignitate exiſtimabatur et perſonalis erat. Poſtea in quibusdam prouinciis patrum merita liberis imputari coeperunt, et hi ex ſola natiuitate abſque muneribus nobiles habebantur. Inde iam TACITVS de *Mor. German.* cap. XIII. *Inſignis nobilitas aut magna patrum merita principis dignationem etiam adoleſcentulis adſignant.*

Si qua velis apte nubere nube pari.

TACITVS; * *Caeteris mortalibus in eo stare consilia, quod sibi conducere putent, principum diuersam esse sortem, quibus praecipua rerum ad famam esse dirigenda.* SALVIANVS; ** *Illud magis tetrum ac detestabile, quod quidam matrimonia honorata sortiti alias sibi rursum seruilis status coniuges sumant, deformantia sancti connubii honorem per degeneris contubernii vilitatem, non erubescentes, maritos se fieri ancillarum suarum, praecipiantes fastigium nobilium matrimoniorum in cubilia obscena seruarum, digni prorsus etiam illarum statu, quarum se putant dignos esse consortio.* Huc quoque pertinet responsum, Lampsaco, Henrici II. R. Galliae legato, a Iulio II. P. M. ex Montanorum familia datum: *nuptias quae inter aequales coirent, inter inaequales personas commode contrahi non posse.* ***

§. IIII.

Quae in statu ciuili viuunt personae, vel supremi sunt imperantes, vel subditi. Hi legibus subsunt ciuilibus, illi vero aut omnimoda in matrimoniis ineundis libertate gaudent, aut libertate pactis conuentis circumscripta vtuntur, et absque populi consensu nec matrimonium inire nec personam vilioris conditionis seu extraneam ducere possunt. Hoc casu pactis conuentis est standum, et matrimonia non nisi praeuio procerum consensu iniri posse, rectae nos credere iubent rationis principia.

§. V.

Ast alia plane ratio est summorum imperantium, quibus omnimoda in ducendis vxoribus permissa est libertas. Hi

* Annal. Lib. IV. c. 40.

** De gubernatione Dei lib. IV. p. 104.

*** Apud THVANVM *Histor.* lib. XIV. pr. p. 418. et *Iurispr. Heroic.* P. I. c. V. §. 80. p. 357.

Hi enim dum ſolis naturae legibus adſtricti, hominum iuribus ſunt ſoluti, libere quoque pro arbitrio perſonam cuiuslibet conditionis, ſiue nobilem, ſiue ignobilem ducere queunt, et liberi exinde nati non legitimi ſolum, ſed ſucceſſionis quoque capaces habentur in regnis ſucceſſoriis. Inde varia occurrunt exempla, quibus ſummi imperantes perſonas vilioris duxerunt conditionis, et liberi ex illis nati ad ſucceſſionem peruenerunt. De regibus Francorum primae ſtirpis HADRIANVS VALESIVS. * *Tum Francorum reges tametſi filias et ſorores ſuas non aliunde quam regibus collocabant, ipſi tamen pulchritudinem magis quam generis in vxoribus ducendis habuere rationem, et puellas non ſolum ignobiles ſed et ancillas iuſtis nuptiis ſibi adiunxere*, *quo etiam pertinet, quod de Dagoberto ſcribit Fredegarius: Nantechildem vnam ex puellis de miniſterio accipiens reginam ſublimauit.* In Ruſſiae regno Petrus M. in legitimo habuit matrimonio Catharinam Petrownam Alexowinam, quae poſtea per aliquot annos Ruſſiae praefuit. ** In Anglia Eduardus IV. Eliſabetham de Wodeville, equitis de Wodeville filiam, matrimonio duxit inaequali; exinde natus Eduardus V. in imperio patri ſucceſſit. ***

§. VI.

Licet vero ſupremi imperantes, quorum matrimonia ineundi facultas nullis circumſcripta eſt limitibus, pro lubitu vxores ducere queant, prudentiae tamen ſuadent regulae, ne perſonas vilioris ordinis ſibi thori ſocias eligant. Eum enim, qui perſonam extra nobilium ordinem conſtitutam ducit, ſibi procerum conciliare odium, et indoles hominum et experientia ſatis ſuperque docet. Poſteaquam enim ſemel ea inua-

* *Rer. Francicar. A.* 567.

** *Memoires du regne de Catharine imperatrice et ſouveraine de toute la Ruſſie a la Haye.* 1728.

*** Vide infra Sect. II. §. XIIII.

inualuit opinio, qua magna natiuitati tribuitur praeferentia, fieri vix aliter potest, quam vt homines natalium splendore conspicui, aegre ferant, sibi inferioris ordinis personas praeferri, imo liberos exinde natos aliquando sibi et reipublicae praeesse. Inde parentes, agnati, magnates tamdiu molesti sunt principi, donec dimittat huiusmodi vxorem *, aut si ad optatum peruenire nequeunt finem, irascuntur, factiones quaerunt, conspirationes excitant, ex quo magna imperanti incommoda et contemtus enascuntur, quae depositio ab imperio et liberorum a successione exclusio sequitur. Confirmant haec exempla Iustiniani orientalis imperatoris, ** Erici Sueciae *** et Sanctii Portugalliae Regis ****. Accedit, quod huiusmodi matrimonia ex nimio et caeco plerumque contrahantur amore, et inde, vxor si animo sit elato, imperium in maritum atque in vniuersam rempublicam sibi facile possit adquirere, quod rursus variis in republica turbis ansam praebet. Hinc licet iustitia huiusmodi nuptias permittat, illas tamen dissuadet prudentia, ex cuius regulis pericula, quae euitari queunt, vix sunt adeunda.

§. VII.

Quod ad illustres attinet, qui superiorem agnoscunt, non in Germania, solum sed quoque extra Germaniae fines, inaequalia odio fuere quam maximo matrimonia. Primo enim apud Romanos legibus XII. tabularum erat cautum, *ne patrimo-*

* Ita Bolessano Mazouiorum Duci fratres et proceres reliqui tamdiu molesti fuere, donec vxorem, dignitate imparem, dimitteret. CROMER. *Hist. Polon.* lib. XXVIII.

** Vid. Sect. II. §. 7.

*** Sect. II. §. 19.

**** Sect. II. §. 10. addi his potest ex antiquis exemplum Alexandri M. qui ex Roxane Satrapae filia genuit filium, quem ob impar matrimonium a successione excludere voluit Ptolomaeus. CVRTIVS lib. IX. c. 6.

Hi enim dum solis naturae legibus adstricti, hominum iuribus sunt soluti, libere quoque pro arbitrio personam cuiuslibet conditionis, siue nobilem, siue ignobilem ducere queunt, et liberi exinde nati non legitimi solum, sed successionis quoque capaces habentur in regnis successoriis. Inde varia occurrunt exempla, quibus summi imperantes personas vilioris duxerunt conditionis, et liberi ex illis nati ad successionem peruenerunt. De regibus Francorum primae stirpis HADRIANVS VALESIVS.* *Tum Francorum reges tametsi filias et sorores suas non aliunde quam regibus collocabant, ipsi tamen pulchritudinem magis quam generis in vxoribus ducendis habuere rationem, et puellas non solum ignobiles sed et ancillas iustis nuptiis sibi adiunxere*, *quo etiam pertinet, quod de Dagoberto scribit Fredegarius: Nantechildem vnam ex puellis de ministerio accipiens reginam sublimauit.* In Russiae regno Petrus M. in legitimo habuit matrimonio Catharinam Petrownam Alexowinam, quae postea per aliquot annos Russiae praefuit. ** In Anglia Eduardus IV. Elisabetham de Wodeville, equitis de Wodeville filiam, matrimonio duxit inaequali; exinde natus Eduardus V. in imperio patri successit. ***

§. VI.

Licet vero supremi imperantes, quorum matrimonia ineundi facultas nullis circumscripta est limitibus, pro lubitu vxores ducere queant, prudentiae tamen suadent regulae, ne personas vilioris ordinis sibi thori socias eligant. Eum enim, qui personam extra nobilium ordinem constitutam ducit, sibi procerum conciliare odium, et indoles hominum et experientia satis superque docet. Posteaquam enim semel ea inua-

* *Rer. Francicar. A. 567.*

** *Memoires du regne de Catharine imperatrice et souveraine de toute la Russie a la Haye.* 1728.

*** Vide infra Sect. II. §. XIIII.

inualuit opinio, qua magna natiuitati tribuitur praeferentia, fieri vix aliter potest, quam vt homines natalium splendore conspicui, aegre ferant, sibi inferioris ordinis personas praeferri, imo liberos exinde natos aliquando sibi et reipublicae praeesse. Inde parentes, agnati, magnates tamdiu molesti sunt principi, donec dimittat huiusmodi vxorem *, aut si ad optatum peruenire nequeunt finem, irascuntur, factiones quaerunt, conspirationes excitant, ex quo magna imperanti incommoda et contemtus enascuntur, quae depositio ab imperio et liberorum a successione exclusio sequitur. Confirmant haec exempla Iustiniani orientalis imperatoris, ** Erici Sueciae *** et Sanctii Portugalliae Regis ****. Accedit, quod huiusmodi matrimonia ex nimio et caeco plerumque contrahantur amore, et inde, vxor si animo sit elato, imperium in maritum atque in vniuersam rempublicam sibi facile possit adquirere, quod rursus variis in republica turbis ansam praebet. Hinc licet iustitia huiusmodi nuptias permittat, illas tamen dissuadet prudentia, ex cuius regulis pericula, quae euitari queunt, vix sunt adeunda.

§. VII.

Quod ad illustres attinet, qui superiorem agnoscunt, non in Germania, solum sed quoque extra Germaniae fines, inaequalia odio fuere quam maximo matrimonia. Primo enim apud Romanos legibus XII. tabularum erat cautum, *ne patrimo-*

* Ita Boleslano Mazouiorum Duci fratres et proceres reliqui tamdiu molesti fuere, donec vxorem, dignitate imparem, dimitteret. CROMER. *Hist. Polon.* lib. XXVIII.

** Vid. Sect. II. §. 7.

*** Sect. II. §. 19.

**** Sect. II. §. 10. addi his potest ex antiquis exemplum Alexandri M. qui ex Roxane Satrapae filia genuit filium, quem ob impar matrimonium a successione excludere voluit Ptolomaeus. CVRTIVS lib. IX. c. 6.

triciorum nuptiae cum plebeiis essent, et cum postea haec dispositio plebiscito esset sublata, per legem Papiam Poppaeam est constitutum, ne senatorii ordinis viri eorumque liberi indignas nuptias contraherent, quoniam id in totius ordinis vergeret ignominiam. Prouocant ad hanc legem CELSVS* et PAVLVS ICtus ** quorum hic: *qui senator est quiue filius neposue ex filio proneptisue, cuius eorum est, erit: ne quis eorum sponsam vxoremue sciens dolo malo habeto libertinam, aut eam quae ipsa, cuiusue pater, materue artem ludicram facit, fecerit: neue senatoris filia, neptisue ex filio, proneptisue ex nepote, filio nato, nata: libertino ciui, qui ipse cuiusue pater, materue artem ludicram facit fecerit: sponsa nuptaue sciens dolo malo esto: neue quis earum dolo malo, sciens sponsam vxoremue habeto.* Moderauit hanc legem ipse Augustus, dum ita statueret. *** *Ac quoniam masculi patricii generis numerum patriciarum foeminarum multo anteibant, liberum fecit, vt qui vellent (modo senatores ne essent) libertas etiam ducere possent, eorumque liberos legitimos esse iussit.* Idem Augustus concione ad populum habita inter alia proponit: **** *libertinarum quoque matrimonia iis, qui senatoriae dignitatis non essent, concessit.* Legis Iuliae et Papiae Poppaeae dispositiones magis confirmarunt Marci et Commodi orationes †, nuptias inaequales irritas declarantes. Et cum sub turbulentis insequentium imperatorum temporibus saepe senatoriae dignitatis personas viliores in matrimonium duxissent, in vsum rursus Papiam legem Constantinus M. reuocauit, seuerioresque in eius violatores statuit poenas, †† quod etiam a Valentiniano et Marciano factum.

* L. 23. ff. de *ritu nuptiar.*
** L. 44. ff. de *ritu nuptiar.*
*** Apud DIONEM Lib. LIV. p. 531.
**** C. L. lib. LVI. p. 577.
† L. 16. ff. de *sponsalibus.*
†† L. 1. C. de *naturalibus liberis.*

ctum. * Ast omnia rursus turbauit, nuptiasque inaequales permisit Iustinus. **

§. VIII.

Simili modo apud Anglos matrimonia inaequalia sunt illicita et disparagationes vocabantur. Sic in legibus Anglicis fuit statutum.*** *Haeredes maritentur sine disparagatione.* Sic etiam FLETA statuit: **** *cum masculus haeres vel femina haereditati antecessoriae successerit, non solum per haereditatem custodiae ad dominum feudi vel parens verum etiam ad ipsorum alterum maritag' haered' et custodia corporis pertinebit nutrimento, ipsumque maritare poterit, quando voluerit et vbi, dum tamen non disparagetur, quod si fecerit, fraudem facit huic constitutioni.* Apud Scotos matrimonia inaequalia esse prohibita testantur CORVELL † et CRAGIVS ††. Idem de DANIS asserit HAVEMANNVS, ††† imo a diluuio statim hoc obtinuisse et adhuc apud Iaponios in vsu esse obseruat CLVVERVS. ††††

* L. 7. C. de *incestis nuptiis.*

** L. 23. C. de *nuptiis.* Haec lex Iustinum habet auctorem, licet inscriptio Iustinianeum praeferat nomen. Testatur hoc PROCOPIVS *in anecdotis* p. 45. et ALEMANNVS, qui obseruauit, in veteribus codicibus inscriptionem esse et Iust. de Iustino autem notum est, illum litterarum fuisse ignarum nomenque non integrum, sed per priores litteras scripsisse. Vide ALEMANNVM *ad Procop.* p. 116. et RELAND. in *fastis consularibus* p. 691.

*** Apud MATTHEVM PARISIENSEM ad a. 1215. p. 216.

**** Lib. I. c. CXIII. tit. X. §. 6. du FRESNE et SPELMANN voce *Disparagatio.*

† CORVELL. *instit. Anglican.* lib. I. tit. X. §. 6.

†† *In iure feudali* lib. II. diegesis XXI.

††† *Gamolog.* lib. tit. 4. part. 8.

†††† *Germania* lib. I. c. XV.

§. VIIII.

Praesertim vero apud Germanos nuptiae cum personis inferioris conditionis initae, seu inaequales, magno habebantur odio, de quo, vt eo magis constet, primo de diuersis personarum ordinibus, deinde de legibus circa matrimonia disponentibus inaequalia, tandemque de effectibus ciuilibus ob matrimonium inaequale denegatis sumus acturi.

§. X.

Quatuor apud Germanos sunt hominum ordines, Nobiles, ingenui, liberti et serui. Hos ab antiquissimis iam fuisse temporibus, testatur TACITVS* his verbis: LIBERTI *non multum supra* SERVOS *sunt, raro aliquod momentum in domo, nunquam in ciuitate, exceptis gentibus quae reguntur, ibi enim et super* INGENVOS *et super* NOBILES *adscendunt, apud caeteros impares libertini libertatis argumentum sunt.* Alii tres modo ordines statuunt, et aut sub seruis libertos intelligunt, aut seruos plane omittunt. De trina hac diuisione clare NITHARDVS ** Caroli M. nepos; *Gens* (de Saxonibus loquitur) *omnis in tribus ordinibus diuisa consistit, sunt enim inter illos, qui* EDHILINGI, *sunt qui* FRILINGI, *sunt qui* LAZZI *illorum lingua dicuntur, latina vero lingua hoc sunt* NOBILES, INGENVILES atque SERVILES. Hic seruos sub LAZZIS Nithardum intelligere, patet ex latina interpretatione, qua Lazzos interpretatur seruiles. Ast apud eosdem Saxones libertos a seruis distinctos fuisse, docet EGINHARDVS: *** *Quatuor scribit differentiis gens illa consistit* NOBILIVM *scilicet et* LIBERORVM, LIBERTORVM atque SERVORVM. **** Quatuor hi ordines vt eo clarius intelligantur, de singulis singulatim.

§. XI.

* *De moribus Germ.* cap. XXV.

** Lib. IV. *Histor. Francor.* p. 478.

*** Apud ADAMVM BREMENSEM lib. I. *Hist. eccles.* cap. 5.

**** Conf. HEINECCIVM T. I. *elem. Iur. Germ.* lib. I. Tit. I. §. 20. seqq. et CEL. ENGAV *elem. Iur. Germ.* lib. I. tit. 5.

§. XI.

Vt apud reliquas gentes, sic apud Germanos quoque auita nobilitas primis temporibus penitus erat ignota, solaque vel virtus eximia, vel munerum dignitas, nobilitatem conciliabat. Posteaquam vero liberos patrum merita participare, illisque virtutem paternam communicari, Germani crediderunt, patrum quoque nobilitas liberis tribui et ex natiuitate auorumque splendore nobilitas aestumari cepit. De huiusmodi nobilitate iam TACITVS * loquitur, verbis: *Reges ex nobilitate, Duces ex virtute sumunt.* Et alio locco: ** *Insignis nobilitas aut magna patrum merita principis dignationem etiam adolescentulis adsignant.* Hinc de antiqua Germanorum nobilitate CRAMERVS: *** *Nobiles in antiqua Germania censebantur cuiuscunque gentis proceres, qui ob rei militaris virtutem et laudem ad primaria reipublicae munera et bellica et ciuilia euecti vel ex his nati erant.*

§. XII.

Nobiles erant ex sola natiuitate. (§. XI.) Huiusmodi nobiles ex sola natiuitate ob parentum merita ad primaria reipublicae munia tam ciuilia quam militaria prae caeteris adspirandi ius habebant quaesitum, ac ex iis solis reges, principes, marchiones, comites etc. sumebantur, **** reliqui vero ingenui ab hisce muneribus erant exclusi †, et sub nobilium imperio castra sequebantur, aut agriculturae erant dediti. Et licet comitum, marchionum, vel principum munia nobiles quidam actu non gererent, nihilominus tamen ad illa adscendendi spem habebant proximam ac summa

* De *Moribus* Germ. cap. VII.

** Idem cap. XIII.

*** De *iur. et praerogat. nobil. auitae* cap. II. §. 7. p. 58.

**** ILL. KOPP. *de insigni differentia inter S. R. I. comites et nobiles immediatos* Sect. I. §. 7. p. 28.

† idem Kopp. l. c. p. 35.

ma in prouincia, quam incolebant erant, auctoritate potestateque, quippe qui ampla possidebant praedia, proprios habebant vasallos, quos belli tempore, tanquam duces educebant, in pace vero comitiis intererant, eorumque vota in decernendis prouinciae negotiis magno erant pondere. *

§. XIII.

Nobiles antiquiori tempore soli erant Reges, Duces, Marchiones, comites et illi, qui ex his erant nati et dynastae dicebantur. (§. XII.) Hi omnes licet gradu inter se differunt, ordine tamen conueniunt omnes. Hinc licet rex duce, dux marchione, et marchio comite gradu sit prior, omnes tamen vnum habent ordinem, nobilium nempe, et ratione ordinis inter Regem, ducem, marchionem ac comitem est aequalitas.

§. XIV.

Soli reges, duces, marchiones, comites, dynastae, antiquiori tempore erant nobiles. (§. XII.) Hinc non omnes, qui nostris temporibus nobilium numero veniunt, olim nobilibus annumerabantur, sed exclusa nobilitate, quae hodie inferior dicitur, sola superiori nobilitate conspicui nobilium dignitate et iuribus fruebantur. Ex quibus patet, inferiorem nobilitatem iam antiquiori tempore non in eodem, sed inaequali ordine cum regibus, ducibus, marchionibus comitibus et dynastis fuisse.

§. XV.

Quatuor erant hominum ordines. Nobilium, ingenuorum, liberorum, libertorum ac seruorum. (§. X.) Ad nobiles illi, qui hodie inferiorem nobilitatem habent haud referri

* Omnia haec vberius illustrantur ab ILL. KOPP. I. C. I. G. ESTOR. tr. de *ministerialibus*. I. G. RICCIO *von Landsässigen Adel in Teutschland*.

ferri poterant. (§. XIV.) Ergo ad ingenuorum pertineant classem necesse est, nisi illos absurde ad libertos seu seruos referre velis. INGENVI erant, *quorum maiores seruitutis iugo haud subfuerunt* *. Hi omnes licet gradu, opibus, vel diuitiis a se differrent, ordine tamen erant aequali. Ast successu temporis in tres rursus ordines abiere ingenui. Quidam enim suas operas, sua ministeria nobilibus consecrarunt, et inde ministerialis ordo, a reliquorum ingenuorum ordine distinctus, est enatus. Alii ministeria nobilium non obierunt. Hi, vel in ciuitates se contulerunt, vel in agris manentes agriculturae bellique studio fuere dediti. Hinc singulatim de ministerialium conditione et fatis, deinde de iis dicatur, qui in agris mansere, tandemque eorum considerandus erit status, qui in ciuitates concedentes ciuicum ordinem constituerunt.

§. XVI.

MINISTERIALES sunt *ingenui, qui pacto ministeria nobilium subierunt vel militaria vel aulica.* ** Ministerialium conditio est ex pacto vel proprio vel parentum. Et cum pacta a libero cuiusuis consensu pendent, et sub quibuslibet iniri queant conditionibus, facile patet, ministerialium statum pro diuersitate conditionum, quae sibi pacto sunt stipulati, omnino

E

* Non igitur ad ingenuitatem sufficiebat patrem vel matrem seruilis non fuisse conditionis, sed quoque maiorum desiderabatur ingenuitas. Hinc Fridericus I. Imp. *in constitutione de pace tenenda* II. Feud. XXVII. §. III. si miles aduersus militem pro pace violata, aut aliqua capitali causa duellum committere voluerit, facultas pugnandi illi non concedatur, nisi probare possit, quod antiquitus ipse cum parentibus suis natione legitimus miles existat. Quo etiam spectat Ius Pr. Sax. lib. I. art. 51. L. III. art. 29. Ius prov. Alem. cap. 51.

** Causas cur seruitia sua nobilibus ingenui addixerunt, tradit CELEB. ESTOR *in comment. de minist.* c. VI. §. 304. p. 441.

ninô variaſſe, ideoque ſub diuerſis dominis diuerſam fuiſſe eorum conditionem, ſub nonnullis laxiorem, ſub aliis reſtrictiorem. * Erant tamen ſingulis curiis quaedam ſpecialia iura conſtituta, quae, niſi pacto aliter eſſet conuentum, circa miniſteriales omnino obtinebant. Hinc regulariter miniſteriales matrimonia absque dominorum conſenſu inire non potuiſſe, ab his ſaepe oppignoratos, permutatos, venditos, donatos, vindicatos, quin immo manumiſſos fuiſſe, documenta medii aeui ſatis docent, longa ſerie adducta ab ESTORE ** et RICCIO ***

§. XVII.

Quaecunque autem miniſterialium fuerit conditio, illi nihilominus tamen reſtricta valde vtebantur libertate. Hinc apud Germanos, quibus ſummus honor in libertate erat, miniſteriales reliquis ingenuis inferiores *** primis temporibus fuiſſe habitos, dubitari vix poteſt. † Poſteaquam vero prin-

* Hinc AVCTOR vetuſtus DE BENEFICIIS §. 131. *Ordinem iuris iſtius curialis propter diuerſitatem eius non deſcribam, ſub quolibet enim epiſcopo, abbate et abbatiſſa miniſteriales ius habent ſingulare* et IVS ALEMAN: *prouinciale* cap. 47. §. 1. *daß dies Buch als wenig ſagt von der Dienſtmanns Recht, das iſt davon daß ihr Recht iſt ſo mannigfaltig.*

** *Commentario de miniſterialibus* §. 49. ſeqq.

*** *Von Landſaeſſigen Adel* cap. X. ſeqq.

*** De quo LVDEWIG *in iure feudorum* Cap. III. Qu. IV. §. XII. *quicquid autem horum claſſium ſit fueritque olim, illud adprime notandum; quod ab hoc miniſterii genere prouintiales ordines, praediorum ſuorum domini, nihilominus alieniſſimi ſemper fuerint, neque illos habuerint ſuae gentilitatis conſortes omnino, adeoque nec in expeditione militari.*

† Probe tamen diſtinguas miniſteriales Regni ab iis, de quibus hic loquimur. Hi reſtricta vtebantur libertate, et ingenuis inferiores erant, aſt illi nobiles, et miniſteria pro dignitate erant. CEL. IO. IAC. MASCOV *de origine officiorum S. R. I.* de LVDEWIG l. c. cap. III. Quaeſt. IV. §. 13.

principum aliorumque creuit nobilium potestas; et penes hos ministeriales multum saepe poterant, eorum quoque auctoritas creuit, et non solum plena ingenuitas iis est tributa, sed interdum quoque ingenuis praeferebantur.

§. XVIII.

Homines ciuicae conditionis, originarie ingenui erant. Sic enim de vrbium originibus sub Henrico Aucupe WITICHINDVS: * *Et primum quidem ex agrariis militibus nonum quemque eligens in vrbibus habitare fecit, vt caeteris confamiliaribus suis octo habitacula exstrueret, frugum omnium tertiam partem exciperet seruaretque. Caeteri vero octo seminarent, frugesque colligerent nono, et suis eas locis reconderent.* Inde ciuicus ordo ex militibus agrariis seu ingenuis ortus, et homines ciuici non inferioris conditionis quam reliqui ingenui fuere, qui in ciuitates non migrarunt: Ast successu temporis, cum in ciuitates quoque homines seruilis conditionis reciperentur, et cum his se miscerent ingenui; deinde, commerciis pecunias congererent ciues, ac per opes ad libidinem a belli studiis auocarentur; Germani, qui in solis armis et militia gloriam quaerebant, ciuitates et commercia odio habere, et se ab hominibus ciuici ordinis distinguere ceperunt, hosque pro ingenuis habere amplius noluerunt. **

§. XIX.

Vt igitur eo magis a ciuicis hominibus ingenui agrarii se seiungerent, hi illos annuentibus nobilibus a torneamentis excluserunt, simulque aditum ad praecipuos quosdam honores ecclesiasticos et ciuiles, ad societates, collegia, et corpora

* Lib. I. p. m. 13. Eadem referunt SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad annum 925. CONRADVS VRSPERGENSIS an. Chr. p. 154.

** Omnia haec egregie illustrat CRAMER *de iur. et praerogatiu: nobilitatis auitae* T. I. C. II. §. 8. p. 77. sqq.

pora nobilium praecluserunt.* Hinc cum ingenui agrarii ad honores et praesertim ad torneamenta soli concurrerent, factum est, vt primo vnus vel alter ob fortitudinem, mox plures nobilium denominatione ab ipsis nobilibus honorarentur, tandemque omnes nobilium nomen sibi iure quasi tribui vellent.** Quod cum viderent nobiles, suamque nobilitatem cum recens nata confundi crederent, hanc ab illa distinguere ceperunt, ac inde distinctio in superiorem et inferiorem nobilitatem est enata. ***

§. XX.

Ex quo ingenui nobilis adsumserunt titulum, nobilitatis distinctio in superiorem et inferiorem, *oder den hohen und niedern Adel*, est enata. Quae distinctio adhuc obtinet, & magna inter hanc et illam superest differentia. Non enim ordine solum superior nobilitas inferioris conditionis nobiles praecedit, et ex sola natiuitate certis gaudet praerogatiuis, sed quoque soli superioris ordinis nobiles dignitatum imperii, Electoratuum, ducatuum, comitatuum sunt capaces.

§. XXI.

Ministeriales erant ingenui, quorum tamen ingenuitas ob ministeria, quae dominis praestabant, macula laborare, pristinis videbatur temporibus. Ex quo vero principum potestas maiora indies cepit incrementa, cum hac quoque ministerialium, qui penes principes ob quotidianam cum iis conuersatio-

* Conferatur CRAMER l. c. p. 82.

** Haec monstrantur a I. G. RICCIO *vom Landsaessigen Adel in Teutschland* P. I. c. XXXVIIII. et a I. G. CRAMER l. c. cap. II. §. 8. fin.

*** CRAMER l. c. *ad deprimendum ciuicae plebis fastum, efficacissimum visum fuit, vt nobilitatis titulum, solis huc vsque ducibus, marchionibus, principibus, comitibus et Baronibus proprium, sibi quoque vindicarent milites et ministeriales auita ingenuitate insignes. Inde vero enata est nobilitatis germanicae in superiorem et inferiorem distinctio.*

sationem, plus poterant, creuit auctoritas. Inde ministeriales cum ingenuis non eadem solum dignitate sunt habiti, sed illis quoque haud raro praepositi, et cum his ad militiam, torneamenta, canonicatus etc. sunt admissi. Sicuti igitur Seculo XIII. et XIIII. ingenui nobilis titulum adsumserunt, et singularem nobilitatis ordinem, hodie inferiorem dictum, confecerunt, ita quoque ministeriales, aequali cum ingenuis loco constituti, his nobilitate cedere noluerunt, sed nobiles quoque titulos, fauore principum freti, adsumserunt. Et quidem primo serui nobiles, ministeriales nobiles, *Edle Knechte*, mox vero peroso serui nomine; nobiles dici voluerunt. *

§. XXII.

Ex quo ingenui agrestes et ministeriales nobilis sibi dignitates sumserunt, ciuicae quoque conditionis homines ob perpetuam, quae iis cum ministerialibus et ingenuis agrestibus erat, aemulationem, nobilitatis titulos adfectarunt. Inde imperatorem, tanquam omnium dignitatum fontem adierunt, et nobilitatis splendore se condecorari, data obtinuere pecunia. Ex quo NOBILITAS enata est DIPLOMATICA. De qua CRAMERVS ** *Nouas excogitauerunt insidias, per Caesaream indulgentiam comparandas. Quibus animum inflauerant diuitiae, Imperatorum tentauerunt gratiam, nobilium titulos et iura per diplomata ipsis conferre, ne dedignarentur. Quid? quod tanta nonnullorum fuit impudentia, vt ad altiorem etiam nobilitatis gradum, Baronatum nempe, adscendere conarentur. Respondit votis euentus, moxque eo res deuenit, vt venalis fieret dignitas, quae solo olim sanguine parabatur, et parta in liberos propagabatur. Vix ac ne vix quidem dici potest, quam inuisa auitae et gentilitiae nobilitatis hominibus a prima sua origine fuerit noua illa et chartularia nobilitas, piper et allium plerumque redolens. Quid igitur mirum, quod* id

* Vide hic quoque CRAMER P. I. c. II. §. 8. et RICCIVM P. I c. 39.

** De *iuribus et praerogat. nobilitatis auitae* c. II. p. 88.

id vnum omnes saxum voluerent, ne homines heri vel nudius tertius nobilitati initiati, in quorum sanguine seruiles adhuc haerere videbantur guttae, illis qui plures numerare poterant auos nobiles, sociarentur, aut omni ex parte aequarentur? statuta ideo, ipsis summis Germaniae imperantibus clementer adnuentibus, passim condita sunt; aditum ad praecipuos quosdam honores, ecclesiasticos et ciuiles, ad societates, collegia et corpora nobilium illis praecludentia, qui nobilitatem auitam per certas et definitas generationes, tam a parte patris, quam a parte matris in se transmissam, et ab omni imparis connubii, aut sordidae negotiationis, aut turpis cuiuscunque facinoris macula purissimam, certissimis probare non possent argumentis. Ast nouam hancce nobilitatem Germani, nobilitatem in sanguine quaerentes, quam maxime semper sunt perosi, et hinc a priuilegiis nobilitatis auitae excluserunt * nouos homines.

§. XXIII.

Germani nobilitatem ex sanguine et auorum splendore aestimarunt. Hinc quo longiori auorum serie stemmata splendescerent, eo splendidior habebatur nobilitas. Nec patris solum nobilitate erant contenti, sed matris quoque in connumerandis auis habuerunt rationem, eorumque nobilitatem, qui matre ignobili nati, macula laborare crediderunt et adhuc credunt. **

§. XXIV.

Matrimonium inaequale est, quando quis personam inferioris ordinis ducit. Qui igitur cum persona extra suum ordinem haud constituta nuptias init, illius matrimonium inaequale non est. Hinc si imperator ducissam, seu comitissam

* CRAMER l. c. p. 90. IO. CHRIST. *de* LEIPZIGER *origines nobilitatis diplomaticae.* Viteb. 1738.

** GVNDLING *diss. an nobilitet venter* Cap. III. §. 41. et 42. CRAMER L. C. P. I. C. IIII. §. 3.

tissam ducit, matrimonium non est inaequale.* Sic quoque aequale est matrimonium electoris cum principissa seu comitissa, et principis cum comitissa seu ea, quae ex dynastis est progenita (§. XIII.)

§. XXV.

Male igitur ad matrimonia inaequalia ERNESTVS BROTVFFVS refert ** Wenceslai electoris Sax. matrimonium cum Caecilia Francisci de Carraria, Vicarii Caesarei filia. Pater enim Caeciliae Franciscus non solum nobilis, sed potius principalis erat dignitatis. Sic enim Caeciliae habet epitaphium: *** A. MCCCCII. XIV. Cal. Octobr. *maritur Wenceslaus dux Saxoniae Elector. Anno* MCCCCXXIX. *obiit Caecilia, relicta vidua Wenceslai Ducis Electoris Saxon. filia Francisci, Vicarii imperialis in Padua.* Illustris enim Carrariensium apud Italos erat familia, atque Mediolanensium Vice comitum aemula, prout docet nos IOSEPHVS RIPAMONTIVS: **** *arma inde Mediolanensium in Patauinum Carrariensem incubuere, tum fortuna tum ingenio similem hostem ei, qui fractus nuper subactusque erat. Paruum is quoque imperium vasto tenens animo, violentia in subiectos, in superiores inuidia, malignitate in omneis, vt Regulus ac dynasta, nimium potens, vt regum quispiam nimis inops, seque et alios assidue inquietabat, cum neque intra fines consistere illos posset, et in aliena transcendere volentem destituerent vires, fortuna semper aduersa retineret.* Praecipue cum ista Vicecomitum domo agebat aemulatum, in eo ipso Scaligeri olim aemulus et sicut

* Nam licet ducissae seu comitissae imperatori quodammodo subsint, nihilominus tamen in vno cum imperatore sunt constitutae ordine, nobilium nempe. Hinc ex Germaniae ducissis saepe duxerunt vxores Germaniae imperatores.

** *In der Anhaltischen Chronick* lib. IV. cap. XIII. quemque sequitur MYLERVS AB EHRENBACH de matrimonio principum inaequali cap. V. §. 16.

*** Apud BECMANNVM *Anhalt. Histor.* p. 5. lib. I. c. VII. §. VII. p. 47.

**** *Histor. Mediol.* lib. III. p. 574.

id vnum omnes saxum voluerent, ne homines heri vel nudius tertius nobilitati initiati, in quorum sanguine seruiles adhuc haerere videbantur guttae, illis qui plures numerare poterant auos nobiles, sociarentur, aut omni ex parte aequarentur? statuta ideo, ipsis summis Germaniae imperantibus clementer adnuentibus, passim condita sunt; aditum ad praecipuos quosdam honores, ecclesiasticos et ciuiles, ad societates, collegia et corpora nobilium illis praecludentia, qui nobilitatem auitam per certas et definitas generationes, tam a parte patris, quam a parte matris in se transmissam, et ab omni imparis connubii, aut sordidae negotiationis, aut turpis cuiuscunque facinoris macula purissimam, certissimis probare non possent argumentis. Ast nouam hancce nobilitatem Germani, nobilitatem in sanguine quaerentes, quam maxime semper sunt perosi, et hinc a priuilegiis nobilitatis auitae excluserunt * nouos homines.

§. XXIII.

Germani nobilitatem ex sanguine et auorum splendore aestimarunt. Hinc quo longiori auorum serie stemmata splendescerent, eo splendidor habebatur nobilitas. Nec patris solum nobilitate erant contenti, sed matris quoque in connumerandis auis habuerunt rationem, eorumque nobilitatem, qui matre ignobili nati, macula laborare crediderunt et adhuc credunt. **

§. XXIV.

Matrimonium inaequale est, quando quis personam inferioris ordinis ducit. Qui igitur cum persona extra suum ordinem haud constituta nuptias init, illius matrimonium inaequale non est. Hinc si imperator ducissam, seu comitissam

* CRAMER l. c. p. 90. IO. CHRIST. *de* LEIPZIGER *origines nobilitatis diplomaticae.* Viteb. 1738.

** GVNDLING *diss. an nobilitet venter* Cap. III. §. 41. et 42. CRAMER L. C. P. I. C. IIII. §. 3.

tissam ducit, matrimonium non est inaequale. * Sic quoque aequale est matrimonium electoris cum principissa seu comitissa, et principis cum comitissa seu ea, quae ex dynastis est progenita (§. XIII.)

§. XXV.

Male igitur ad matrimonia inaequalia ERNESTVS BROTVFFVS refert ** Wenceslai electoris Sax. matrimonium cum Caecilia Francisci de Carraria, Vicarii Caesarei filia. Pater enim Caeciliae Franciscus non solum nobilis, sed potius principalis erat dignitatis. Sic enim Caeciliae habet epitaphium: *** A. MCCCCII. XIV. Cal. Octobr. *moritur Wenceslaus dux Saxoniae Elector. Anno* MCCCCXXIX. *obiit Caecilia, relicta vidua Wenceslai Ducis Electoris Saxon. filia Francisci, Vicarii imperialis in Padua.* Illustris enim Carrariensium apud Italos erat familia, atque Mediolanensium Vice comitum aemula, prout docet nos IOSEPHVS RIPAMONTIVS: **** *arma inde Mediolanensium in Patauinum Carrariensem incubuere, tum fortuna tum ingenio similem hostem ei, qui fractus nuper subactusque erat. Paruum is quoque imperium vasto tenens animo, violentia in subiectos, in superiores inuidia, malignitate in omneis, vt Regulus ac dynasta, nimium potens, vt regum quispiam nimis inops, seque et alios assidue inquietabat, cum neque intra fines consistere illos posset, et in aliena transcendere volentem destituerent vires, fortuna semper aduersa retineret.* Praecipue cum ista Vicecomitum domo agebat aemulatum, in eo ipso Scaligeri olim aemulus et sicut

* Nam licet ducissae seu comitissae imperatori quodammodo subsint, nihilominus tamen in vno cum imperatore sunt constitutae ordine, nobilium nempe. Hinc ex Germaniae ducissis saepe duxerunt vxores Germaniae imperatores.

** *In der Anhaltischen Chronick* lib. IV. cap. XIII. quemque sequitur MYLERVS AB EHRENBACH de matrimonio principum inaequali cap. V. §. 16.

*** Apud BECMANNVM *Anhalt. Histor.* p. 5. lib. I. c. VII. §. VII. p. 47.

**** *Histor. Mediol.* lib. III. p. 574.

cut ille per fraudes fere occultas, quia bello aperto impar. De dicto vero Francisco testatur Mantissa adiecta Chronico Monachi Paduani. * *Franciscus de Carraria filius praedicti Francisci, post expulsionem patris ex dominio, recuperauit Paduae dominium, intrando per subtus pontem sancti Iacobi de mense Iunii die XIX. mensibus XVIII. post expulsum patrem eius.* Ideoque inaequale non erat Electoris matrimonium, sed cum principe principis.

§. XXVI.

Inaequale matrimonium ineunt, qui personas in inferiori ordine constitutas ducunt. Iam vero quatuor in Germania hominum sunt ordines. Primus nobilium, quo electores, duces, principes, marchiones, comites, dynastae continentur. (§. XIII.) Alter ingenuorum, quo nobiles inferiores, ministeriales et ciuicae conditionis homines sunt. (§. XV.) Tertius rusticorum, et quartus seruorum. Qui in primo ordine sunt, illustres habentur. Hinc illustrium matrimonium inaequale est, quando Imperator, Rex, elector, dux, marchio, comes, seu dynasta, personam inferioris nobilitatis, ministerialem, ciuicae conditionis, rusticam vel ancillam matrimonio sibi iungit.**

§. XXVII.

Praemissa definitione, qui fuerint inaequalium matrimoniorum apud Germanos effectus, nunc examinandum est. Et maximo quidem Germanicae originis gentibus matrimonia inaequalia fuerunt odio. Sic WISIGOTHI *** in eos qui seruilis conditionis hominibus se iungunt, mortis statuunt poe-

* Apud MVRATORIVM *script. rer. Ital.* Tom. VIII. p. 739.

** Licet enim in inaequalitate gradus dentur, et haud raro quoddam minus alterum magis inaequale sit, nihilominus tamen omnia haec matrimonia inaequalium sunt species.

*** Lib. III. tit. II. lege 2.

poenam, verbis: *Si mulier ingenua seruo suo vel proprio vel liberto se in adulterio commiscuerit, aut forsitan maritum eum habere voluerit, et ex hoc manifesta probatione conuincatur, occidatur.* Eandem dispositionem habet LEX BVRGVNDIONVM: * *Si ingenua puella voluntarie se seruo coniunxerit, vtrumque iubemus occidi.* LEGES LONGOBARDORVM sanciunt: ** *si seruus liberam mulierem aut puellam ausus fuerit sibi coniugio sociare, animae incurrat periculum, et illam, quae seruo fuerit consentiens, habeant parentes potestatem occidendi, aut foras prouinciam transuendendi, et de rebus ipsius mulieris faciendi quod voluerint. Et si parentes eius hoc facere distulerint, tunc liceat Gastaldio Regis aut actori aut Schuldasio.* LEX SALICA Francorum minus adprobat matrimonia inaequalia, sic statuens: *** *si quis ingenuus ancillam alienam in coiungium acceperit, ipse cum ea in seruitium implicetur:* LEX RIPVARIA eadem habet: **** *Si autem Ripuarius ancillam Ripuarii in matrimonium acceperit, ipse cum ea in seruitio permaneat. Quodsi ingenua Ripuaria seruum Ripuarium secuta fuerit, et parentes eius hoc contradicere voluerint, offeratur ei a rege seu a comite spata, (gladius) et conucula (colus Kunckel) quod si spatam acceperit, seruum interficiat, si autem conuculam, in seruitio perseueret.* In seruitutem detrudi eos easque, qui quaeue seruilibus se polluunt coniugiis, non vno loco iubent Capitularia †. IVS PROVINCIALE ALAMANNICVM seuere adhuc matrimonia inaequalia coercenda docet: †† *Vnd ist daß*

F *eine*

* *Tit. XXXV. §. 2.*

** *Lib. II. Tit. IX. §. 2.*

*** *Tit. XIV. §. XI.*

**** *Tit. LVIII. §. 15. 16. 17.*

† Vide CAPITVLARE LVDOVICI PII *de interpr. Regis salicae Cap. III.* apud ECCARDIVM *in addit. ad L. salic. c. III. p. 189. Capitularia Regum Francor. lib. V. c. XX.* apud BALVZIVM *T. I. p. 829.*

†† *Cap. LVIII.*

eine frey Frau ihren eigen Mann zu ihr läßt, mann soll ihr das Haupt abschlagen, und den Mann verbrennen, und wird ein Kind gebohren von ihnen beyden, das ist auch nicht frey, es erbt auch nicht seiner Mutter Gut, noch Vaters Gut, noch keines Gut. De Saxonibus notatu digna habet verba ADAMVS BREMENSIS: * *Generis quoque ac nobilitatis suae prouidissimam curam habentes, nec facile vllis aliarum gentium vel sibi inferiorum connubiis inserti, propriam et sinceram tantumque sibi similem gentem facere conati sunt. Quatuor igitur differentiis gens illa consistit, nobilium et liberorum; libertorum atque seruorum. Et id legibus firmatum, ne vlla pars in copulandis coniugiis propriae sortis terminos transferat, sed nobilis nobilem ducat vxorem, liber liberam, libertus coniungatur libertae et seruus ancillae, si vero quispiam horum sibi non congruentem et genere praestantiorem duxerit vxorem, cum vitae suae damno componat.*

§. XXVIII.

Posteaquam vero Ius Canonico-Pontificium in Germaniae penetrauit fora. Germani, matrimonia sacramentis accensentes, tam seueris poenis inaequalia non vindicarunt matrimonia; sed ex iuris Canonici distinctione illa pro ratis quidem, ast minime pro legitimis habuerunt. ** Subsistunt igitur matrimonia inaequalia quoad vinculum, vxor legitima et liberi legitimi eatenus habentur, vt nulla quidem natiuitatis macula laborent, ast nec vxor dignitatem mariti participat, *** nec priuilegia et praerogatiuae nobilitatis auitae aliaque iura ex statu reipublicae com-

* *Lib. I. hist. eccles. cap. V.*

** BOEHMER *ius ecclesiasticum Lib. IV. tit. 9. p. 95.*

*** Conferatur GEORG MELCH. *de* LVDOLFF *de iure feminarum illustrium Sect. I. §. 10. seqq.* vbi docuit, matrimonium non esse modum ad nobilitatem perueniendi apud Germanos, quod etiam prolixe refutatis contrariorum argumentis monstrauit de LVDEWIG *in different. iuris Rom. et Germ. in dignitate vxoris diff. II. n. g. et h.*

competentia, liberis ex inaequali matrimonio natis tribuuntur.

§. XXIX.

Quod vero priuilegia nobilitatis auitae attinet, quae liberis inaequali matrimonio natis denegantur, merito distinguendum censeo, inter praerogatiuas nobilitati superiori proprias, et illas, quae cum inferioris ordinis nobilibus communes competunt illustribus. Sunt enim iura quaedam nobilibus tam superioris quam inferioris ordinis communia, sunt quae propria nobilitati superiori tribuuntur. Ad iura communia vtrique nobilitati pertinent iura torneamentorum, iura admissionis ad canonicatus in ecclesiis cathedralibus, iura in nobilium conuentibus comparendi, aliaque. Propria maiori nobilitati sunt successio in feuda maiora, electoratus, principatus, comitatus et dignitates cum prouinciis connexas. Iam vero nobilitatis superioris persona matrimonium inaequale contrahit, vel cum persona inferioris nobilitatis, vel ciuicae aut seruilis conditionis. Matrimonium principis vel comitis cum persona inferioris nobilitatis, est quidem inaequale, ast iura nobilitatis auitae, torneamentorum, admissio ad canonicatus et conuentus equestres, omnino liberis exinde natis competunt.* Ast omnia haec merito liberis ex inaequali matrimonio cum personis plebeiae conditionis inito natis recte denegantur.** Faciunt

* Ad haec enim omnia et illi, qui inferioris sunt nobilitatis, adspirare queunt.

** Inter priuilegia Ludorum equestrium est statutum apud RVXNER *Turnier-Buch p. 15. Welcher wollt von Adel Einreiten und Thurnieren der nicht von seinen Eltern Edelgebohren und Herkommen wäre, und das mit seinen Vier Ahnichen nicht erweisen konnte, der mag mit Recht dieser Thurnier keinen besuchen.* ET *in Verkündigung der Thurnier Freyheit* RVXNER *p. 22. und ob ein Thurnier-Genosse eines Burgers Tochter oder eine Bauerin zu einer ehelichen Bett-Genossin neh-*

ciunt hic verba CRAMERI. * *Distinguendum erit vtrum princeps, comes aut baro matrimonium legitimum contraxerit cum femina nobili, sed inferioris gradus, an vero cum femina ignobili seu plebeia. Qui ex illustri patre et nobili matre dispari quidem, sed legitimo matrimonio iunctis, enascuntur liberi, iurium et praerogatiuarum nobilitatis auitae capaces erunt, si matris aeque ac patris prosapia antiqua sit, et tot auos auiasque nobiles ostendat, quot statutis vel moribus requiruntur. Neque enim ducis, principis, comitis aut baronis legitimis filiis, licet ex nobili tantum, sed generis antiquitate clara vxore generatis, controuersia status in torneamentis, ordinibus militaribus et collegiis canonicorum cathedralibus ideo moueri poterit, quod mater non fuerit aeque illustris ac pater, siquidem collegiorum equestrium et plerorumque capitulorum cathedralium statuta et priuilegia auitam tantum vtriusque parentis nobilitatem desiderant, non itidem dignitatem illustrem. Secus pronunciandum erit, vbi dux, princeps, comes, aut baro splendidae suae originis prorsus oblitus, in torum vocat vxorem ignobilem, ciuicam aut plebeiam. Efferuescunt ad istiusmodi nuptias, illustribus viris indignissimas, Germanorum animi, in quibus maximum per omne aeuum flagrauit odium disparium quorumuis connubiorum. Quis igitur crederet, in Germania, vbi ea sola vera et genuina habetur nobilitas, quae ab vtroque parente propagata est in liberos, vere nobiles et iurium atque praerogatiuarum nobilitatis auitae capaces censeri illustrium filios, ex vxore progenitos ignobili vel plebeia? Hinc Germani inde ab antiquissimis temporibus principum suorum nobilitatem plenam et materni quoque generis splendore insignem esse voluerunt.*

§. XXX.

Ast a successione in prouincias, dignitates, titulos et insignia, liberi a patre illustri inaequali matrimonio siue ex nobili

nobili

nehme, der sting mit Recht, dieweil er lebt, den Thurnier nicht gebrauchen, auch desselben Kinder, von der wieder einer gebohren und ihre Kindes-Kinder bis ins dritte Geschlecht. Simili modo ex inaequali matrimonio nati ad duellum prouocare non poterant, *sp. Sax. lib. I. Art. 51. et L. III. 29.*

* *De iuribus et praerogatiuis nobilitat. auitae cap. IIII. §. 6.*

bili inferiori, siue ex ingenua plebeiae vel ciuicae conditionis procreati, omnino sunt exclusi. Germani enim, quoad successionis iura semper requisiuerunt aequalitatem dignitatum, *eine Ebenbürtigkeit.* Hanc vero recte glossa * ad ius feudale Saxonicum explicat: *Ebenbürtig ist nichts anders, denn dass der Sohn seinem Vater gleich eben gebohren seyn soll*, et vocabularium Saxonicum Weichbildo adiunctum ** *Ebenbürtig heist so viel als einem recht gebohren seyn, oder ihm gleich an Geburth und Freyheit aus der rechten Blut-Freundschafft.*

§. XXXI.

Quod vero Germani ad successionem *eine Ebenbürtigkeit* requisiuerint, probant primo, tot textus iuris Saxonici et Sueuici, secundo continua in Germania praxis, tertio res iudicatae, optimam hancce Germanorum consuetudinem confirmantes. Primo igitur speculum Saxonicum aeque ac Sueuicum docent, liberos qui non aequalis natiuitatis sunt cum patre, *die nicht ebenbürtig*, a successione plane excludi. Sic enim Ius Feudale Saxonicum: *** *wo aber ein Sohn seinem Vater nicht ebenbürtig ist, so mögen des Vaters Lebenmann zu Recht wohl wegern von dem Sohne ein Gut zu empfahen. Vnd auch so gleich ein solcher Sohn lebete nach seines Vaters Tode, er kan doch denen die an des Vaters Gut Gedinge haben, nicht nehmen.* Idem dicit ius Feudale Sueuicum: **** *Wo der Sun den Vater nit ebenbürtig ist, do geweygeren, die sins Vater worent wohl sich ihr Lehn von im zu empfohende.* Et in iure Prouinciali Saxonico † dicitur; *wer dem andern nicht ebenbürtig ist, mag sein Erbe nicht nehmen.* Porro dicitur in Iure Saxonico Prouinciali: †† *Das ehrlich und freygebohrne Kinde behält seines Vaters Heerschild, und nimmet auch sein*

* *Cap. XX. n. 2.*
** Voce *Ebenbürtig.*
*** *Cap. XX.*
**** *Cap. XL.*
† *Lib. I. Art. XVII.*
†† *Lib. III. Art. LXXII.*

sein Erbe, und der Mutter also wohl ob es ihr ebenbürtig ist oder bas gebohren, haec verba posteriora nihil aliud denotant quam *niedrig gebohren seyn*, id est, matrimonio inaequali, prout ex latina patet translatione. Legitima et ingenua proles clypeum patris sui et haereditatem eius matrisque obtinet, si sit aequalis generationis vel meliores. *In Sächs. Landrecht:* * *nehmen auch zwene Brüder zwo Schwestern, und der dritte Bruder sonst ein ander Weib, ihre allerseits Kinder sind iedoch gleich nahe, ein ieglicher des andern Erbe zu nehmen, ob sie einander ebenbürtig, das ist an der Geburth gleich sind*, siue prout textus latinus habet: modo in eadem sint dignitate propagationis. Quare Ius Saxonicum ** ad successionem requirit, quod liberi ex matrimonio aequali esse debeant. *Nimbt der Son ein Weib bey des Vaters Leben, die ihm ebenbürtig ist, und gewinnet Kinder mit ihr, und stirbet darnach ehe sein Vater ihm abtrit von dem Erbe, seine hinderlassene Kinder nehmen Theil an ihres Gros-Vaters Erbe.* Ius prouinciale Saxonicum: *Ein ieglicher Mann von Ritters Art vererbet auch zweyerley das Erbe an dem nechsten ebenbürtigen Freund*, vbi textus latinus habet: dummodo ei sit in generatione aequalis. *** Idem confirmat Ius Alemannicum Prouinciale: **** Immo etiam in tutore legitimo requiritur, vt sit aequalis natiuitatis, *ebenbürtig.* Ius Alemannicum † hoc tanto certius declarat, quando definit eiusmodi liberos non tam patris quam matris sequi conditionem. Sic enim decernit: *Es ist niemand* semper *frey, denn der Vater und Mutter* semper *frey warent. Die von der Mutter frey sind geborn, die sind mittelfreyen, und ist er der Mutter* semper *frey, und der Vater mittelfrey, die Kinder werden mittelfrey. Vnd ist der Vatter* semper *frey und die Mutter mittelfrey, die Kinder werden auch mittelfreye.*

Inde

* *Lib. I. art. III.*
** *Lib. I. Art. 5.*
*** *Lib. I. Art. 23.*
**** *L. CCLV.*
† *C. XLVIII.*

Inde apud Germanos ab antiquo Ius maiorum requirebatur, de quo Ius Alemannicum * *Welcher Mann von seinen vier Anen, das ist, von seinen alten Müttern zweyen, und zweyen alten Vätern, und von Vater und Mutter unbescholten ist an seinem Recht, den kan niemanden gescheltem an seiner Geburt, er habe denn sein Recht verwürcket.* Idem confirmatur in iure Prouinciali Saxonico ** *Dat rechte Kind, nimbt und behält syns Vader Schild, und nimpt sin Erve und der Moder also wohl offte ideme ewenbördig is, eter bet geborn:* Textus latinus habet: legitima et ingenua proles clypeum patris sui et haereditatem eius matrisque obtinet, si sit aequalis conditionis vel melioris. Et alio loco *De Soen behalt des Vaters Schild to Leenrechte de em ewenbürtig is.* Et *Weichbild.* *⁎* Eo etiam facere videtur Ius Feudale Saxonicum, *⁎⁎* dum decernit: *Die nicht von Ritters Art seindt, die sollen Lehn-Rechts darben. Die nicht Ritters-Art* nulli alii sunt, quam qui iure maiorum non gaudent. Immo maiores isti eo quam maxime respiciebant, vt etiam in causis feudalibus neminem ad testimonium reciperent, nisi qui in perfectione sit clypei militaris, *der nicht am Heerschild vollkommen.* † Nec etiam Regem eligere poterant, qui matrimonium contraxerat inaequale. Sic enim Ius Sueuicum Prouinciale: †† *Die Fürsten sollen kiesen einen König der ein freyer Herr sey, und also frey, daß sein Vater und Mutter frey seyn gewesen, und nit sollen mittelfrey seyn. Sie sollen nit seyn Mann, dann der Pfafen Fürsten Mann, und sollen mittelfreye zu Mann haben, und haben sie Eheweib zu der Ehe genommen, so man sie kiesete, und ist nit als frey, so soll man sie nit kiesen zu Königen, wann das wär wieder Recht.* In argumentum etiam ducitur Ius Feudale Sue-

* *c. XLIX.*

** *Lib. III. art. LXXII.*

⁎ *art. IV.*

⁎⁎ *Cap. II.*

† *Ius Feudale Saxonicum cap. LXXII.*

†† *Art. III. edit. Schann.*

Sueuicum * in quo dicitur: *Das Kind tritt zur ärgern Hand* ** quod etiam HERTIUS *** in hunc casum adplicat, dum potius Iuris Sueuici compilator ad Legem Mensiam respexisse videatur, de qua Vlpianus: **** Lex Mensia ex alterutro peregrino natum deterioris conditionis parentem sequi iubet. Sic etiam Legibus Alemannorum fuit definitum cap. 56. Si duae sorores absque fratre suo relictae post mortem patris fuerint, et ad ipsas haereditas paterna pertingat, et vna nupserit, si coaequali libero, alia autem nupserit aut colono Regis aut ecclesiae, illa quae libero nupsit sibi coaequali, teneat terram patris eorum. Res autem alias aequaliter diuidunt. Illa autem quae colono nupsit, non intret portionem terrae. Quia sibi coaequali non nupsit.

§. XXXII.

Sed erunt fortasse, qui putent, loca ex speculo Saxonico et Sueuico adducta nil plane probare, dum haecce specula non nisi naenias contineant, et priuato conatu facta, nullam inter priuatos nedum inter illustres habeant iuris auctoritatem. Et hi recte fidem speculis Saxonico et Sueuico denegant, quippe quam non merentur, si sola specula aliquid asserunt et non simul aliunde auctoritas iis accrescit. Ast omnes tamen concedunt, et concedere eos oportet, specula tanquam testes de consuetudine deponentes esse consideranda, et licet vni testi plena non habeatur fides, ille tamen praesumtionem veritatis prae se habet, cui, si aliae accedunt probationes, omnino plena denegari nequit fides. Hinc et speculo soli plene non creditur, ast praesumtionem iuris habent, quae in illo continentur, et plene probata habetur consuetudo in speculis prolata, si aliae acce-

* *c. CII. §. 5.*

** Illustrat egregie hanc paroemiam CRAMER *de iur. et praerog. nobil. c. III. §. 1. n. p.*

*** *Paroemia Iuris VI. §. 2. lib. II.*

**** *Tit. V. Frag. § 8.*

accedunt circumſtantiae de vſu conſuetudinis teſtantes. Et huiusmodi circumſtantiae occurrunt omnino in doctrina Speculi de liberorum ex matrimonio inaequali natorum ſucceſſione. Primo enim ex legibus Germaniae antiquis, §. XXVII. a nobis adductis, patet, Germanos ab antiquiſſimis temporibus matrimonia inaequalia ſummo habuiſſe odio, eaque plane fuiſſe inualida, liberosque exinde natos illegitimos. Hae leges, licet Carolingica in Germania ſtirpe exſtincta, rurſus exolescerent, nihilominus tamen, quae illis continebantur diſpoſitiones, tanquam conſuetudines apud Germanos manſerunt in vſu. De hoc vſu cum teſtentur Specula Saxonicum ac Sueuicum, et vtraque idem aſſerant, non video quomodo clarior probatio conſuetudinis vtiliſſimae deſiderari queat. Aſt extra omnem dubitationis aleam res erit, ſi huius conſuetudinis longaeuae auctoritas, continua praxi corroborata et rerum iudicatarum exemplis recentiori tempore confirmata, demonſtratur.

§. XXXIII.

Quod igitur ad continuam praxin, qua liberi, ex inaequali matrimonio nati, a ſucceſſione excluduntur, attinet, multa quidem matrimoniorum inaequalium inter Germaniae proceres exſtant exempla, aſt nullum poteſt proferri, quo vnquam contradicentibus agnatis liberi ex inaequali matrimonio nati ad ſucceſſionem peruenerint. E contrario multorum exemplorum cohors, ſequenti ſectione adducta, vberius docet, continua obtinuiſſe Germaniae praxi, quod huiusmodi liberi ad ſucceſſionem nunquam inuitis peruenerint agnatis. Inde quoque matrimoniorum ad legem Morganaticam inter Germaniae proceres vſus frequens, quibus omnem de ſucceſſione liberorum inaequali matrimonio natorum controuerſiam tollere voluerunt.

§. XXXIV.

Magis vero antiquissima haec Germanorum consuetudo rerum iudicatarum exemplis confirmatur. Sic imperator, cum EZARD EBERHARD WILHELM Ostfrisiae comes Sophiam Mariam Foelten matrimonio duxisset, ad implorationem matris rescripsit, *unwissend Reichs Hoffraths dergleichen* expeditiones *nicht zu verwilligen, dieweilen die Föltin allen in* actis *vorgekommenen Vmständen nach der Standes Erhöhung unfähig, dahero auch die von ihr herkommende Kinder sich der sonsten in dem Gräffl. Haus gebräuchlichen* succession *nicht zu erfreuen haben.* In causa Mompelgardensi inter causas caeteras a successione comites de SPONECK excludendi, erat quoque inaequale matrimonium, quod testatur decretum imperatorium infra adductum *. Liberi ex matrimonio GEORGII ARIBERTI et CAROLI FRIEDERICI Anhaltinorum, ius succedendi quidem petierunt, verum dissentientibus atque contradicentibus agnatis, nihil obtinuerunt. ** Sic OTTONI comiti ab ISENBVRG, quod matre plebeia natus esset, quaestio status mouebatur, eique, ne comitis titulo vteretur, Rescripto Caesareo MDCIX. iniungebatur. *** Plura vide *in der* deduction *die Meiningische Standes Erhöhung betreffend.* ****

§. XXXV.

Denique etiam totidem Iuris Publici Doctores eiusmodi illustrium matrimonia inaequalia merito reiiciunt. Erfurtensis Iureconsultus GEORGIVS HENRICVS SPRINGSFELD,

* *Sectione II. §. XXXX.*

** BECKMANN *P. V. Histor. Anhalt. lib. III, cap. 3.* §. 5. de LVDWIG *ad A. B. P. II. p. 1383.* et infra *Sect. II.* §. *38.*

*** Vid. *Sect. II. §. 44.*

**** *Pag. 91. Hauptfundament. IIII.*

FELD, Principum reputationem per eiusmodi matrimonia plurimum laedi, obseruauit. * Sic etiam ANGELVS scribit, ** quod matrimonium a viro nobili cum muliere ignobili honeste contrahi non possit, moribusque hominum sit reprobatum. Idem docet NICOLAVS BETSIVS † sic scribens, *quod ex successu imparis matrimonii deprehendere licet, quam sunt periculosa huiusmodi coniugia illustribus familiis, etiamsi vrgente necessitate in earum commodum & emolumentum contrahantur. Fugienda itaque sunt huiusmodi matrimonia, Germanis praesertim proceribus illustri dignitate praeditis, non tantum ob rationes causasque iam commemoratas, verum etiam ne posteri vel ab omnibus, vel ab eis saltem beneficiis ecclesiasticis, ad quae solis illustribus personis, progeniem suam continua serie tam a paterna quam materna linea integram atque incontaminatam probantibus, aspirare licet, omnino excludantur; et ita hoc medio, quo potissimum in imperio Germanicae nationis splendor et diuitiae illustrium familiarum olim confirmatae fuerint, in perpetuum destituantur.* IDEM antea dixerat: †† *indignas vero nuptias non secus ac scopulos, ad quos plurimi Reges impingentes lamentabile naufragium fecere, prudenter vitent. Semper enim in coniunctionibus non solum quid liceat considerandum est, sed et quid honestum sit, ut* ait MODESTINUS *l. 42. ff. de ritu nuptiarum*, quod et Germanicae nobilitatis decus, VITUS LUDOVICUS a SECKENDORF adseruit, ita scribens: ††† *Nach alten Herkommen des teutschen Landes, verheyrathen sich die Teutsche Fürsten und vornehme Reichs Grafen an keine andere, als welche aus Fürstlichem Hauße, oder denselben gleich geachteten Geschlecht, welche zumahl in Reich bekannt, und etwa auch dem Landes Fürsten der da heyrathet, nicht unterworffen oder Landsäßig wäre, gebohren ist, und sind Exempel anzuziehen, daß im Fall eine Fürstl. oder hohe Person, es hierinnen anders gehalten, und an eine gemei-*

* Tr. *de reputatione principis* et *de Apanag.*

** In Auth. *qui null. effic. legitim.*

† De *pactis illustrium cap. VI. §. XXV.*

†† *Cap. VI. p. 99.*

††† *Fürsten Staat p. II. c. V. n. 26.*

gemeine von Adel sich vermählet hat, es ihm nicht allein zur bösen Nachrede gereichet, sondern auch denen also erzielten Kindern ihr Stand und Recht zur Landes Regierung sehr beschnitten, auch wohl gar aberkandt, oder sie mit geringen Gütern angewiesen worden. HENRICVS SALMVTH, licet singulari responso tale matrimonium principis cum virgine nobili inferioris ordinis defendere conetur; nihilominus concludit;* melius esse, vt liberi, ex eiusmodi matrimonio prognati, a principis nomine, titulo, insignibus atque emolumentis exinde dependentibus, successione etiam abstineant, et certa portione alimentorum sint contenti. Hinc etiam Baro SCHENCK de TAVTENBVRG ita sentit:** *semper vbi quaestio est de feudo dignitatis aut illustri, filios, quos princeps aut comes tulit ex muliere vili aut abiecta, non admitti ad patris sui successionem, quod decora adesse nequeant Natalium, propter obscuritatem materni generis.* Idem etiam Iureconsultorum multi adseruerunt ex ratione potissimum, quod reipublicae intersit, familiarum illustrium dignitatem earumque bona conseruari, in quarum conseruatione Ius Publicum atque adeo publica salus non solum priuata consistat.

§. XXXVI.

Ast licet a successione liberi, ex inaequali matrimonio nati, per consuetudinem, multorum saeculorum vsu probatam, omnino sint exclusi, non desunt tamen, qui hancce in dubium vocant sententiam. Quidam, nimio iuris Romani amore capti, et feminas dignitatem maritorum participare credentes, inaequalia non solum probant matrimonia, sed liberos quoque exinde natos successionis capaces esse contendunt. Ast iam satis eorum profligatus est error, qui iura Romana et canonica contraria patriae consuetudinibus, in caussis illustrium decidendis normam adhibere volunt, et inde non

* *p. 167.*

** *Comment. ad II. F. XXIX.*

non cum his, sed illis nobis res est, qui patriae quoque legibus inaequalia non prohiberi matrimonia asserere non dubitant. Horum argumenta sunt sequentia. *Primo* quod nobilitas a patre recipiat formam, a matre autem naturam, qua de causa in ineunda ratione nobilitatis nullam haberi rationem matris sed patris. *Secundo* adlegant ius prouinciale Saxonicum, quo definitum: * *Wo ein Kind frey und ehrlich gebohren ist, das behält auch seines Vaters Recht.* Et in iure feudali Saxonico: ** *Der Sohn behält des Vaters Schild und Adel nach seinem Tode, so fern er ehrlich gebohren ist, und dievveilen er sich mit seinem Ritterstand und seinem Sohn nach dem Dienst nicht selbst erniedriget. Tertio* quod filii, ex ignobili matre, patre tamen nobili nati, ad feuda in Camera et Electoratu Saxonico admittantur. *** *Quarto* quod tales filii non nisi pacto speciali intercedente a successione excludantur, **** ad eiusmodi vero pactum nemo cogi possit. † *Quinto* prouocatur ad exemplum ERNESTI, hodiernae lineae Durlacensis fundatoris, qui binas duxit virgines nobiles, Vrsulam a Rosenfeld, et Annam Bombast a Hohenheim, ex altera etiam reliquit Carolum stemmatis propagatorem. †† *Sexto* allegant exemplum EDVARDI FORTVNATI Badensis Marchionis, cuius liberi ex inaequali matrimonio cum Maria, Iodoci ab Eicken Baronis de Riuiere, qui Auriaci principis erat aulae Marechallus et Bredae gubernator, filia inito prognati ad suc-

* *Lib. I. Art. XVI.*

** *cap. XXI.*

*** CARPZOV. *Cent. I. conf. I. n. 17.* SCHVBART. *de Austregis c. III. n. 114. seqq.* IAC. BLVMIVS *Processs. camer. tit. XXVII. n. 43.* BERGER. *Oecon. iur. lib. II. tit. IV.*

**** *II. Feud. XXIX.*

† Conf. STRYK. *de iuribus singul. connub. in Germania cap. II. §. 14. et 29.*

†† BESOLD. *conf. LXXXVIII. n. 83.* SPENER. *Geneal. p. 641.* WAGNER. *Geneal. f. 210.*

ceſſionem omnino peruenerunt. Prouocant ad exemplum OTTONIS IV. * qui ex Mathilda de Campen, filium reliquerat Ottonem iuniorem, quem imperator non ſolum dignitatis participem paternae, ſed etiam in ipſius terrarum portionem declarauit ſucceſſorem. Porro exemplum adducunt IO. GEORGII, principis Deſſauienſis, cuius liberi ex inaequali matrimonio prognati, ex coniuge tamen ad maiorem dignitatem euecta, non ſolum principali gaudent dignitate, ſed etiam ſucceſſores ſunt legitimi. Demum ad exemplum IO. CAROLI Palatini comitis Birckenfeldenſis liberorum ex Maria Eſthere de Witzleben, qui proteſtantibus licet sereniſſimis agnatis, per ſententiam iudicii aulici principalis dignitatis participes et ſucceſſores legitimi fuere declarati.

§. XXXVII.

Quantum vero ad haec argumenta attinet, primum quidem, quod nobilitas a patre recipiat formam, a matre naturam, in ſtatu naturali recte ſe habet, dum vero nobilitas gentium

* De quo WINCKELMANN *Braunſchweigiſcher Stammbaum p. 138 Hertzog Heinrichen des Jüngern alteſter Sohn iſt gebohren im Jahr 1495. d. 14. Aug. führte zwar eine zeitlang die Regierung mit, dieweil er aber von Natur mehr Luſt zur Ruhe hatte, trate er im Jahr 1527. die Regierung ſeinem Bruder Hertzog Ernſten gegen eine gewiſſe jährliche Geld-Summe wieder ab, begab ſich auf das Fürſtliche Schloſs Harburg, welches er an Gebauden verbeſſerte, vermahlte ſich mit Mechtild einer Matrone von Campen einer Lüneburgiſchen von Adel, andere nennten ſie Annen Graffin von Campreunois aus Italien.* De eodem dicit *Rethmeyer Braunſchweigiſche* Chronic. P. III. c. LXX. p. 1337. *dieſer itzt benannte Hertzog Otto der IV. in der Lüneburgiſchen Linie, ward 1549. nach Abſterben ſeines Herrn Vaters zu Harburg regierender Herr, und hielt daſelbſt ſein Fürſtlich Hof-Lager. Anfanglich zwar machten ihm die übrigen Hertzoge zu Braunſchweig und Lüneburg ſeinen Antheil Landes ſtreitig, weil er keine gebohrne Fürſtin zur Mutter gehabt. Iedennoch wurde er hierbey geſchützt, als ihn die Keyſerliche Kammer durch rechtlichen Ausſpruch vor einen rechtmaſſigen Fürſten erklarte.*

gentium moribus sit fundata, circa eandem id quoque obtinet, quod iisdem est receptum. Et sic in Germania, vbi matris quoque nobilitas respicitur, (§. XV. n.) liberi ex inaequali matrimonio nati, immaculata non gaudent nobilitate. Ad secundum, quod legibus Germanicis est statutum: *ein ehrlich Kind behaelt seines Vaters Recht*, facilis est responsio, hoc in regula omnino obtinere, atque dignitatem ad posteros transire: excipi tamen ratione successionis illos, qui ex matrimonio inaequali fuerunt nati, prout alii testantur textus Germanici. Sic enim IVS PROVINC. SAXON. * *Das ehrlich und freygebohrne Kind behält seines Vaters Heerschild und nimmt auch sein Erbe und der Mutter also wol ob ès ebenbürtig.* Ad *tertium*, quod *filii* ex matre ignobili, patre vero nobili nati in camera et electoratu Saxonico etiam ad feudorum successionem admittantur, illud locum habet in quibusdam terris circa inferioris ordinis nobiles, vbi hoc ita receptum, non vero in omnibus. Secus tamen est secundum mores legesque Germaniae circa personas illustrium. Ad *quartum*, quod liberi ex inaequali matrimonio nati pacto saltim excludantur, ad quod nemo possit cogi, facit, quod coniuges illustres cum femina conditionis inaequalis eiusmodi pacta ineant, minime necessitatis, sed maioris securitatis gratia, ad euitandos omnes scrupulos, maxime cum defensores matrimoniorum extiterint inaequalium, idem vero etiam locum habebit, etiamsi matrimonium inaequale sine dicto pacto fuerit conclusum. Neque ICtorum auctoritates quidpiam valebunt, dum non plures solum possint opponi, sed etiam quod dicti doctores adseruerunt de personis priuatorum, ad illustrium personas non possit adplicari. Nec exempla quidpiam probant, cum ERNESTI Badensis liberorum ex inaequali matrimonio successio cum agnatorum consensu fuerit facta. Potissimum

* *Lib. III. art. 72.* conf. quoque ESTOR. disp. *de odio in matrimonia inaequalia.* Respond. SORBERO *habita.*

mum prouocatur ad filios EDVARDI FORTVNATI ex inaequali matrimonio prognatos. Verum hoc inter turbas belli Germanici, praeualentibus armis Caesareis, postquam per cladem ad Wimpinam d. IV. Maii 1622. perculsus admodum protestantium exercitus, ob fauorem religionis, instante potissimum nuntio papali Carolo Carafa, * ita fuit decretum, nec in exemplum trahendum, prout PVFFENDORFIVS ** probe notauit. *Hac tanta clade perculso, paulo post Caesar acrius incursabat, pronunciata aduersus ipsum sententia, qua* EDVARDI FORTVNATI *liberis superiorem Marchionatum Badensem cum omni emolumento hactenus percepto restituere iubetur.* Licet etiam auctor Fecialis Europaei addat, *** Georgium Fridericum Marchionem ipsos saltim dominos, de Rodenmachern, Vaseldingen et Hespringen vocasse. Nec OTTONIS Harburgensis exemplum poterit allegari. Hic enim terrarum regimini renuntiauerat, portione terrarum alimentaria saltim contentus, ad cuius successionem filius ex matre nobili fuit admissus. Quae ex Holsatica et Anhaltina gente producuntur exempla, de dignitate equidem coniugis nobilis et successione filiorum ex tali matrimonio docent, sed ea ex ratione, quod feminae nobiles ab Imp. in principis vel comitis dignitatem fuerint euectae, atque serenissimi agnati in successionem filiorum consenserint. Secus videmus in matrimonio Georgii Ariberti et Caroli Friderici Anhaltinorum, quorum coniuges equidem dignitatem mariti, liberique succedendi ius petierunt, verum dissentientibus atque contradicentibus agnatis nihil obtinuerunt. Tunc enim Brocardicum illud locum habet, quilibet iuri suo i. e. pro se introducto libere renuntiat. Vnicum igitur exemplum in domo Palatina obstare videtur, de quo tamen serenissimi agnati adhuc pro-

* Prout ipse fatetur *Germania sacra restaurata p. 127.*

** *De reb. Suecicis lib. I. §. XXXVIII. et infra Sect. II. §. 34.*

*** *Lib. I. p. 503.*

protestantur, licet etiam hoc decretum iudicii aulici gratia quorundam principum erga clarae prosapiae stirpem Witzlebiam promouerit.

§. XXXVIII.

Nostris vero temporibus omne de excludendis a successione liberis ex inaequali progenitis matrimonio sublatum est dubium per capitulationem recentissimam. In ea enim disponitur: * *Noch auch denen aus ohnstreitig notorischer Missheurath erzeugten Kindern eines Standes des Reichs oder aus solchem Hauße entsprossenen Herrns zu Verkleinerung des Hauses die vaeterlichen Titel, Ehren und Würden beylegen, vielvveniger Dieselbe zum Nachtheil derer vvahren Erbfolger und ohne deren besondere Einvvilligung, vor ebenbürthig und successions-fæhig erklæren, auch vvo dergleichen vorhin bereits geschehen, solches für null und nichtig ansehen und achten.*

§. XXXIX.

Cum igitur illustrium liberi ex inaequali progeniti matrimonio a successione in prouincias et ditiones, dignitates, titulos et insignia, penitus excludantur, ad Augustissimum interdum confugiunt parentes, ab eoque, tanquam omnium fonte dignitatum, mediantibus codicillis imperatoriis, vxor mariti dignitatem, liberique ius succedendi in prouincias, dignitates paternas aliaque familiae iura consequi nituntur, et interdum consequuntur. Quod dum aegre saepe ferunt, qui agnationis iure proximam succedendi spem habent, variae exinde oriuntur disceptationes, quibus concessiones dignitatum, in agnatorum praeiudicium factas, inualidas esse, omni contendunt studio.

§. XXXX.

Et quod ad vxores minus illustres marito nuptas illustri attinet, varia exstant exempla, quibus imperatoria potestate et

* *Art. XXII. §. 4.*

et plenitudine maior nobilitas seu dignitas principis vel comitis huiusmodi feminis est concessa. Sic Adolphus Dux Saxo-Weisenfelsensis coniugem suam Christianam Wilhelminam de Bunau in principalem dignitatem euehi curauit. Simili modo Albertus Dux Saxo-Coburgensis coniugem alteram Susannam Elisabetham de Kimpinski, Georgius Guilielmus Dux Brunsuico-Luneburgensis coniugem Eleonoram d'Emiers, Alexandri d'Olbreuse filiam, Lebrechtus princeps Anhaltinus in Bernburg alteram coniugem Wilhelminam Iacobinam Baronem de Wede, Leopoldus Princeps Anhaltinus Dessauiensis Annam Ludouicam a Föse vel in comitum vel in principum dignitatem euehi curarunt. Huiusmodi vero dignitates ab imperatore ex plenitudine potestatis vi reseruatorum Augustalium concedi posse, nemo, nisi qui temerario et grauissimis poenis digno ausu imperatoria reseruata in dubium vocat, vnquam negabit. Ast sibi ipsi tamen quosdam potestatis limites Augustissimus posuit; dum in capitulatione recentissima promisit: * *Auch keinen derselben, wer der auch sey zum Praeiudiz oder Schmælerung einigen alten Hausses oder Geschlechts, desselben Dignitæt, Standes und üblichen Tituls, mit neuen Prædicat, höhern Tituln oder Wappen-Briefen begaben.* Vi huius articuli imperator dignitates, titulos, insignia, veteri familiae illustri iam competentia, in nouam euehendis dignitatem concedere non vult; et inde inuitis agnatis imperatorii codicilli vxori et liberis dignitates, titulos vel iura, illustri propria familiae, tribuere nequeunt.

§. XXXXI.

Ius successioni liberorum ex inaequali progenitorum matrimonio contradicendi, vi consuetudinum Germaniae lon-

* *Art. XXII. §. 3.* qui articulus iam 1658. in capitulatione Leopoldina Art 44. occurrit, in Iosephina ille est retentus et adiecta sunt verba. *Damit nicht die geringere Stænde mit denen hohen parificiret vverden.* In Carolina *Art. XXII.* haec clausula Iosephinae est omissa.

longaeuarum, et vi capitulationum Germaniae imperatorum, competit primo agnatis et deinde imperatori. Hinc licet agnati in inaequale matrimonium, et vt liberi exinde ius succedendi habeant, consenserint, nihilominus tamen hi ad successionem peruenire nequeunt, nisi simul in principum seu comitum dignitatem imperator illos euexerit, sicque in successionem dederit consensum. Simili modo dignitates, titulos, insignia illustris cuiusdam familiae, et successionem in principatus huius familiae, imperator liberis concedere nequit, ex inaequali matrimonio prognatis, nisi proximiores simul agnati in successionem consenserint. Contradicentibus enim agnatis, si liberis ex inaequali matrimonio natis successio daretur in principatus, comitatus, aliasque familiae dignitates, titulos, iura huius familiae laederentur, quae tamen sarta tectaque seruare Augustissimus promisit imperator. (§. 40.)

§. XXXXII.

Cuilibet facultas competit iuri pro se introducto renuntiandi. Hinc quoque agnati iuri, quod illis competit, liberorum ex inaequalibus nuptiis oriundorum successioni contradicendi, valide renuntiant, et huiusmodi liberi in ditiones et dignitates paternas succedunt, si imperatoris, illos ad principum seu comitum dignitates euehentis, accedit consensus. Prudenter haec omnia obseruauit Wilhelmus III. Dux Saxoniae Friderici I. Bellicosi filius, qui, cum Catharinam Eberhardi de Brandenstein filiam ducere vellet, imperatoris non solum, sed agnatorum quoque consensum ante nuptias impetrauit: de quo MVLLERVS: * *Mittwochs nach Maria Heimsuchung hat Hertzog Wilhelm III. zu Sachsen, auf vorhergegangene Approbirung der Chur- und Fürstlichen Agnaten, wie auch anderer Fürstlichen Verwanden und vohrnehmsten Land-Stænde, seine andere Gemahlin Catharina, Eberhards von Brandenstein zu Roßla Ritters Tochter, eines von Heßberg aus Francken Wittbe*

* *In Sachsischen Annal. ad A. 1463.*

geheyrathet, und ließ er sich selbige zu Weimar, und nicht wie einige Scribenten meynen zu Roßla, in Beyseyn vieler Chur und Fürstl. auch Græffl. und Herrl. Standes Personen durch den Ertz-Bischoff zu Magdeburg antrauen. Simili modo Serenissimus Dessauiae Dux LEOPOLDVS, cum Annam Ludouicam a Foesen matrimonio sibi iungeret, agnatorum non solum consensum sed vxoris quoque euectionem ad principis dignitatem ab imperatore impetrauit. * Huiusmodi matrimonia agnatorum et imperatoris consensu inita, aequalium naturam recipiunt, et non rata solum sed quoque legitima sunt effectusque ciuiles producunt, liberi dignitatem iuraque familiae paternae consequuntur, et in ditiones paternas succedunt.

§. XXXXIII.

Sed quaeritur, annon imperator liberis inaequali matrimonio natis successionem in principatus et comitatus inuitis agnatis eo modo dare possit, vt mortuis omnibus, quibus in principatu ius quoddam succedendi est, ad successionem demum perueniant? Et sunt, qui hanc quaestionem affirmant, putantes defunctis iis, quibus interest, solum superesse imperatorem, cui ius sit successioni huiusmodi liberorum contradicendi, cuiue proinde suo renuntiare iuri omnino liberum esset. Ast alii hanc potestatem imperatori negant, ob textum capitulationis. ** *Wenn auch ins künfftige Lehn dem Reich durch Todes-Fælle oder Verwürckung eröffnet und ledig heimfallen würden, so etwas merckliches ertragen, als Chür-Fürstenthümer, Fürstenthümer, Graffschafft, Herrschafft, Stædte und dergleichen, die sollen und wollen wir die Chur-Fürstenthümer ohne des Chur-Furstlichen Collegii, die Fürstenthümer, Graff- und Herrschafften, Stædte und dergleichen aber ohne der Churfürstl. Furstl. auch wenn es eine Reichs-Stadt betreffen thut, Stættischer* Colle-

* Diploma imperatorium et cognatorum consensum vid. in THVCELII *actis publicis Tom. III. cap. XI. n. 9. 10. 11.*

** *Art. XI. §. 10.*

Collegiorum Vorwissen und Consens ferner niemand leihen, auch niemanden einige Expectantz oder Anwartung drauf geben.

§. XXXXIIII.

Liberi ex inaequali matrimonio nati inuitis agnatis ad successionem in dignitates et prouincias peruenire nequeunt (§. 41.) hinc frustra et Domitiano modo agitatur quaestio; an agnati pacto inter se conuenire queant, vt liberi ex inaequali matrimonio nati a successione excludantur? Quis enim dubitabit, pacisci posse de iis, quae leges permittunt? Ast interdum maioris securitatis causa, et vt omne dubium penitus tollatur, huiusmodi ineuntur pacta. Factum hoc in gente comitum Isenburgicorum per pactum 1607. initum. * In domo Wurtenbergica per pacta gentilitia de a. 1617. fuit sancitum: ** *Dieweilen auch Ihro sæmtliche Fürstl. Gnaden nemlich Hertzog Friederichs 5. Herren Söhne; Iohann Friederich, Iulius, Friederich, Achilles und Magnus gleichen Fürstlichen Geblüts und Herkommens, so sollen und wollen sie sich hinführo wie bißhero gleichen Titels und Wappens gebrauchen, haben auch hiermit, als an sich selbst löblich, Fürstlich und billig die fernere Verordnung gethan, daß keiner unter Ihro Fürstlichen Gnd. Gnd. Gnd. Gnd. Gnd. sich ohne dem andern, sonderlich aber des ältern regierenden Herrn Bruders oder Haupts dieses Fürstl. Hauses Rath, Vorwissen, Wollen und Belieben, zumahl aber ausser dem Fürstl. Stande verheyrathen solle noch wolle,* Sic etiam inter Serenissimos electores atque Marchiones Brandenburgicos die $\frac{20}{30}$. Nouembris 1698. pacto fuit definitum, se eiusmodi matrimonia velle euitare. Idemque per singulare pactum die 30. Iunii 1707. fuit renouatum, confirmatum atque eo declaratum, quod matrimonia infra comitum dignitatem contracta pro inaequalibus sint habenda: *Denn die Heyrath so unter den Graffen Stand geschehen, vor ungleich geachtet und*

* FELTMANN *de impari matrimonio P. I. c. II. p. 53.*

** Exstat integrum pactum apud LVNIG *Parte spec. cont. II. unter Würtemberg.*

dieienigen Fürsten und Graffen von Hohenzollern sich entäussern, überdem, daß die daher erfolgende descendenz *des Tituls Nahmens und der* succession *unfæhig seyn, noch mit dem sonst ausgesezten* Deputat *versehen werden soll.* Eadem ratione in pacto successorio inter Brandenburgicum electorem et Marchiones, et Hohenzolleranos d. 20. Nou. 1695. concluso fuit definitum: * *Vnd als man sich auch erinnert, dass Fürstl. Häuser durch standesmässige Heyrathen in Aufnehmen erhalten würden, und hergegen durch ungleiche unanständige* Matrimonia *in Abfall und Verachtung kommen, so ist noch verabredet, daß man von Seiten derer Fürsten von Hohenzollern solches auch fernerhin euitiren solle und wolle. Geschehe es aber, daß eine solche ungleiche, und nicht standesmässige Heyrath von iemanden in der Fürsten von Hohenzollern Familie contrahiret, und also der bißher löblich beobachteten Observanz zuwider gelebet wird, so sollen desselben Kinder weder den Titul noch Nahmen von Hohenzollern führen, noch auch zur* succession *derselben Landen gelassen werden, sondern derselben gantz unfæhig, und davon iedoch gegen Verordnung eines iährlichen* Deputats *zu ihrem Vnterhalt ausgeschlossen seyn und bleiben.* Eadem ratione Philippus Nassouius Arausionensis Princeps in testamento suo, d. 18. Februarii 1620. Bruxellis condito ** definit: Ordonnons que tous les dits biens sans alienation, charge, ou deminution, ou detraction d' aucune quarte ou Trebellianicque soyent successiuement delaisses et rendus au plus prochain de nos dits Hoirs et successeurs procréez en loyal mariage, portant le nom et armes de Nassau, la repraesentation ayant lieu. I'ay dict en loyal mariage: d' adjouste qu'il ne soit messallié. Car en tel cas je veulx que la succession passe au second, estant marié selon sa qualité. Simili modo 1717. inter plures familias illustres potissimum Saxonicas vnio

* Exstat hoc pactum apud LVNIG *Spicil. Eccles. P. I. p. 353. ex quo huc pertinet §. 6.*

** DU MONT *Corps Diplom. Tom. V. p. II. p. 305.*

vnio facta fuit, quod in posterum coniuges illustrium, quae infra statum Baronis, nec de mariti dignitate debeant participare, nec filii ad successionem admitti,* licet illud ad effectum plene haud fuerit deductum.

§. XXXXV.

Nec solum inter illustres moribus pactisque coniux inaequalis conditionis a dignitate excluditur mariti et liberi a successione, sed etiam quibusdam constitutionibus prouincialibus. Sic enim Fridericus III. Elector Brandenburgicus per singularem constitutionem a. 1697. in Borussia definiuit: *Nachdem uns die sæmtliche Ritterschafft zu vernehmen gegeben, was Gestalten, sich einige vom Adel zu Schmälerung des Adelstandes und zu nicht geringer Beschimpfung, mit Bauern und andern gemeinen Töchtern verebliget, mit Bitte daß wir solche* matrimonia pro morganaticis *erklären wollten. Setzen demnach, daß, wann künfftig sich von Adel iemand gelüsten lassen sollte, mit Bauern und anderer Leute, so gar geringen Herkommens, Töchtern, sich zu verehlichen, derselbe zwar, Zeit seines Lebens die Lehn-Güter besitzen, auch Helm und Schild behalten, die Söhne aber, die in solchen Ehen erzielet, sich dessen nicht anmassen, noch zur* succession *im Leben verstattet, sondern beydes Söhne und Töchter sich an den Erbe so ihr Vater verläßet, begnügen lassen, die Lehen aber an die Agnaten und Mitbelehnten verfallen. Es soll aber dieses* ad casus praeteritos *nicht gezogen werden. Gegeben Cöln den* 30. Nou. 1697. Sic etiam idem Elector factus Rex Borussiae, ** nobilibus matrimonium ad Morganaticam, cum ipsius tamen consensu contrahentium, concedit, ita decernens: *Nachdem auch zwischen Adel und Bürgerstandes Personen die Verlobung zuweilen* Lege Salica *oder* sub pacto morganatico *abgehandelt wird, so soll derselbe hinfüh-*

* LVDWIG. *ad A. B. T. II. p. 1359.*

** *In der renouirten* Constitution *von Verlöbnissen und Ehe-Sachen §. XIII.*

dieienigen Fürsten und Graffen von Hohenzollern sich entäussern, überdem, daß die daher erfolgende descendenz *des Tituls Nahmens und der* succession *unfæhig seyn, noch mit dem sonst ausgesezten* Deputat *versehen werden soll.* Eadem ratione in pacto successorio inter Brandenburgicum electorem et Marchiones, et Hohenzolleranos d. 20. Nou. 1695. concluso fuit definitum: * *Vnd als man sich auch erinnert, dass Fürstl. Häuser durch standesmässige Heyrathen in Aufnehmen erhalten würden, und hergegen durch ungleiche unanständige* Matrimonia *in Abfall und Verachtung kommen, so ist noch verabredet, daß man von Seiten derer Fürsten von Hohenzollern solches auch fernerhin euitiren solle und wolle. Geschehe es aber, daß eine solche ungleiche, und nicht standesmässige Heyrath von iemanden in der Fürsten von Hohenzollern Familie contrahiret, und also der bißher löblich beobachteten Observanz zuwider gelebet wird, so sollen desselben Kinder weder den Titul noch Nahmen von Hohenzollern führen, noch auch zur* succession *derselben Landen gelassen werden, sondern derselben gantz unfæhig, und davon iedoch gegen Verordnung eines iährlichen* Deputats *zu ihrem Vnterhalt ausgeschlossen seyn und bleiben.* Eadem ratione Philippus Nassouius Arausionensis Princeps in testamento suo, d. 18. Februarii 1620. Bruxellis condito ** definit: Ordonnons que tous les dits biens sans alienation, charge, ou deminution, ou detraction d' aucune quarte ou Trebellianicque soyent successiuement delaisses et rendus au plus prochain de nos dits Hoirs et successeurs procréez en loyal mariage, portant le nom et armes de Nassau, la repraesentation ayant lieu. I'ay dict en loyal mariage: d' adjouste qu'il ne soit messallié. Car en tel cas je veulx que la succession passe au second, estant marié selon sa qualité. Simili modo 1717. inter plures familias illustres potissimum Saxonicas vnio

* Exstat hoc pactum apud LVNIG *Spicil. Eccles. P. I. p. 353. ex quo huc pertinet §. 6.*

** DU MONT *Corps Diplom. Tom. V. p. II. p. 305.*

vnio facta fuit, quod in poſterum coniuges illuſtrium, quae infra ſtatum Baronis, nec de mariti dignitate debeant participare, nec filii ad ſucceſſionem admitti,* licet illud ad effectum plene haud fuerit deductum.

§. XXXXV.

Nec ſolum inter illuſtres moribus pactisque coniux inaequalis conditionis a dignitate excluditur mariti et liberi a ſucceſſione, ſed etiam quibusdam conſtitutionibus prouincialibus. Sic enim Fridericus III. Elector Brandenburgicus per ſingularem conſtitutionem a. 1697. in Boruſſia definiuit: *Nachdem uns die ſæmtliche Ritterſchafft zu vernehmen gegeben, was Geſtalten, ſich einige vom Adel zu Schmälerung des Adelſtandes und zu nicht geringer Beſchimpfung, mit Bauern und andern gemeinen Töchtern verehliget, mit Bitte daß wir ſolche* matrimonia pro morganaticis *erklären wollten. Setzen demnach, daß, wann künfftig ſich von Adel iemand gelüſten laſſen ſollte, mit Bauern und anderer Leute, ſo gar geringen Herkommens, Töchtern, ſich zu verehlichen, derſelbe zwar, Zeit ſeines Lebens die Lehn-Güter beſitzen, auch Helm und Schild behalten, die Söhne aber, die in ſolchen Ehen erzielet, ſich deſſen nicht anmaſſen, noch zur* ſucceſſion *im Leben verſtattet, ſondern beydes Söhne und Töchter ſich an den Erbe ſo ihr Vater verläſſet, begnügen laſſen, die Leben aber an die Agnaten und Mitbelehnten verfallen. Es ſoll aber dieſes* ad caſus praeteritos *nicht gezogen werden. Gegeben Cöln den* 30. Nou. 1697. Sic etiam idem Elector factus Rex Boruſſiae,** nobilibus matrimonium ad Morganaticam, cum ipſius tamen conſenſu contrahentium, concedit, ita decernens: *Nachdem auch zwiſchen Adel und Bürgerſtandes Perſonen die Verlobung zuweilen* Lege Salica *oder* ſub pacto morganatico *abgehändelt wird, ſo ſoll derſelbe hinfüh-*

* LVDWIG. *ad A. B. T. II. p.* 1359.

** *In der renouirten* Conſtitution *von Verlöbniſſen und Ehe-Sachen §. XIII.*

führo anderer gestalt nicht denn mit unserm darob gesuchten und erhaltenen Consens verstattet und zugelassen seyn, und indessen Verbleibung dergleichen desponsationes *und* matrimonia *zwar bestehen*, ratione conditionum adiectarum ad Morganaticam *aber, keinen* effectum iuris *haben.* *

§. XXXXVI.

Sed an patri filium, inaequale matrimonium contrahentem, liceat exhaeredare, oritur quaestio. WILLENBERGIVS distinguit ** inter regnum non alienabile et patrimoniale. De illo dicit, quod populi consensu, successio filio fuerit collata, ideoque eius iterum consensu ab ea sit repellendus, vt sola patris indignatio ad hoc sit insufficiens. *** Nec probabile esse, populum hanc patris exhaeredationem esse adprobaturum, dum manifestum sit feminam splendori familiarum nihil detrahere, sed illas patris familias gloria et sanguine exsurgere ac conseruari, causam igitur populo videri non posse, vt ob inaequalem vxorem inductam filii exhaeredatio rata habeatur, iustaque pronuncietur. Aliam tamen rationem esse dicit regni vel ducatus patrimonialis, in quem pater, vt priuatus in patrimonium suum, plenum ius habet, cum liberior de eo sit ipsi dispositio, ideoque de facultate ex dicta causa filium exhaeredandi aliter sit sentiendum. Si enim priuatus possit filium suum ab haereditate excludere, conueniat, principi non minus ius in liberos suos competere. Verum alia plane est exhaeredatio priuatorum, alia exclusio a successione in regnum vel prouinciam. Siue enim regnum vel prouincia est electitia, facultas successorem eligendi minime

* Vid. Dn. RICCII *Entwurff von Landsassigen Adel P. II. c. 32. §. 5. et 6.* vbi *et 7. pacta eum in finem inter nobiles familias inita commemorat atque adprobat.*

** *De matrimon. c. I. §. XXVII.*

*** GROTIVS *de I. B. et P. lib. II. c. VII. §. 25.* BVDDEVS *de testam. summ. Imperantium c. I. §. XL. seqq.*

nime dependet a rege vel principe, sed a proceribus et populo, ideoque paternae exclusionis ratio non est habenda. Sin vero regnum vel prouincia fuerit haereditaria, nec parenti licebit ius, filiis ex pacto et prouidentia Maiorum quaesitum, adimere, dum ius succedendi non a patre habeant.

§. XXXXVII.

De eo plurimum adhuc erit disputandum, quisnam iudex sit in eiusmodi caussis controuersis. Licet enim certum sit, caussas matrimoniales a iurisdictione Caesaris, Iudicii Aulici aeque ac Cameralis esse exemptas, hoc tamen saltim intelligendum de caussis, quae essentiam matrimonii concernunt, circa matrimonii vero accidentalia Iudicium Aulicum aeque ac Camerale poterit iudicare. An vero in eiusmodi caussis Camera possit iudicare, dubium suboritur, dum in tali caussa agatur de dignitate vxoris et liberorum, quae ad solius Caesaris cognitionem tanquam fontis dignitatum spectat decisio. Maxime dum haec caussa concernat successionem in feuda regalia, ideoque ad Curiam feudalem est referenda, atque adeo eiusmodi controuersiae omnes coram Iudicio Aulico fuerunt ventilatae; caussa tamen Ottonis Harburgensis coram iudicio Camerali teste WINCKELMANNO locum inuenit, licet etiam alias interuenisse circumstantias facile est ad credendum *. Sic etiam caussa Isenburgica coram Camera fuit ventilata, ita tamen, vt dum fori competentis exceptio opponeretur, Camera 1615. decerneret, quaestionem praeiudicialem, an matrimonium Antonii comitis Isenburgici cum Catharina Gumpelin sit legitimum primum coram iudice competente esse examinandum, deinde vlterius procedendum.**

SECTIO

* *Sect. II. §. 35.*

** *Sect. II. §. 44.*

SECTIO II.
DE
MATRIMONIO INAEQVALI ILLVSTRIVM VIRORVM EXEMPLIS A *B. STRVVIO* COLLECTIS ILLVSTRATO.

§. I.

In matrimoniis illustrium quaerendis, gentis nobilitas semper fuit considerata, dum ex MODESTINI ICti effato: *Viris illustribus in coniunctionibus matrimonialibus non quid liceat, sed quid honestum, sit considerandum.* * Hinc bene TIBERIVS ad Seianum: *caeteris mortalibus in eo stare consilia, quid sibi conducere putent: Principum diuersam esse sortem, quibus praecipua rerum ad famam dirigenda.* ** *Ideo, dum publice intersit, vt salua maneat dignitas ordinum et familiarum, princeps cauere debet, ne familiae antiquae splendor inaequali connubio imminuatur aut plane contaminetur.*

§. II.

Adgnouere illud Romani, per LL. enim XII. Tabularum decretum fuit, ne patriciis Romanis cum plebeiis esset connubium, de quo CANVLEIVS apud Liuium: *** *Hoc ipsum, ne connubium patribus cum plebe esset, non decemuiri tulerunt paucis his annis pessimo exemplo publico, cum summa iniuria plebis? An esse vlla maior aut insignior contumelia potest, quam partem ciuitatis velut contaminatam, indignam connubio haberi. Quid est aliud quam exsilium intra eadem moenia, quam relegationem pati? ne affinitatibus ne propinquitatibus immisceamur, cauent, ne societur sanguis.* Metuebant enim Romani per eiusmodi matrimonia promiscua turbari publica priuataque auspicia, plebeios reipublicae fieri participes. Verum cum A. V. C. 310. de con-

* *L. 42. pr. π. de R. N.*

** TACITVS *Annal. IV. c. XL.*

*** *Lib. IV. c. IV.* Adde PETRVM AERODIVM *Rer. Iud. lib. IV. Tit. XV. cap. V.*

connubio patrum et plebis C. Canuleius tribunus plebis, rogationem promulgaret; qua contaminari sanguinem suam Patres confundique iura gentium rebantur, obstiterunt Consules, dicentes; quas quantasque res C. Canuleius aggressum, colluuionem gentium, perturbationem auspiciorum publicorum priuatorumque afferre; nequid sinceri, ne quid incontaminati sit: vt discrimine omni sublato, nec se quisquam nec suos nouerit. Quam enim aliam vim connubia promiscua habere, nisi vt ferarum prope ritu vulgentur concubitus plebis patrumque? vt qui natus sit, ignoret, cuius sanguinis, quorum sacrorum sit; dimidius patrum sit, dimidius plebis, ne secum quidem ipse concors. Postquam autem Canuleius tribunus plebis verba fecisset, victi tandem patres, vt de connubio ferretur, consensere. *

§. III.

Quare etiam Iulius Caesar maximae sibi laudi ducebat, quod maternum genus a regibus ortum, paternum a diis, de quo SVETONIVS: ** *Quaestor Iuliam amitam, vxoremque Corneliam defunctas laudauit e more pro rostris: sed in amitae quidem laudatione, de eius ac patris sui vtraque origine sic refert: Amitae meae Iuliae* MATERNVM *genus ab* REGIBVS *ortum, paternum cum Diis immortalibus coniunctum est. Nam ab Anco Marcio sunt Marcii reges, quo nomine fuit mater: a Venere, Iulii, cuius gentis familia est nostra. Est ergo in genere et sanctitas regum, qui plurimum inter homines pollent: et caerimonia Deorum, quorum ipsi in potestate sunt reges.* Hinc, dum Claudio Imp. vxor esset quaerenda, inter alias virtutes requirebatur, quae nobilitate esset insignis, et quae alias generum qualitate anteiret.

* LIVIVS *lib. IV. cap. VI.*
** In vita *c. VI.*

§. IV.

E contrario vile maternum genus Augusto obiiciebatur. Sic enim de eo SVETONIVS: * *Verum M. Antonius despiciens etiam maternam Augusti originem, proauum eius Afri generis fuisse, et modo vnguentariam tabernam, modo pistrinum Ariciae exercuisse obiicit. Cassius quidem Parmensis quadam epistola, non tantum vt pistoris, sed etiam vt numularii nepotem, sic taxat Augustum: Materna tibi farina est, ex crudissimo Ariciae pistrino.*

§. V.

Non desunt quoque in aliis regnis antiquiori non solum sed etiam recentiori aetate exempla inaequalis matrimonii, licet ista plerumque improbata. Ex Historia sacra est Dauidis exemplum cum Abigail. ** Ahasuerus, repudiata Vasthi, Estheram duxit reginam. *** Alexander M. Cohortani satrapae nobilis filiam Roxanem duxit vxorem, quod plurimum detestabantur Macedones. ****

§. VI.

Inter imperatores Graecos inaequale erat matrimonium Constantini Chlori qui Helenam duxit, quae tamen obscuriori loco fuerat nata. † Theodosius II. Imp. duxit Eudoxiam, Atheniensis Philosophi filiam, eandemque imposito diademate Augustam appellauit, †† quae tamen, cum se inuisam esse cerneret, facultatem abeundi Hierosolymam petit, quo cum magnis opibus profecta, et templum aedificauit, et pauperibus eiusque loci monasteriis multa dedit. Inde reuersa, post mariti obitum eodem rediit ibique mortua est. †††

§. V.

* *C. 4. in vita Aug.* add. TACITVS *Ann. XII. c. X.*

** *1. Sam. XXV. v. 40.*

*** *Esther II. v. 15.*

**** CVRTIVS *lib. VIII. c. IV.*

† Hinc EVTROPIVS *lib. X. c. II.* Constantinum M. Constantii filium dixit obscuriori matrimonio natum.

†† ZONARAS *Lib. III.*

††† ZONARAS *lib. III. p. 122.*

§. VII.

Sacratiſſimus licet ICtis dicatur Iuſtinianus Imp. nihilominus Theodoram ſibi iunxit, mulierem ſcenicam atque famae ambiguae. Docet illud auctor de antiquitate vrbis Conſtantinopolitanae, * vbi dicit: *Theodora vxor magni Iuſtiniani, poſt reditum ex Paphlagonia, in Embolo habitauit, vbi propter egeſtatem lanam nebat, ex quo opificio vitam ſuſtentauit: vbi vero ad imperium peruenit, in abiecta illa domo templum conſtruxit S. Pantaleonis.* PROCOPIVS etiam ipſam vocat *mulierem ſcenicam* ** et *commune proſtibulum.* Licet de LVDEWIG eam ex gente Patriciorum Ancia fuiſſe dicat, atque admodum defendere conetur. *** In huius matrimonii fauorem IVSTINVS Imp. **** omnem maculam plane ſuſtulit, id quod Iuſtinianus Imp. poſtea confirmauit. †

§. VIII.

Conſtantinus, Irenis filius, exeunte ſeculo VIII. repudiata atque in monaſterium detruſa legitima coniuge Maria, Theodoram, matris ſuae cubiculariam, illicitis ſibi nuptiis copulans auguſtali corona ornauit. †† De Romano Lacapeno Imp. Conſtantinopolitano ſeculo decimo ſcribit MICH. GLYCAS: ††† *Filio ſuo Romano, coniuge priori mortua dedit alteram, non illuſtri natam familia; ſed plebeiis ortam parentibus, qui quaeſtum in caupona faciebant. Ei cum nomen eſſet Anaſtaſia, id ipſum cum Theophanone mox commutatum fuit.*

* ap. *Nic. Alemannum not. ad Procopium, p. 33.*

** *Hiſt. Arcana p. 46. adde Hiſtor. Iuris c. III. p. 264. ſeq.*

*** *Hiſtor. Iuſtiniani cap. VIII. §. IX. X. p. 158.*

**** *L. 23. C. de nuptiis, quam Iuſtino vindicaui in hiſtoria iur. p. 268.*

† *L. 7. C. de inceſtis nuptiis, Nou. LXVII. c. VI.* Adde ALBERICVM GENTILEM *de nuptiis lib. I. c. III.*

†† CEDRENVS *comp. Hiſtor. p. 472.* ZONARAS *lib. XV. Ann. c. XII. pag. 392.*

††† *Annal. P. IV. p. 302.*

§. IX.

Inter Romanos Imp. etiam matrimoniorum inaequalium prostant exempla. De Lothario Imp. dicunt ANNALES BERTINIANI: * *Lotharius defuncta ante biennium Ermengarda, Christianissima regina, duas sibi ancillas ex villa regia copulavit, ex quarum altera Doda vocabulo filium genuerat, quem Karolomannum vocari iubet. Aliique filii eius similiter adulteriis inseruiunt.*

§. X.

Apud Lusitanos, SANCTIVS II. cognomento *Pileus (Capelo)* a cucullo, quem inde a pueris vsque ad annos pubertatis suae ex voto a matre sua, ob aduersam qua vtebatur valetudinem, nuncupato gestabat, post patris excessum in regem inauguratus est; sed cum corpore et animo aeger, secorsque esset, et matrimonio inaequali quod cum Mencia Hara contraxit, parum generosi specimen dedisset ingenii, cunctaque ex eius et gratiosorum arbitratu ageret, imperium illi a proceribus abrogatum, eiusque frater Alfonsus II. e Gallia, vbi in vxoris suae comitatu agebat, excitatus est, vt illius nomine regnum moderaretur. Moleste id tulit Sanctius, tentauitque restitui ope Alfonsi Castellae regis, sed vbi nihil se proficere videt, Toletum se recepit, ibidemque religiose victitando et genium suum superstitiose defraudando, aetatem peregit. Alfonsus eius frater regno potitus, vt sibi id firmaret, et Castellae regem deuinciret, flagitio se obstringere haud est veritus, vxorem Mathildam Bononiensem, quae inopem opima domo exceperat, obtentu infoecunditatis eius et aetatis prouectioris repudiando, et cum Beatrice dicti Regis filia notha scelestas, vt Vascor. verbis vtar, nuptias contrahendo. **

§. XI.

* *Ad a. 853. ap.* DV CHESNE *T. III. p. 207.*

** Verba sunt IMHOFII *stemmate Lusitanico p. 8.*

§. XI.

In eodem Portugalliae regno Antonius, Ludouici filius, Emanuelis III. Lusitaniae regis nepos, eo quod ex matrimonio inaequali cum Violanta (Iolonta) contracto, fuerat natus, post mortem Henrici Cardinalis a. 1580. a successione in regnum excludebatur. * Immo in eodem regno per legem publicam fuit definitum, quod liberi ex eiusmodi matrimonio prognati, a successione debeant excludi. **

§. XII.

Inter Reges Legionis ALPHONSVS VI. qui seculo XI. vixit, Mariam, Mauritanam sed baptizatam duxit, de quo IO. MARIANA: *** *In regis torum Benabeti Mauri, Hispalensis regis filia suscepta est, superstitione prius Maurica abiurata, et Zaidae nomine Mariae appellatione mutata, quidam Elisabethae dicunt. Haec licet Regis fuerit filia, attamen, quia Maura erat, inaequale dici potest matrimonium.*

§. XIII.

Inaequale erat primum Petri, Arragoniae regis, eiusdemque fratris Alfonsi matrimonium, de quo BERNARDINVS GOMESIVS: **** *Rex et Alfonsus, florentis adhuc aetatis adolescentes, moribusque et ingenio similes, ac in libidinem proniores, ex foeminis, quas habet prouincia eximie pulchras, singulas sibi elegerunt, formosissimas quidem illas, sed neque stemmate inclytas, neque regia ex stirpe (quales decent Reges) ortas: nihilominus tamen easdem in matrimonium prope clandestinum duxerunt. Qua*

de

* Licet quam maxime iura sua defendere conaretur Antonius. Quo facit: *explanatio veri ac legitimi iuris, quo Serenissimus Lusitaniae Rex Antonius nititur.*

** FELTMANN *de impari matrimonio Part. I. c. I. n. 132.*

*** *Lib. IX. c. XX. p. m. 399.*

**** *De vita Iacobi I. Lib. I. p. 392.*

de causa Rex, ac etiam quod matre et proceribus regni non consultis id fecerit, nuptias neque publice neque cum splendore et sumptu coniunxit. Ex his nuptiis singulos quoque filios habuerunt, priorem Rex, cui Raimundi Berengarii, auitum nomen imposuit, qui protinus vna cum matre mortuus est: Alfonsus autem habuit alterum, quem simili Raimundi Berengarii nomine donauit. Is patri postea in comitatu successit.

§. XIV.

Eduardus IV. Anglorum rex, cum in animo haberet Sabaudiae principem sibi matrimonio iungere, amore captus fuit Elisabethae Woodeuille, Equitis de Woodeuille, qui postea factus fuit comes de Riuers, filiae, quam etiam duxit in matrimonium, de quo LARREY * sic scribit: *Edouard triomphant de tous ses ennemis etoit heureux, L'amour vint troubler sa gloire et son repos. Entrant dans sa vingt troisieme année il pensa à se marier. Il n'y auoit rien que raisonnable dans ce dessein; et il etoit d'autant plus louable en lui, que son penchant pour les femmes l'auoit deja engagé, tout jeune qu'il etoit, dans des galanteries dangeureses, et qui le menoient a la debauche et au libertinage. Il voulut se fixer par vn mariage, ou sa glorie et son coeur puissent egalement trouver leur compte. Il en parla a son Conseil, qui lui proposa trois Princesses, egalement dignes de lui. La premiere etoit Isabelle de Castille, qui epousa depuis Ferdinand d'Arragon, et qui se rendit si celebre dans la suite, la seconde Marguerite d'Ecosse, et la troisieme, Bonne de Sauoye. La derniere l'emporta par la consideration de l'alliance qu'elle procuroit a Edouard auec Louis XI. nouvellement paruenu a la Couronne de France, qui auoit epouse Charlotte, soeur ainée de Bonne. On crut qu'il etoit a propos de mettre le Monarque François dans le parti de la Rose blanche, pour l'empecher de fauoriser la Rose rouge, et d'accorder a Marguerite d'Anjou le secours quelle etoit allée lui demander, pour retablir Henri VI. son epoux sur le trone. Le Duc de Warwich fut chargé de cette negotiation, et il partit aussitot pour son Ambassade, dont l'amour et la politique pressoient egalement le succes.*

Il

* *Tom. I. p. 879.*

Il fut tout autre qu'on ne l'eût pu croire: L'Ambassadeur reussit dans sa commission; mais l'instance de son maitre le tourna d'un autre côte; et le volage Monarque se maria avec une simple Demoiselle en Angleterre, dans le tems que son Plenipotentiaire concluoit son mariage en France avec une Princesse. C'est une des curieuses scenes de sa vie, et qui d'ailleur donna lieu a une revolution surprenante, qui eut fait perir la maison d'Yorck, et relevé celle de Lancastre, si Edouard eût ete moins heureux, ou Henri moins infortuné. Ainsi elle merite bien qu' on en donne le detail.

Edouard ne pensoit qu' a la Princesse de Savoye, qu' il attendoit avec impatience, lorsque le hazard lui fit voir une beauté qui le surprit, et qui lui fit oublier sa recherche de la soeur d'un grand Prince, et de la belle soeur d'un grand Roi. Vn jour qu'il prenoit le divertissement de la chasse de coté de Grafton, il eut envie d'aller rendre visite a la Dame du lieu. C'etoit cette Iacqueline de Luxembourg, veuve en premieres nôces de illustre Duc de Bethford, qui deshonorant sa naissance, et celle de son premier epoux, s' etoit indignement resmariée avec le Chevalier de Woodeville, depuis Comte de Rivers. L'inegalité de ce mariage lui avoit fait perdre le rang, que le sang dont elle etoit sortie, et celui auque c'elle s' etoit premierement alliée lui eussent fait tenir a la Cour. Ainsi elle aimoit mieux passer le tems a la campagne, et sur ses terres, qu' a la ville et parmi la Burgeoisie. Vne fille sortie de son second mariage lui tenoit compagnie, ou plutot elle etoit venuë chercher aupres d'elle une consolation a ses malheurs, et une resource a ses pertes. Elisabeth Woodeville, c' etoit le nom de cette aimable fille, avoit eu part aux calamitez publiques. Le Chevalier Iean Gray son mari, avoit suivi le parti des Lancastres, et s' etoit trouvé a la seconde bataille de St. Alban, ou ils avoient remporté la victoire; mais il etoit demeuré parmi les morts. Cette premiere infortune d'une femme qu' il laissoit veuve a la fleur de son age, fut suivie d'une autre. Le parti des Lancastres ne conserva pas long tems son avantage; et la Rose blanche aiant repris le dessus, son Chef fit confisquer les biens des partisans de la Rose rouge tuez a la premiere bataille de St. Alban. Le Chevalier Iean Gray etoit de ce nombre. Ainsi sa veuve se vit sans biens et sans mari, et vint chercher aupres de sa mere son refuge et sa

subsistance. Elle ne croioit pas y trouver une Couronne. La fortune y amena Edouard, qui lui donna la sienne auec son coeur. Dans le dessein de profiter de la visite qu' il rendoit a la Duchesse de Bethford sa mere, et de menager une coniončture si fauorable pour rentrer dans se biens confisquez, a quoi elle bornoit toutes ses esperances, elle parut deuant le jeune Souverain auec tous ses charmes. Elle n' etoit pas vne de ce beautez dont l' éclat a quelque chose d'eblouissant; mais toute sa personne etoit pleine d'agremens; ses yeux, son air, ses manieres auoient vne viuacité et des graces dont on etoit enchanté; et il y auoit dans sa conuersation vn tour d' esprit si aisé et si galant, qu'il eut falu auoir le coeur bien dur, pour n'en etre pas touché. Celui d'Edouard n' etoit pas de cette trempe, et il ne fut que trop susceptible des impressions qu' y firent toutes les differentes beautez de la jeune veuve. Ses malheurs, dont elle se plaignit auec vne douceur respečtueuse, mais qui n' auoit rien de bas, donnerent encore du relief, a ses attraits, et l'amoureux Edouard eprouva dans cette occasion qu'une beauté malheureuse a quelque chose de plus touchant, qu'une qui ne l'est pas. Auant qu'elle eut acheué de parler, elle auoit tout obtenu, et le tendre Edouard ne partit, qu'apres l'auoir assurée de la rehabilitation du Cheualier Gray, et de la restitution de tous ses biens. S'il ne s' expliqua pas alors de sa passion, il s'y abandonna pourtant si fort des cette premiere entrevue, qu'il ne pensa plus qu' a la satisfaire. Il crut qu'il en seroit de cet amour, comme de quelques autres, qui ne lui auoient couté que quelques sollicitations, et quelques liberalitez. Celle qu'il venoit de faire a la belle veuve, etoit deja d'un assez grand prix, pour l'engager a la reconnoissance a l'amour, il n'y auroit plus guere de chemin a faire. Il se trompa; et cette artificieuse personne le mena plus loin qu'il ne pensoit. Il ne fut pas long tems sans lui rendre vne seconde visite. Il ne pouvoit plus viure sans elle; et on peu croire qu'un Amant couronné, jeune, bienfait, accoutumé a etre heureux, aussi impatient d'ailleurs en amour qu' a la guerre; qu'un Prince enfin, qui n' auoit mis qu' un jour a conquerir vne Couronne, n' etoit pas d'humeur a donner des années a la conquete d'un coeur. Mais il trouva dans celui qu'il attaquoit, vne resistance qu'il n'auoit point encore eprouvée. Vn celebre Auteur dit, que la fine Amante s' etant aperçue du prompt effet de ses charmes,

mes, et que le coeur du Roi en etoit frappé d'une maniere a ne s'en pouvoir deprendre, elle lui auoit fait des leçons, pour l'obliger a s'en guerir: car enfin lui dit-elle, je sai bien, Sire, que je ne suis pas née pour etre Reine; et je me sens trop de courage, et trop de vertu, pour me contenter de la qualité de Maitresse. Ces paroles furent prononcees auec vn melange de douceur et de fierté, qui acheuerent d'enflamer le Roi. *Eh bien, Madame, lui repondit il, s'il ne faut que la Couronne d'Angleterre, pour vous posseder, je vous l'offre auec mon coeur, et je veux vous epouser.* Le mariage fût bientot conclu a ce prix. On ne dit point combien de jours se passerent, depuis le premier qu'il vit cette dangereuse personne, jusqu'a cette declaration qui fut suiuie du mariage. Il est au moins certain que le terme n'en fut pas long, puisque les Historiens nous apprenent, que les epousailles se firent le 1. de May 1464. sur le point que Mylord Warwich venoit de conclure celui de la Princesse de Sauoye, et que le Comte de Dammartin etoit pret a partir de France, pour en venir demander la ratification a Edouard. Tant il est vrai que les choses que la passion nous fait faire, s'executent toujours auec plus de precipitation que les autres. Le Roi eut honte neanmoins d'une alliance si disproportionnée, et qui lui en faisoit manquer vne plus conuenable a sa dignité, aussi bien qu'a ses interets. Il craignoit d'allieurs de se brouillir par la auec Louis XI. qu'il outragoit, en manquant de parole a sa belle soeur, et a ce Monarque lui meme, dont il auoit demandé le consentement. Peut-etre encore aprehenda-t-il les reproches du Duc de Warwich son Ambassadeur, et c'etoit aussi; comme nous l'allons voir, ce qui lui deuoit donner le plus d'inquitude. Ce fut au moins du mecontentement du Mylord Anglois qu'il eut le plus a souffrir; ce fier Ambassadeur n'ajant pu lui pardonner de l'auoir joué dans vne si importante negotiation. Quel qu'en put etre le motif son mariage fut vn mystere pendant plus de quatre ou cinq mois, et ce ne fut que sur la fin de Septembre qu'il le rendit public.

On n'en eut la nouvelle a la Cour de France, que lors que le Comte de Dammartin auoit deja recu ses depeches, pour venir assurer Edouard que sa recherche auoit été agreable a Louis XI et a la Princesse sa belle soeur. On fut surpris de la legereté et de la bisarrerie du Monarque Anglois et on eu de la peine a la croire: mais on

en eut bientot la confirmation. Vn autre que Louis XI. en eut temoigné de l' indignation; mais il etoit si apliqué a abaisser la Maison de Bourgogne, qu'il ne pensoit a autre chose, et il n'auoit garde de se brouiller auec vn Prince qui eut pu trauerser son dessein fauori, et l'unique but de toute sa politique. Il se contenta donc de quelques excuses qu'on lui fit, du reste il se mit peu en peine qu'on lui eut manqué de parole, et laissa Edouard fort en repos, et sans auoir rien a craindre de son ressentiment. Licet autem inaequale fuerit matrimonium, nihilominus Eduardus V. ex hoc matrimonio ipsi successit, de quo Larrey: * *Il laissa de son mariage auec Elisabeth Woodeuille, Edouard Prince de Galles, qui luy succeda.*

§. XV.

Apud Anglos, IOANNES DE GAVNT Dux Lancastriae, Eduardi Regis filius, concubina primum vsus fuit Catharina, Ottonis Schwynfordii viri equestris loci vidua, fecialis cuiusdam, cui nomen erat Papa Roet, filia, et cum eadem per aliquot annos stupri consuetudinem habuerat. Hanc licet aliquando amouisset, attamen biennio post mortem vxoris Constantiae, Petri crudelis Reg. Cast. filiae naturalis, solenni ritu duxit in matrimonium, liberosque ex eadem progenuit de Beaufort dictos.

§. XVI.

In regno Francorum THEODEBERTVS Bilechildam (quam Brunchildis a mercatoribus emtam, eo quod erat forma egregia, illi dederat coniugem) interemit: puellam nomine Theudechildem sibi accipiens in vxorem. ** Chilperici vero filiis quaestio status super successione mouebatur, de quo AIMOINVS. ***

§. XVII.

* *C. I. p. 908.*

** AIMOINI *Hist. Franc. lib. III. c. 98.* apud DV CHESNE *T. III. p. 95.*

*** *Lib. IV. c. I.* apud DV CHESNE *p. 97.*

§. XVII.

De CHARIBERTI Francorum Regis inaequali matrimonio dicit GREGORIVS TVRONENSIS: * *Porro Charibertus Rex Ingobergam accepit vxorem, de qua filiam habüit, quae postea in Cantiam, virum accipiens, est deducta: Habebat tunc temporis Ingoberga in seruitium suum duas puellas, pauperis cuiusdam filias, quarum prima vocabatur Marcouefa, religiosam vestem habens: alia vero Merofledis; in quarum amore Rex valde detinebatur. Erant enim vt diximus artificis lanarii filiae. Aemula ex hoc Ingoberga, quod a Rege diligerentur, patrem earum secretius operari fecit, futurum, vt dum haec Rex cerneret, odio filias eius haberet, quo operante vocauit regem. Ille autem sperans aliquid noui videre, adspicit hunc eminus lanas regias componentem: quod videns commotus in ira, reliquit Ingobergam et Merofledem accepit. Habuit et aliam puellam opilionis, id est pastoris ouium, filiam, nomine Theudechildem, de qua et fertur filium habuisse; qui vt processit ex aluo, protinus delatus est ad sepulcrum.*

§. XVIII.

In *Suecorum* regno GVSTAVVS I. a. 1536. secundas nuptias celebrauit cum illustri virgine Margaretha, Erici Abrahami in LAHOLM Equitis aurati et Westrogothiae gubernatoris, regni Senatoris filia. ** Haec primo filii Iohannis, postea regis Sueciae partu, exeunte anno d. 21. Decembris S. Thomae die 1538. felix erat. *** Hic Finnlandiae ducatum fuit adeptus, atque deposito Erico XIV. fratre, factus Rex Suecorum. ****

§. XIX.

In eodem Suecorum Regno notissimum est exemplum Erici XIV. Hic dum variorum principum nuptias frustra ambi-

* *Lib. IIII. c. XXVI. p. 316.* ed. CHESN.

** Verba sunt LOCCENII *lib. VI. p. 292.*

*** *C. I. p. 299.*

**** *C. I. p. 381.*

ambiuisset, tandem concubinam suam Catharinam pessimo consilio duxit vxorem. Erat enim inter concubinas, quas plures habuit, Catharina, quam ita deperiit, vt non tantum in coniugem eam adsciuerit, sed etiam solenni ritu tanquam reginam coronari curauerit. Factum id est d. 31. Iulii anno 1568. postquam iam antea filium ex Catharina susceperat, Gustauum, cui hac ratione legitimato ad successionem viam pandere voluit. Rex vecors, qui si mens non fuisset laeua, potius prospicere debuisset, potuissetque facile, inde ruinam casumque ipsum sibi adparare certissimum. Erat enim Catharina humillimo loco nata, filia quippe lictoris, vt quidam volunt, vel vt alii, rustici cuiusdam Medelpacensis, postea facti decurionis inter praesidiarios milites. Ferunt eam puellam in foro olitario Holmiae nuces venum exposuisse, vnde, dum forte visa placuit, Ericus eam in sororis Elisabethae gynaeceum traduci et ibi tamdiu asseruari iusserit, donec amoribus suis per aetatem redderetur idonea. Fecerat autem hoc Ericus vel spe legitimandi ipsam et filium ante nuptias ex ea natum, et successorem suum faciendi, vel ex desperatione nuptiarum Elisabethae Anglorum Reginae, Scotae, Landgrafii Hassiae filiae, et Lotharingae quas frustra ambiuerat; vel vt fratribus suis aegre faceret. Quo tamen suo nomini maiorem ipse maculam adspergebat, populique contemtum sibi creabat: quod cum imparem sociam regio lateri applicaret, quae regiae dignitatis nomen vilitate generis obscurabat; vt annuli decus et splendorem, vitrum pro adamante ei insertum, minuerit. Sed et existimationi publicae regnique tam indigna coniugii fortuna non parum detrahebat; quod rex suae patriaeque dignitatis vel oblitus vel negligens, ad istas se sordes abiiceret. Sponsam in aede sacra publice sibi iungi, et postridie solenni ritu tanquam reginam coronari curat. * Verum non ipse solum hanc ob causam regno deiiciebatur,

* Vid. LOCCEN. *Hist. Suecan. Lib. VII. p. 376. sq.*

batur, sed etiam liberi ex hoc matrimonio prognati ab omni successione plane excludebantur, de quo IO. LOCCENIVS: * *Praecipui autem ordines regni cum Iohanne rege et Carolo Magno Principe, Regnique Senatu, per Petrum Brahe, Erico; quod iusiurandum praestitum subditis, et regni leges perfide violasset, atque propter tot crudelitatis exercitae exempla aliasque causas superius enumeratas et peculiari scripto publice edito comprehensas, atque liberis eius, ob vile ac inhonorum maternum genus regni Suecici imperium renunciarunt, et sigillis litterisque quibus suam fidem antea Erico obligarunt discerptis, et in ignem coniectis, perpetuo carcere Ericum condemnarunt. Licet Ericum postea huius facti poeniteret quam maxime, quod Maiestatis et regni decoris oblitus immemorque sui eruperit in coecum voluptatis adfectum, concubinam familiae illustris fulgore non conspicuam, Katharinam nomine, vxorem illicenter ducendo, consortemque cubilis agnoscendo. Qui tamen tanquam tam illustris, tam honoratus, tamque potens Rex generosissimarum Heroianarum delectum haberet.*

§. XX.

Serenissimus Danorum Rex FRIDERICVS IV. primum adamabat Annam Sophiam, Conradi de Reuentlau, Magni Daniae Cancellarii filiam, quam primum 1712. Sleswigiae ducissam declarauerat, post prioris coniugis Ludouicae Megapolitanae vero mortem, d. 15. Martii 1721. insecutam, illam d. 30. Aprilis 1721. in arce Friderichsberg, in praesentia regiae familiae atque Magnatum imposita corona Reginam declarauit, his verbis: *Madame: je vous declare par cette Action Reine de Dannemarc et de Norwegue* **

§. XXI.

In *Norwegiae* regno adlegatur exemplum HARALDI, qui ancillam suam duxerit vxorem, ex qua prognatus Haquinus,

* *Lib. VII. p. 379.* THVANVS *lib. XLIII. p. 525.*

** *Kelt. Chronic. Mart. 1728. p. 119.*

nus, qui ipsi successit. Verum, ista ex primarum potius erat nobilitate, de quo THORMODVS THORFAEVS: * *Cum esset Haraldus prope septuagenarius, nobilem quandam virginem, venustate eximia, Thoram in insula Hordiae Mosture natam, indeque per contemtum ab inuidis postea Mostrarstong, perticam Mosturensem, dictam, in familiam recepit, quam licet inter ancillas Regias reputabat, more tamen id potius, iam a Monarchiae tempore recepto, fiebat, quo nobiles etiam multi regi obnoxii erant, quam generis ratione, nam cognatione attingebat Ketillem Hordakariam, virum primarium.*

§. XXII.

In *Vngaria*, Andreae II. filius STEPHANVS, Venetias confugit. Vbi aliquantisper diuersatus, patricii cuiusdam viri ex Maurocenorum familia nati, et nimium ditissimi filiam, amicorum consilio adactus, vxorem duxit, cui Thomasina nomen erat, socerique patrimonium amplissimum iure dotis accepit. Ex hac filium genuit, quem ex aui nomine Andream vocari iussit, in Veneta natus ** et educatus vrbe, hinc cognomen accepit.

§. XXIII.

Apud *Bohemos*, VDALRICVS XXI. rusticam puellam Bozeam sibi matrimonio copulauit, filius etiam ex hoc matrimonio natus, Brebislaus, ipsi successit, de quo DVBRARIVS: *** *ne is absque vxore plane solitarius ageret, initio statim principatus, animum ad matrimonium appulit, sed aliquamdiu incertum, vndenam coniugem sibi peteret, quandoquidem externa in Germania, in qua magnam aetatis partem contriuit, nescio quare non satis placebant Gynaecea, et domi nulla talis extabat sponsa, cum qua pro dignitate sponsalia contrahi posse viderentur. Euenit forte, vt a venatu reuertens, incideret in puellam rustici cuiusdam hominis filiam, linteolorum tunc sordes ad fontem eluentem; huius specie pellectus, adequitur propius illamque intuens alloquitur familiarius,* et

* *Rer. Noruag. P. II. Lib. I. cap. 36. 63.*

** BONFINIVS *Dec. II. lib. IX. ineunte p. m. 219.*

*** *Lib. VII. ineunte p. m. 47.* AEN. SYLVIVS *cap. XVIII.*

ac mox caeco adeo capitur igni, vt nec dignitatem eam, quam sibi paulo ante in consilium de vxore ducenda aduocauerat, respiciendam, nec quenquam prorsus hominem sibi audiendum putauerit, qui aliter quam per nuptias huiusue puellae ignem haustum exstinguendum suaderet. Iocatus inter dissuasores, se vna nocte effecturum, vt quae heri virgo rustica fuerit, eadem cras fieret principis mulier, quoniam principis vxor eadem gauderet cum marito dignitate. Extra aulam tamen, impar hoc coniugium sugillatione haud carebat, praesertim in coetu nostrorum nobilium, procaciter ignobilitatem Beatricis (id nomen sponsae erat) incessentium. Sed breui a nuptiis tempore, Beatrix tantum generosae indolis specimen, tum morum elegantia et modestia, tum verborum comitate et ciuilitate, tum vita denique casta et pudica ostendit, vt non in minorem sui admirationem, quam prius inuidiam matronas etiam nobilissimas conuerterat. Ea primo statim matrimonii anno filiolum peperit, quem Helichardus Pragensis Pontifex, qui in locum Theodati cooptatus est, aquis lustrauit, tinxitque chrismate, ac nomine Bratislai tinctum nominauit, ipso parente accessione filii adeo exhilarato, vt diem lustricam publico conuiuio, choraeis, hastarum concursu donatiuo concelebrauerit. De VDALRICO idem dicit AENEAS SYLVIVS: * *Inter caetera et illud narratur, redeuntem ex venatione puellam vidisse in villa quadam iuxta puteum vestimenta lauantem, nomine Bozenam, quod Beatricem interpretatur, eleganti forma et moribus supra quam par est agresti venustis: captum specie et alloquio modesto, quamuis amici aduersarentur, coniugem accepisse.* De eodem connubio inaequali dicit ANTONIVS BONFINIVS: ** *Quum e venatione rediret, puellam vidit vestimenta lauantem, rusticali genere natam, liberali facie, forma eleganti et venustate nimia, cui Bocenae nomen erat. Primo obtuitu in eam exarsit, accedebat suauissimum virginis eloquium, ingeniique mores, quibus is miserrime captus est. Hanc mox inuitis familiaribus vxorem accepit, ex qua Byzelislaus natus est.*

§. XXIV.

Inter Italos *Franciscus Maria*, Magnus Dux Florentiae superstite priore vxore *Iohanna*, Ferdinandi I. filia, in Blancae Ca-

* *Bohemia c. XVIII.*

** *Hist. Hung. Dec. II. lib. II. p. 133.*

Capellae, Bartholomaei Senatoris Veneti filiae, amores erat effusus, hac vero sublata, incertum reliquit, turpiusue fecerit, cum eam postea in matrimonium duceret, an cum antea superstite Ioanna, eiusdem contubernio se per matrimonium pollueret. Erat haec Blanca Capella patritio apud Venetos sanguine orta, cumque a Francisco in coniugem adscita fuisset, a Senatu Veneto adoptata, et maritum, nono abhinc anno repentino obitu sublatum, quinque post horis siue ex fato, siue ex moerore praecipitata morte secuta est. *

§. XXV.

De *Philippo Maria* Vice Comite Mediolanensi, et huius matrimonio cum Beatrice sic narrat IOSEPHVS RIPAMONTIVS: ** *Iam adoleuerat Ioannes aetatis robore simul, et apud Vicecomitem existimatione, quam post matris mortem auxit singulari merito, per Beatricis materterae suae nuptias. Vxor ea Facinii Canis fuerat, sicuti dictum est, et eo mortuo magnorum opum heres femina, Vicecomitum domum infra fortunam suam pene despectabat. Cumque conciliante Ioanne, Philippo Mariae innupsisset, Principatum de quo tunc ambigebatur, haud dubie firmauit in maritum fauore suo et pecuniarum vi. Tantum momenti in nuptiis illis fuit, artifexque matrimonii Ioannes, imperio sic firmato potiebatur aula. Nescitur autem quid causae fuerit, cur Ioannes ipse caelibem agere vitam voluerit, nulla Penatibus inducta vxore, quod exstet. Libero fortasse thoro delectabatur, deditus abeunte aetate litterarum studiis, et adulta iam Barnabae fratris prole, pluribus insistere munimentis domum videbat. Et principis amicorumque hortatu, consilia nuptiarum interdum agitanti nonnulla, eligentique vel differenti, aetas obrepserat ea, quae consultare idem probiberet. Hanc tamen vxorem d. 1. Augusti 1417. sub adulterii praetextu, cum homine Musico capite fecit plecti.* *** Vberius de hoc matrimonio egit PAVLVS IOVIVS **** dum ita scribit: *deerat pecunia exercendae virtutis neruus, sed*

* IMHOF *Geneal. Famil. Italiae p. 135.*

** *Hist. Mediolan. lib. IX. p. 834.*

*** ANDR. FAVY *Hist. de Nauarre p. 650.* IACOBVS PHILIPP. BERGAMVS *f. 368.*

**** *Vita Philippi Mariae lib. XII. vitar. viror. illustr. sub initium p. 181.*

sed ea subitario prouentu a Beatrice Tenda, vxore Facinii, celeriter impetratur, propositis cum nouo principe nuptiis, quas ipse Facinius in extremo vitae actu suasisse ferebatur. Nec eas abnuit Philippus tanquam aetate fortunaque impares. Itaque leuis mulier intempestiuae libidinis et maioris imperii auida, vix detersis lachrymis inauspicati coniugii thorum subit, quaterque centena millia aureorum nummum dotis nomine dinumerat. Sed pergit ille: * *Verum Philippus ingrati saeuique animi infamia se turpiter foedasse visus est, cum Beatricem vxorem adulterii cum Orumbello Citharoedo admissi ream, nec in tormentis quicquam contra pudicitiae decus confitentem, secure percussit, imparis vt ferunt coniugii pertaesus, cuius tamen non dubiis opibus ad imperium peruenisset.*

§. XXVI.

De *Raynaldo*, Geldriae Comite, qui Seculo XIV. vixit, scribit FROISSARDVS,** quod BERTHOLDI a Mechlinia mercatoris praediuitis filiam, vt se a debitis liberaret, duxerit in matrimonium his verbis: *Supra meminimus ducis Geldriae: qui bellum in Gallias denunciauit, idque superbe et tantum non contumeliose, praeter communem et vsitatum indicendi belli morem. Porro vt clarius accipiantur omnia, res ita habet: Geldriae comes Raynaldus, prodigalitate et luxu multum labefecit ditionem suam. Cumque locum et dignitatis gradum in his angustiis aegre tueri posset, adito Coloniensi praesule, cognato, rebus suis consilium optabat. Ille post liberiorem obiurgationem, satis inquit vides et ipse intelligis, non esse principem vllum, qui filiam suam vxorem tibi dare velit, non solum exhausto et inopi, sed vehementer etiam obaerato. Caeterum is quem Bertholdum a Mechlinia vocant, mercator praediues, filiam habet vnicam, a magnis etiam principibus expetitam propter amplissimam dotem. Non alia via melius tibi consuli possit, quam si praedam istam inuoles. Mittendus igitur est ad illum legatus, in hanc sententiam, si pecunia sua*

* *p. 186.*

** *Lib. III. p. 242. Inque* COMELINI *Script. rerum Brittannicar. p. 551.*

sua redimere velit arces et oppida creditoribus oppignorata, et simul debitum, quo tu illi obligatus es, remittere, ducturum te filiam ipsius vxorem. Placuit consilium et missus, qui rem exponeret. Ille postquam orationem accepit, bene secum agi respondit, et cum familia sua omni, siquidem filia sua reputetur tali marito non indigna, videre se rationes cur Geldrus id faciat, nimirum vt a creditoribus expeditus, libere sua possideat. Se quidem a propositis conditionibus nihil abhorrere, quin potius connubium hoc ratum habere: sed ita vt siquidem ille praemoriatur non relicta sobole, possessio rerum omnium ad filiam transferatur, et penes eam sit quoad viueret. Si vero contingat, ipsam praemori susceptis e coniuge liberis, vt dum isti in paternam haereditatem omnem admittantur, nec illorum fortunae obsit, etiamsi aliam post ille ducat illustriori genere natam et prolem excitet. Ista cum non displicerent Bertholdi, filia Maria nupsit: et quarto post nuptias anno, cum maritum Isabella filia auxisset, e viuis migrauit. IO. ISAACIVS vero PONTANVS illam vocat Sophiam, atque Florentium vocat virum illustrem, dum de hoc matrimonio sic * scribit: *Reinaldus iam patre defuncto, Gelriae Zutphaniaeque comes, magna erat apud omnes propter suam liberalitatem gratia, in palaestris ac ludis equestribus sese exercens nulli pepercit pecuniae, nec castris nec teloniis suis, vt omnium solum erga se fauorem colligeret. Annorum quidem duorum reditus simul vno absumsit anno. Imperatorem enim non comitem egit. Conflauit igitur breui grande aes alienum, ac plura castra teloniaque in manibus erant creditorum; et quid dicam ad extremam peruenisset paupertatem, ni auunculus eius, venerandus archiepiscopus dominus Guilielmus de Gennip ad ducendam Bartholdi domini Mechliniensis filiam vxorem induxisset; qui tum erat pecuniosissimus. Fuit enim mercator insignis (id tamen saluo honore dixerim) et Damasci et Alexandriae ac aliis pluribus in locis, adeo vt tandem maximam congesserit pecuniam, et ex ea sibi nobile pararit nomen.*

§. XXVII.

Nec apud Germanos matrimoniorum inaequalium desunt exempla, quae tamen satis probant, huiusmodi matrimonia

* *Histor. Gelricae lib. VII. ineunte.*

monia Germanis fuisse inuisa. Sic Maximiliani I. imperat. nuptiae cum Blanca Maria, Mediolani ducissa, ex recentiori stirpe prognata, valde displicebant Germaniae ordinibus, prout docet GERHARDVS A ROO: * *non probabantur illae* (nuptiae) *plerisque Germaniae Principibus, quod Sfortiarum ac Vicecomitum familia, Austriacae veteri et tot maiorum imaginibus auctae prosapiae impar esset, videreturque Caesar dote magis quam genere adductus eam affinitatem inire.* Plenius hoc exponit PHILIPPVS de COMINES scribens: ** *Le mariage a fort despleu aux Princes de l'Empire, et a plusieurs amis du Roy des Romains, pour n'estre de maison si noble comme il leur sembloit qu'il leur appartenoit. Car du coste des Vicontes dont s'apellent ceux qui regnent a Milan, y a peu de noblesse, et moins du costé des Sforces, dont estoit fils le Duc Francisque de Milan: car il etoit fils d'un cordonnier d'une petite ville, appellée Cotignoles: mais il fut homme tres somptueux et encore plus le fil: lequel se fit Duc de Milan, moyennant la faveur de sa femme bastarde du Duc Philippe Marie.* Idem COMINAEVS alio loco *** dicit: *Maximilianus autem in matrimonium duxit filiam Galeacii, Mediolani Ducis, intercessore Ludouico Sfortia, patruo: sed eam rem grauiter tulerunt Germaniae principes, propter ipsius feminae obscuritatem generis. Parum enim est splendoris in familia Vicecomitum, ac multo minus in Sfortiis, quorum nomen illustre primum effecit Franciscus, patre natus homine plebeio, sed ingenio praeditus liberali, qui vxore ducta filia notha Philippi Mariae, ex familia Vicecomitum, Mediolani ducis haeres fuit, atque successor sui soceri, et Insubriam possedit, magnus profecto vir, et virtute cuilibet suae aetatis principi comparandus. Haec autem eo pertinent*, vt demonstrem, quod supra dixi, quam inauspicato illae ad nouas nuptias

 tran-

* *Annal. Austriac. lib. XI. ineunte.* FVGGER. *Spiegel der Ehren lib. VI. c. I.*

** *Memoires lib. VII. p. 433.*

*** *De Bello Neapolitano lib. I. p. 125.*

transſierint. Hinc etiam PETRVS BAILIVS * illud plane habet pro matrimonio inaequali, ita ſcribens; *On ſe conſola du cote de l'Empereur. Ce fut a la verité vne meſalliance, car Maximilian ſe maria auec Blanche Marie Sforte, dont le ſang n'etoit point encore epuré de la ſuillure d'origine, vu qu'elle etoit petite fille d'un Batard et d'une batarde, mais elle aporta beaucoup d'argent, dont ſon epoux ſe fit vn tres grand plaiſir.*

§. XXVIII.

Ferdinandus Auſtriacus lineae Tyrolenſis, matrimonium contraxerat cum Philippina Welſeria, ex patricia Auguſtanorum gente, liberos ex eadem ſuſtulerat Andream et Carolum, qui tamen a dignitate paterna atque ſucceſſione per adgnatos conſentientibus ordinibus Prouincialibus excludebantur, de quo THVANVS: ** *paulo ante Ferdinandus Caeſaris ipſiusque Erneſti patruus fere ſexagenarius vitam cum morte commutauit Oeniponte, bellicae laudis famam bello Pannonico olim adeptus, qui ex Philippina (Franciſci Welſeri Baronis a Zinnenberg filia) Velſera absque patris conſenſu in vxorem ducta, Carolum, Burgouii Marchionem et Andream Epiſcopum Conſtantienſem, poſtea in collegium Cardinalium cooptatum, ſuſtulit, ab Imperio et Prouinciarum ſuarum ordinibus ſucceſſione ipſius indignos habitos, quippe vbi clandeſtina matrimonia pro contuberniis habentur, nullaque coniugiorum licet in eccleſia celebratorum religio reputatur, quibus pietatis paternae aut eorum, qui parentis loco ſunt, auctoritas non acceſſerit, quod decretum ſe ſuperſtite factum tam aegre tulit, vt Philippina forte mortua, Annam Catharinam, Vincentii Mantuae ducis ſororem, ac Helionorae ſororis filiam in domum induxerit. Verum ex ea tantum duas filias ſuſcepit, nec proinde controuerſiam Caeſari fratribusque eius, qui iam haereditatem ipſius deſtinatione inter ſe creuerant, de ea facere potuit.* MICH. PICCARTVS *.* verorem ita

* *Reſponſe aux queſtions d'un Prouincial. Tom. III. p. 610.*

** *Lib. CXII. p. 537.* Adde BRANDIS *im Tyroliſchen Ehren-Crantzl. p. 209.*

. Vid. de LVDEWIG, *de dignit. vxoris in opuſc. p. 1175.*

ita effert: *sic ordines prouinciarum Ferdinandi archiducis Austriae, noluere liberos ex Philippina Welsera, eleganti ingenio et forma, virgine patritia Augustae Vindelicorum familia natos patri succedere. Non, vt opinatur Thuanus, quod clam patre Ferdinandus illam sibi sociasset, quam quod impar esset matrimonium, et liberi ex eo suscepti tantae successionis capaces non viderentur. Itaque vix multis precibus ab ordinibus impetrare potuit, vt exiguum castellum (Burgau et Nellenburg) ex tam opulento patrimonio detraheretur. Quo Carolum grandiorem natu cum marchionis titulo donauit. Andreas alter, vt in collegium cardinalium cooptaretur a Gregorio XIII. facile obtinuit. Quod si pro coniugio legitimo pontifex non habuisset, factum id sane non fuisset. Cum cardinalitius honor non nisi ex legitimo matrimonio procreatis attribui soleat.* Nostra aetate *Gustauus Samuel* Palatinus Dux, Biponti sedem habens, d. 20. Maii 1723. duxit Ludouicam Dorotheam Hofmanniam, cui matrimonio Adgnati Serenissimi plurimum se opposuerunt, licet illud hactenus fuerit sterile.

§. XXVIIII.

Henricus illustris Misniae Marchio, duxerat in matrimonium Elisabetham Maltitiam. Rudolphus Habsburgicus vero in castris ad Znoymam liberos ex hoc matrimonio natos ab omni seruilis seu ministerialis conditionis respectu eximit. Sic enim verba diplomatis habent: * *Elizabeth legitimam thori sui consortem, Fridericum natum legitimum vtriusque et vniuersos liberos, si quos ab eisdem parentibus procreari contigerit, in futurum ab omni seruilis seu ministerialis conditionis respectu de plenitudine Regiae potestatis eximimus, et ipsos ingenuitatis ac liberi partus honore et titulo perpetuo insignimus, volentes eos sic semper in antea in Ingenuorum et Nobilium sorte et numero recenseri, ac si de ventre libero nati essent. Ita quod ad successionem bonorum feudalium, et*

* Extat diploma apud ANTONIVM WECKIVM *Chron. Dresdensi f. 159.* SCHLEGEL *cella veteri. §. XLIV.* LVNIG *Part. Spec. cont. II. n. 4. p. 178.* HORN. *vita Henr. illustris in codice dipl. n. 52.*

et aliorum quorumlibet pari forma sicuti ingenui et nobiles admittantur. Et vniuersaliter omnibus iuribus, libertatibus, dignitatibus, honoribus, conditionibus, quibus ingenui a sacris sunt legibus, et approbatis consuetudinibus insigniti, in perpetuum ex donatione regia gaudeant pleno iure. Ex praemissis itaque prefato Friderico ac ceteris liberis Marchionis predicti, si quos ipsum in antea ex predicta Elizabeth procreare contigerit fauorabiliter indulgemus, concedimus et donamus, vt bonis Marchionis ipsius, possessionibus, terris, dignitatibus, et ceteris iuribus quibuscunque, quo possint et debeant iure succedere, ac si de partu et ventre libero nati essent. Non obstante tamen hac adprobatione Caesarea, filiis ex hoc matrimonio natis, dum Seniores ex aequali matrimonio nati, ex dispositione paterna integras prouincias obtinerent, saltim certae praefecturae fuerunt adsignatae, de quo GEORGIVS FABRICIVS. * *Sibi pater retinuit Misniam, Alberto dedit Thuringiam, Diderico Osterlandiam, filiis Elisabethae certas praefecturas, Friderico Dresdensem assignauit, quid Hermannus proprium habuerit, adhuc legere non memini.*

§. XXX.

Dum autem Rudolphus dictae Elisabethae filios ab omni seruilis seu ministerialis conditione exemit; facile patet matrem Elisabetham eiusdem fuisse conditionis. Dum autem ministeriales duplicis generis fuerint, maioris ordinis atque inferioris, prout demonstrauit Illustris Dn. IO. GEORGIVS ESTOR ** *in commentariis de ministerialibus*, facile patet; hic ministerialem intelligi inferioris conditionis plebeiae, illorum, qui operas suas alteri pro mercede addixerunt, ideoque in numero adscriptitiorum glebae habebantur. Plane vero ministeriales non fuisse nobiles, patet ex diplomate Rudolphi, Adelheidae, Vlrici de Hanau coniugi concesso, in quo: *eo quod a patre ministeriali genita esse dicebaris, a te notam originis,*

* *Origg. Saxonicarum lib. VI. p. 536.*

** *In prolegom. §. IX.*

ginis, si qua extitit, adimimus et de consensu principum nostrorum, te pueros que tuos, si quos habes vel in posterum te habere contigerit, reddimus et donamus nobiles et ingenuos de vtroque parente, ac omni seruitute ministerialium liberamus.

§. XXXI.

Exinde factum, vt dictus Fridericus se non Misnensem et Orientalem Marchionem, sed saltim Illustris principis Domini Henrici, quondam Misnensis et Orientalis Marchionis bonae memoriae, filium, et Dominum ciuitatis et territorii Dresden * se vocaret. In alio dicit; ** *quod dicto patre nostro viam vniuersae carnis ingresso, eidem in Dresden ciuitate, iudicio, bonis liberis et infoedatis ad eandem ciuitatem ex antiquo pertinentibus, cum castro Radeberc et merica intermedia, cum foresta, quae dicitur Fridewalde, successimus, et a venerabili patre nostro, Domino Withegone Episcopo et ecclesia Misnensi iure recipimus feodali, Omagium sibi debitum facientes.* Idem agnoscit: *** *Friderico filio illustris principis nostri Theodorici Marchionis de Landsberg in Marchia et dominio Misnensi succedenti*, vbi etiam dictum Theodoricum Illustrem *Principem suum* vocat. Idem Fridericus a Withegone, Misnensi episcopo, de dominio Dresdensi fuit inuestitus: **** vbi in sigillo litterarum Reversalium saltim dicitur: *filius Henrici Marchionis Misnensis.* † Ipsius mater Elisabeth nunquam Misniae Marchionissa vocatur, saltim in diplomate de a. 1283. titulum gerit, *Elisabeth relicta Domini Henrici, quondam Illustris Misnensis et Orientalis Marchionis;* Albertum degenerem vero et Henrici nepotes vocant

* Apud HORNIVM *Henrico Illustr.*

** Apud ANT. WECKEN. *hist. Dresd. p. 157.*

*** Apud HORNIVM *in vita Henrici Illustr. p. 198.*

**** *Id. p. 198.*

† Apud WECKIVM. *p. 158.*

et aliorum quorumlibet pari forma ficuti ingenui et nobiles admittantur. Et vniuerfaliter omnibus iuribus, libertatibus, dignitatibus, honoribus, conditionibus, quibus ingenui a facris funt legibus, et approbatis confuetudinibus infigniti, in perpetuum ex donatione regia gaudeant pleno iure. Ex praemiffis itaque prefato Friderico ac ceteris liberis Marchionis predicti, fi quos ipfum in antea ex predicta Elizabeth procreare contigerit fauorabiliter indulgemus, concedimus et donamus, vt bonis Marchionis ipfius, poffeffionibus, terris, dignitatibus, et ceteris iuribus quibuscunque, quo poffint et debeant iure fuccedere, ac fi de partu et ventre libero nati effent. Non obftante tamen hac adprobatione Caefarea, filiis ex hoc matrimonio natis, dum Seniores ex aequali matrimonio nati, ex difpofitione paterna integras prouincias obtinerent, faltim certae praefecturae fuerunt adfignatae, de quo GEORGIVS FABRICIVS. * *Sibi pater retinuit Mifniam, Alberto dedit Thuringiam, Diderico Ofterlandiam, filiis Elifabethae certas praefecturas, Friderico Dresdenfem affignauit, quid Hermannus proprium habuerit, adhuc legere non memini.*

§. XXX.

Dum autem Rudolphus dictae Elifabethae filios ab omni feruilis feu minifterialis conditione exemit; facile patet matrem Elifabetham eiusdem fuiffe conditionis. Dum autem minifteriales duplicis generis fuerint, maioris ordinis atque inferioris, prout demonftrauit Illuftris Dn. IO. GEORGIVS ESTOR ** *in commentariis de minifterialibus*, facile patet; hic minifterialem intelligi inferioris conditionis plebeiae, illorum, qui operas fuas alteri pro mercede addixerunt, ideoque in numero adfcriptitiorum glebae habebantur. Plane vero minifteriales non fuiffe nobiles, patet ex diplomate Rudolphi, Adelheidae, Vlrici de Hanau coniugi conceffo, in quo: *eo quod a patre minifteriali genita effe dicebaris, a te notam originis,*

* *Origg. Saxonicarum lib. VI. p. 586.*

** *In prolegom. §. IX.*

ginis, si qua extitit, adimimus et de consensu principum nostrorum, te puerosque tuos, si quos habes vel in posterum te habere contigerit, reddimus et donamus nobiles et ingenuos de vtroque parente, ac omni seruitute ministerialium liberamus.

§. XXXI.

Exinde factum, vt dictus Fridericus se non Misnensem et Orientalem Marchionem, sed saltim Illustris principis Domini Henrici, quondam Misnensis et Orientalis Marchionis bonae memoriae, filium, et Dominum ciuitatis et territorii Dresden * se vocaret. In alio dicit; ** *quod dicto patre nostro viam vniuersae carnis ingresso, eidem in Dresden ciuitate, iudicio, bonis liberis et infoedatis ad eandem ciuitatem ex antiquo pertinentibus, cum castro Radeberc et merica intermedia, cum foresta, quae dicitur Fridewalde, successimus, et a venerabili patre nostro, Domino Withegone Episcopo et ecclesia Misnensi iure recipimus feodali, Omagium sibi debitum facientes.* Idem agnoscit: *** *Friderico filio illustris principis nostri Theodorici Marchionis de Landsberg in Marchia et dominio Misnensi succedenti*, vbi etiam dictum Theodoricum Illustrem *Principem suum* vocat. Idem Fridericus a Withegone, Misnensi episcopo, de dominio Dresdensi fuit inuestitus: **** vbi in sigillo litterarum Reuersalium saltim dicitur: *filius Henrici Marchionis Misnensis.* † Ipsius mater Elisabeth nunquam Misniae Marchionissa vocatur, saltim in diplomate de a. 1283. titulum gerit, *Elisabeth relicta Domini Henrici, quondam Illustris Misnensis et Orientalis Marchionis;* Albertum degenerem vero et Henrici nepotes vocant

* Apud HORNIVM *Henrico Illustr.*

** Apud ANT. WECKEN. *hist. Dresd. p. 157.*

*** Apud HORNIVM *in vita Henrici Illustr. p. 198.*

**** *Id. p. 198.*

† Apud WECKIVM. *p. 158.*

vocant terrae Misnensis dominos, Fridericum vero filium nostrum carissimum.

§. XXXII.

Eiusmodi exemplum etiam praebet ALBERTVS DEGENER, Thuringiae Landgrauius, qui ex Cunigunda de Ysenburg, qua primum vsus fuerat, postea vero in vxorem duxerat, filium progenuit dictum Ludouicum, Italis vero vocatum Apitium. Hic licet per subsequens matrimonium fuisset legitimatus, nihilominus obstantibus Dominis terrae, siue statibus Prouincialibus, ob vitium natalium a terrarum successione fuit exclusus: * non obstante, quod a Rudolpho Imp. codicillos nobilitatis fuerit consecutus, additis a Caesare insignibus Leonis varii, gestantis capite galeam. **

§. XXXIII.

Recentiori aetate ex Serenissima Saxonum familia, IO. ADOLPHVS, Dux Saxo-Weisenfelsensis duxit Christinam Wilhelminam, nobilem de Bünau, quam in Principum dignitatem a Leopoldo Caesare euehi fecit. ALBERTVS Dux Saxo-Coburgensis, nobilem de Kimpinsky, quae in comitum dignitatem fuit euecta, duxit in matrimonium, verum vtraeque improles fuerunt defunctae.

§. XXXIV.

De matrimonio EDVARDI FORTVNATI Marchionis Badensis, quo Mariam, Iodoci ab Eicken Baronis de Riviere, qui Auriaci principis erat Aulae Marechallus et Bredae gubernator, filiam duxit, valde disceptatur. Postquam enim Eduardus eiurata paterna religione, Romanam fuisset amplexus, derelicto ditionum regimine, peregrinatione aetatem contereret, debitorum cum auitorum, tum a patruele

* *Hist. Landgr. Thur. c. CXXXIII.*

** FABRICIVS *Orig. Saxon. lib. VI. p. 594.*

truele Philippo contractorum nullam rationem haberet, pensiones annuas non dependeret, aes alienum cumularet, eoque Principatum obrueret, adeo, vt periculum esset, ne ditiones eius, quas iam tum Rudolphus II. Caesar Ducibus Bavariae ac Lotharingiae administrandas commiserat, quo ex eorum prouentibus debita dissoluerentur, illi autem Marco Fuggero concesserant, in alienas manus dilaberentur, atque a familia omnino diuellerentur; caussam iustam ac legitimam se habere putauit Ernestus Fridericus, adgnatus e Durlacensi linea, vt vigore pacti gentilitii de a. 1537. superioris Marchionatus possessionem adprehenderet, cuius etiam facili negotio fuit potitus, factique rationes publicae luci exposuit; * datis quoque in eam sententiam d. 26. Nouembris 1594. litteris ad Rudolphum II. Imperatorem. Eduardus autem postquam a. 1600. Bruxellis, dum ebrius ab Amasia sua venisset, per scalarum gradus lapsus, ceruice fracta fuisset examinatus, ** filios impuberes reliquit Wilhelmum, Albertum et Hermannum Fortunatum: Hisce ex matrimonio Mariae ab Eicken prognatis, cum prouinciam restituere, Ernestus Fridericus Durlacensis abnueret, easdem Philippus etiam, eorum patruus, armis recuperare irrito conatu molitus, idque ausum captiuitate luit; Tandem post longam altercationem, et multas, sed incassum, rei componendae tentatas vires, ad tutorum aliorumque magnatum, maxime Caroli Caraffae, Nuncii Apostolici intercessiones atque hortamenta, post proelium ad Wimpinam d. 4. Septembris 1622. in iudicio Caesareo Aulico sententia aduersus Durlacensem fuit pronuntiata, illeque Marchionatum superiorem, vna

M 2 cum

* *Prodiit bestandiger Bericht, was sich vor und nach, durch Marggraff Ernst Friederich zu Baden rechtmässig und befugter Weise fürgenommener Occupation des Ober-Theils des Fürstenthums oder Graffschafft verlauffen. 1596.*

** REIDANVS *Ann. Belg. lib. XI. p. 297.*

cum fructibus perceptis et percipiendis nec non sumptibus in litem impensis, Eduardi filiis restituere fuit iussus. Negotium hocce CAROLVS CARAFA optime exposuit, dum ita scribit: * *Prius autem Caesar sententiam in Marchionem Durlacensem tulit, vt Marchionatum Badensem Eduardi filiis, vti haeredibus legitimis, restitueret. Lis etenim ista sub tribus Imperatoribus dudum ab Eduardi Marchionis Badensis filiis agitata fuerat contra Georgium Fridericum Marchionem, qui, nepotum suorum tutor, haereditatem pupillorum sibi appropriauerat; occasione capta, quod parens ad impares nuptias transiisset, et Catholicam religionem inuehere tentasset, quod quamuis in imperio absonum foret: tamen causa nondum satis inspecta, et ne ob rem singularem integra Germania bello affligeretur, in Marchione Badense hactenus toleratum fuerat. Cum vero praefatus Marchio, Georgius Fridericus arma contra Caesarem strinxisset: ac prius filio ditionem suam magna fraude cessisset, fuissetque pars aliqua ditionum pupillorum Principum a Marchione Spinola inter alia loca occupata; voluit Caesar ad intercessionem electoris Moguntini, ac nostram (maxime vt Catholica religio debite promoueretur) veris haeredibus, Eduardi filiis Catholicis in aula Bruxellae educatis, ditionem restituere, quare ex sententia suorum consiliariorum aulicorum vnanimiter suffragantium secundum iura scripta, et Germaniae consuetudines, Georgium Fridericum vti reum condemnauit ad restituendum eisdem superiorem Marchionatum Badensem, nec non fructus perceptos ac percipiendos, cum omnibus clenodiis, tabulis, mobilibus et refusione sumtuum ac damnorum.*

§. XXXV.

OTTO Harburgensis, an. 1603. ex primogenito filio Ottone Henrico, nepotem reliquit Philippum ex nobili de Bassi

* *Germania sacra restaurata p. 127.* KHEVENHVLLER *Tom. IX. p. 1764 Corpus Hist. Germ. Per. X. Sect. IX. §. XVII.* Adde KNIPSCHILDVM *de fideicommissis c. VIII. n. 440.* ITTERVM *de feudis imperii XIV. §. IX.* IMHOF. *notitia procerum lib. IV. c. VIII. c. XII. XIII.*

Baſſi prognatum, qui tamen auo non ſucceſſit, ideoque eiusdemque nulla in Genealogiis fit mentio; * potius cum Wilhelmo a. 1642. Harburgenſis linea plane exaruit. Noſtra aetate GEORGIVS GVILIELMVS Dux Cellenſis, vxorem duxit Eleonoram d' Emiers. quae a Leopoldo Caeſare in principalem dignitatem fuit euecta, verum ſterile fuit matrimonium.

§. XXXVI.

In ſereniſſima gente Holſatica ALEXANDER HENRICVS matrimonium contraxit cum Dorothea Maria Heshuſii, Concionatioris aulici filia, dum vero matrimonium hocce adgnati minime adprobarent, Catholicam adſumſit religionem, liberi ex impari hoc matrimonio prognati a ſucceſſione excludebantur. ** ERNESTVS AVGVSTVS lineae Auguſto-burgenſis ſibi matrimonio copulauit Baronem de Velbruck, ſuperioris ſtabularii Elect. Palatini filiam. ERNESTVS CASIMIRVS lineae Beckenſis duxit nobilem de Preyſing, ſeu Pröſing licet ſterile fuerit matrimonium. ***

§. XXXVII.

Notiſſima eſt controuerſia noſtra aetate ſuper ſucceſſione filiorum ex inaequali matrimonio natorum ventilata. CHRISTIANVS CAROLVS Norburgenſis lineae, duxerat in matrimonium Dorotheam Chriſtianam ab EICHELBERG, quae poſtea de Carlſtein fuit dicta, ſine vlla conditione, eandemque Vmſtadri per manus Superintendentis Palatini, Io. Iacobi Mulleri praeſente praefecto Palatino, Carolo Guilielmo de Conti, eiusdemque vxore, Ancia Helena nata Schenkia de Schweinsberg, ſibi legitimo modo fecit copulari. Poſt matrimonium vero contractum, d. 24. Nouembris 1702. cum fratre ſuo Ioachi-

* Habeo haec ex MSCt.

** FELTMANN P. I. C. XXII. p. 213.

*** SALMVTH p. 80. MYLERI *Gamologia c. VI. p. 13.*

chimo Friderico fuit pactus, quod ex ſola intentione conſeruandi lineam Norburgenſem et ne terrae nimium diuiderentur, declararet, liberos ex hoc matrimonio progenitos ſaltim nobililium dignitate contentos eſſe debere, et quod poſt ipſius mortem, praedia ipſi à patre Ioachimo Erneſto in Arroa adſignata, Seeburggard et *Gottesgabe* non ad filios ſed ad fratrem ipſius Ioachimum Fridericum deuenire debeant, ita tamen vt ipſius filiis quadraginta Ioachimicorum millia ſoluantur. Quod ſi vero plures obuenirent haereditates, ſe filiis ſuis nullum praeiudicium fieri velle. Ex dicto matrimonio naſcitur filius *Fridericus Carolus*, pater vero *Chriſtianus Carolus* menſe maio 1706. moriebatur, et paucas poſt menſes, *Leopoldus Adolphus*, ex Plönenſibus vltimus. Hinc *Ioachimus Fridericus*, dicti *Chriſtiani Caroli* frater, non ſolum, vi Teſtamenti *paterni*, Plönenſium terrarum arripuit poſſeſſionem, ſed etiam *fratris* ſui, *Chriſtiani Caroli*, terras ſibi vindicauit, atque bona in Arrhoa et Alſena ſita, retinuit. Scilicet *Ioachimus Erneſtus* a. 1671. per Teſtamentum inter quatuor liberos *Io. Adolphum*, *Auguſtum*, *Ioachimum Erneſtum* et *Bernhardum* de terris ſuis diſpoſuit, et cuilibet certam portionem adſignauit, hoc adiecto, vt ſi vnus ex filiis *ſine poſteritate* defungeretur, proximus illi *ſolus* ſuccederet. Hoc teſtamentum a dictis ipſius filiis fuit *adprobatum*, et *ſecundum illud* diuiſio facta. Dum igitur alter ex illius filiis *Auguſtus* bona in Arroa et Alſena ſita pro portione ſua obtinuiſſet et binos filios *Ioachimum Fridericum* et *Chriſtianum Carolum*, obtinuiſſet, per diſpoſitionem *paternam* a. 1688. alteri bona in Alſena, alteri bona in Arroa ſita, reliquiſſet; inſuper diſpoſuit, vt, ſi frater ipſius *ſenior*, vt Adolphus Dux Plönenſis, ſine haeredibus maſculis fuiſſet defunctus, indeque ducatus Plönenſis ad ipſius lineam deueniret, filius ipſius *primogenitus*, *Ioachimus Fridericus* integrum ducatum *Ploenenſem*, tanquam feudum Imperii immediatum obtineret; fratri vero *Chriſtiano*

Ca-

Carolo omnia bona in Alſena ſita derelinqueret. Hac ex ratione *Chriſtiani Caroli* filius, *Fridericus Carolus*, non ſolum ſucceſſionem bonorum paternorum in Arroa ſitorum, a quibus tanquam filius *ex legitimo* matrimonio natus excludi non poſſet, ſed etiam vi *Teſtamenti auiti*, bona in Alſena ſita petebat, et licet pactum illud de a. 1702. obiici poſſet, hoc tamen contra leges initum, ipſo iure nullum, *per quod ius ſucceſſionis in bona feudalia paterna adimi haut potuerit*, dum ſecundum 1. F. 8. pr. nulla ordinatio defuncti in feudo manere debeat vel valere, et ſi etiam dictum pactum valeret. Attamen ſecundum illud bona in Alſena ſita poſt defectum lineae Ploenenſis ipſi obuenire, in quibus *Chriſtianus Carolus* ſibi et poſteris ius ſuceſſionis per expreſſum reſeruauerit. Dicti igitur Domini de *Carlſtein* tutores *Ioannes* ab *Ehrencron* et *Dominus* de Iob. d. 7. Februarii 1718. a DANORVM REGE petebant, vt *Ioachimus Carolus* Dux Plönenſis, non ſolum *Friderico Carolo* de *Carlſtein* bona paterna in Arroa, illaque in Alſena ſita reſtitueret, ſed etiam Rex Dominum *de Carlſtein* pro *Principe ſanguinis Sleſuico-Holſatici* declaret. Reſpondebat ad haec *Ioachimus Fridericus*, Dux Holſato-Plönenſis, pactum illud de a. 1702. omnino eſſe *validum*, in iſto etiam eſſe *prouiſum*, *Chriſtiani Caroli* filios cum portione *alimentaria* contentos eſſe debere, quousque fratris *Ioachimi Friderici* haeredes ſuperfuerint, idemque per teſtamentum *Chriſtiani Caroli* fuiſſe confirmatum. Immo, dum iſte ea intentione pactum illud confirmauerit, *vt lineae Norburgenſis ſplendor conſeruaretur*, contrarium huic intentioni eſſe, ſi *Friderico Carolo* bona, quae ipſius tutores peterent, concederentur; dum vere melioris fieret conditionis, quam ipſe Dux Plönenſis. Matrimonium equidem fuiſſe *legitimum*, filium tamen ex eodem progenitum *pacto* excludi, quod autem per pacta ordo ſucceſſionis poſſit alterari, eſſe iuris notorii: maxime, dum dictus *Fridericus Carolus* tempore pacti nondum fuerit in re-

rum

rum natura. Nec ex testamento *Ioachimi Ernesti* argumentum sumi posse, dum non solum *Christianus Carolus* dictum testamenum ipse impugnauerit, sed etiam testamento per pactum contrarium fuisset derogatum; Immo nec ex dicto testamento quidpiam iuris ipsi accedere, dum *Ioachimus Ernestus* aeque atque *Augustus* disposuerint, quod Plönenses et Norburgenses terrae casu existente *iterum vniri*, nec diuidi in posterum debeant. Maxime, dum dictum matrimonium cum *nobili de Eichelberg*, omnino sit matrimonium ad *morganaticum*, licet tale nomen non ferat, dum sufficiat, *per singulare pactum* liberos a dignitate et successione paterna fuisse exclusos. Et licet pactum *non statim vna* cum matrimonio fuerit firmatum; factum tamen illud fuisse *paulo post* contractum matrimonium. Nec copulationem *ad dextram* factam obstare, dum et per dextram matrimonium *ad morganaticum* nihilominus contrahi possit. Et licet circa matrimonium contrahentium, nec *Instrumentum* fuerit erectum, nec *Morgengaba* constituta, quod tamen paullo post per pactum singulare fuerit factum, dum non inconsuetum sit, vt etiam post matrimonium pacta *dotalia* conficerentur. Et licet matrimonium ex coniugali amore, *pure*, sine conditione fuerit contractum, et per copulam sacerdotalam confirmatum, exinde tamen non sequi, *illud non esse matrimonium ad morganaticam per subsequens pactum* de a. 1702. conclusum, per quod liberi ex dicto matrimonio a successione in bonis paternis *feudalibus* fuerint exclusi, dum actus, *qui sequitur*, declaret intentionem *praecedentem*; maxime dum *Caroli Christiani* coniux ipsa hoc matrimonium ratihabuerit, atque exempla haut pauca supersint, quod filii a dignitate patris et successione fuerint exclusi; id quod etiam in casu praesenti per pactum a domino directo feudi et dispositionem paternam confirmatum obtineat, illud vero pactum a superiore confirmatum, secundum Gentium Iura omnino esse *legitimum*, alias vix sperandum fuisset, vt Daniae

Rex

Rex illud confirmasset. Et licet Iuris *Feudalis* sit, quod filii vasalli alienationem a patre factam possint impugnare; hoc tamen in praesenti casu haut obtinere, dum matrimonium fuerit *ad morganaticam.* Et licet testamentum *Augusti* de a. 1688. obiiciatur, quo Dux CHRISTIANVS CAROLVS sibi et descendentibus post extinctam lineam Plönensem ius succedendi in bona Alsena - expressis verbis reseruauerit, ideoque pactum illud de a. 1702. saltim ad conseruationem lineae *Norburgensis* confecerit, atque ad illa saltim tempora respexerit, quod mutato casu, post extinctam lineam *Plönensem* et accessionem harum terrarum locum amplius habere non possit; hoc tamen testamentum et in eo reseruatam successionem minime obstare, dum ista successio saltim fuerit reseruata in hunc casum, *si Ioachimi Friderici posteri fuerint extincti*, tunc enim filiorum *Christiani Caroli* successionem saltim locum habere. Petit igitur dictus Dux, vt Dominus de *Carlstein*, tanquam ex matrimonio *ad morganaticam* natus, a successione excludatur. * Postquam vero *Ioachimus Fridericus* Dux Ploenensis a. 1722. fuisset extinctus, ad quem casum pactum illud de a. 1702. saltim fuerat directum; petebat *Fridericus Carolus* Norburgensis, Dominus de *Carlstein* dictus, successionem a Friderico II. Danorum Rege d. 18. Decembris 1722. obtinebatque, vt Rex eum, quia ex matrimonio *legitimo*, non vero ad morganaticam natus, vna cum sorore *Wilhelmina Augusta* pro agnato et nato Duce Slesuici, Holsatiae

* *Inter* LÜNIGII *scripta selecta a parte* Domini de *Carlstein* reperitur *p. 730. Vnterthänigste Vorstellung der Vormünder des Herrn von* Carlstein, *Herzog* Christian Carls *zu Holstein - Norburg hinterlassenen Söhns, an Ihro Kænigl. Mai. in Dannemarck, wegen ihres* Pupillen *succession - Rechts an den Arroesischen und Alsenschen Gütern de Anno 1708.* Huic vero Dux Plönensis opposuit *Wohlgegründete Gegen - Vorstellung und Antwort auf vorstehende unterthänigste Vorstellung der* Carlsteinischen *Vormünder de Anno 1708.*

tiae, Stormariae atque Ditmarsiae, Comite in Oldenburg et Delmenhorst adgnosceret, vtque omnibus priuilegiis, Iuribus atque Praerogatiuis et Dignitatibus Domus Slesuico-Holsaticae gauderent. * Licet etiam *Ioannes Ernestus* eiusdem lineae Norburgensis *eandem Plönensem* successionem adpeteret; attamen, postquam d. 20. Maii 1729. fuisset defunctus, dictus *Fridericus Carolus* d. 14. Octobris 1729. Plönensis Ducatus possessionem adprehendit. Factum vero hoc, dum adgnati consentirent, ipsumque Familiae caput, Rex Danorum. **

§. XXXVIII.

In serenissima *gente Anhaltina* varia occurrunt exempla. *Georgius Aribertus* Princeps Anhaltinus lineae *Bernburgensis* duxerat a. 1637. in matrimonium Aulae suae *Marschalli* filiam, *Ioannam Elisabetham* de *Krosick*, quam etiam *pro Principe* haberi volebat. Verum, dum *Adgnati* et *status Prouinciales* contradicerent, dictus Princeps, datis *Reuersalibus*, iuramento atque a Ferdinando III. Imp. a. 1637. confirmatis, abstinuit voluitque, vt dicta ipsius coniux saltim titulum *Madame* obtineret, filii ex eadem successione abstinerent. Ast filius ex eadem natus *Christianus Aribertus* adsumta religione Catholica, non obstante iuramento, *Principalem* dignitatem adfectabat, et licet fauentem haberet *Aulam Caesaream*, eam tamen protestantibus Adgnatis, tunc non obtinuit, sed *Comitis de Bähringen* saltim titulo atque dignitate contentus esse debuit, ita tamen vt se vocaret, *des Fürsten von Anhalt ehelichen Sohn.* De hoc matrimonio BECKMANN *** sic iudicat: Georgius *Aribert gebohrn 1606. dem Radegast, Kletsch, Wörlitz, zu Theil worden. Nahm 1637. Christoph von* Krosigks *Fürstl. Cammerraths, Marschalls und Hauptmanns Tochter Iohannam Elisabetham zur Ehe. Darauf* zwi-

* Extat apud LVNIGIVM *scriptis selectis p. 1094.*

** *Genealogiam dicti* FRIDERICI CAROLI *eiusdemque matris de Aichelberg nectit* LÜNIG. *p. 1094.*

*** *In der Anhaltischen Historie P. V. L. III. c. VI.*

zwischen ihme, den Vettern und Landständten viele beschwehrliche Handlungen vorgegangen. Endlich hat man sich beyderseits 1637. also verglichen, I.) solte die von Krosigck seine rechte Gemahlin bleiben, aber sich des Fürstl. Nahmens, Titels und Würde enthalten, II.), mit ihrer adelichen Würde sich vergnügen, III.) sich vom Kayser nicht in Fürsten- Graven- oder Freyen-Stand erheben lassen, IV.) nichts anders, als den Adel-Stand auch die Kinder verlangen, V.), die Fürsten von Anhalt vor ihre Lehens- und Landes-Herren erkennen, VI.) aller Landes-Folge sich enthalten, VII.) an den Kreuzischen Gut zu Wörliz, samt Radegast und Kiesich, sich vergnügen, VIII.) iedoch das erste gegen Geld abtretten, IX.) alles nur auf die männliche Erben gehen, X.), die Weibliche mit Geld abgefunden werden und bedingten Rückfalle. Auch haben die Land-Stände sich erkläret, keinen aus solcher Ehe in der Landes-Folge zuerkennen. *Wie aber 1643. Georg Aribert verstorben, und dessen Sohn Christian Aribert erwachsen, hat er sich wieder den Väterlichen Vergleich geleget, und sich des Fürstlichen Nahmens, Titels und Wapens von Anhalt gebraucht. Auch vorgegeben, daß sein Vater seine Rechte nicht verstanden und bereuet, Kayserliche Mai. sollten dieses wieder aufheben u. s. w. Vnd ohngeachtet ihme deshalben von dem Hauß Anhalt, sich eines bessern zu besinnen, scharff zugesetzet worden, man denselben von Wien in die Anhaltische Lehens-Cammer, als einen Vasallen citiret, auch bey Verlust des Lehens ihme in allem dem Verboth gethan: ist derselbe doch von seinem Anspruch und Proceß am Kayserlichen Hof nicht abzubringen gewesen. Endlich hat die Sache Hertzog* ERNST *zu Sachsen-Gotha a. 1671. verglichen. Daß I. es bey dem Väterlichen Vergleich verbleiben, er doch II. sich die männ- und weibliche descendenten, Graven zu Bähringen, Herrn zu Walder See und Radegast schreiben möchte, III. Christian Aribert auch vor seine Person, Fürstens zu Anhalt ehelicher und einiger Sohn, IV. den gekrönnten Bähren auf den Wappen zugebrauchen, V. gebe ihm und seinem Nachkommen frey die expectanz und Anwartung auf das Fürstenthum Anhalt zu suchen, VI. solle der Proceß gehoben und getilget seyn. Geschehen 1671. und hernach a. 1677. d. 18. Iulii ist Christian Aribert zu Coblentz unverehliget gestorben, und mithin alle weitere Fragen ein erwünschtes Ende genommen.*

§. XXXIX.

Sic etiam Auguſtiſſimus Imp. *Caroli Friderici* Anhaltino-Baerenburgici vxorem, *Wilhelminam Charlottam Nüsleriam* Comitem *Ballenſtadtenſem* declarauit, *ſalua* tamen cuiuslibet, potiſſimum *Adgnatorum iure*, filios vero ex eadem prognatos a ſucceſſione a 1723. excluſit et ſaltim Comitum de *Barenfeld* titulo vti voluit. * Eiusdem lineae Bernburgenſis eſt Lebrechtus, nunc Hoym ſedem habens, qui d. 27. Iulii 1702. vxorem duxit *Everhardinam Iacobinam Wilhelminam*, Baronis de *Weede*, Praefecti Grauenſis filiam, quae K. 1. Auguſti 1705. a *Ioſepho Imp.* Comitis dignitatem obtinuit. *Auguſtus Ludouicus* Princeps *Cöthenſis* a. 1722. duxit nobilem de Wütgenau, quae ab Imp. in numerum Comitum Imperii fuit elata. **

§. XXXX.

Sic etiam per decretum *Caeſaris* Viennae d. 8. Nouembris de anno 1721. *Leopoldi Everhardi*, Ducis *Mompelgardenſis*, filii ex *Anna Sabina Hedwigeria*, Comite de *Sponeck* declarata, et *Eliſabetha Charlotta* de *l' Esperance*, a ſucceſſione fuerunt excluſi, prout ex Iudicii Aulici Decreto, Iouis 8. Aprilis 1723. *** patet: *Ihro Kayſerl. Majeſtät haben gehorſämſten Reichs-Hof-Raths allerunterthänigſtes Gutachten, was den andern Punct betrifft, allergnädigſt dahin ratificiret: I. wird anderweit nach Anleitung des erſten Kayſerlichen Reſcripts vom 8. Nouembr. 1721. die Fürſtliche Intitulirung des jetzigen Weibes* Eliſabeth Charlotten Freyin von L' Esperance, *ingleichem des älteſten mit* Annen Sabinen, *Gräfin von* Sponeck *erzeugten Sohns*

* *Conſilium ſuper hac re vide apud* LÜNIGIUM *in ſcriptis ſelectis p. 743.* III. MOSERS *Reichs Fama, Tom. III. c. XIII. Reichs Hoff Raths Concluſa Tom. I. Concl. c. LVIII. Acta reperiuntur apud* Periluſtr. Dn. de LUDOLPH de *Iure Foeminarum p. I. n. III. p. 9. ſeqq.*

** *Kern Chronic Febr. 1721. p. 66.*

*** Extat apud de LUDOLPH *P. I. n. 21. p. 64.*

Sohns, Georg Leopolds, *und dessen* Ehe-Consortin, *ferner der ältesten Tochter* Leopoldinen Eberhardinen, *daneben derer mit ermeldter* Elisabeth Charlotten, Freyin von L'Esperance *erzeugten Kindern*, Henrietten Hedwig, Leopolds Eberhards, Carl Leopolds, Elisabeth Charlotten, *auch des letzhin d. 16. Augusti 1722. gebohrnen Sohnes*, Georg Friederichs, *samt allem denjenigen, was weiter disfalls in- und ausser dem Kirchen-Gebeth, und in specie bey dem letzten Tauff-Actu* öffentlich *unternommen worden*, gäntzlich cassiret, *ja vor null und nichtig erkläret: Innassen auch die von ermeldtem* Georgen Leopold, Grafen von Sponeck, *in Litteris an Ihro Kayserliche Majestät vom 24. Iulii 1722.* angemaste Fürstliche Subscription zernichtiget, und zu dem Ende demselben angeregtes Exhibitum mit Verweis zurück gegeben wird. II. *Werden selbige Kinder insgesamt nach denen hinc inde im Druck herausgegebenen Haupt-Schrifften vom 30. Septembr. und 9. Decembr. 1722. und der daraus in Facto sattsam geschöpfften Cognition*, denen kundbaren Teutschen Rechten und Observantz, *ingleichen denen* Pactis Familiae *von Anno 1617. gemäß, hiernechst krafft der hierauf Anno 1715. zu mehrmahlen von Herrn Hertzogen zu Mömpelgard öffentlich declarirten, dabeneben von* Georgen Leopold *Grafen von* Sponeck, *und* Elisabeth Charlotten, *Freyin von L' Esperance, vor sich, und ihre Kinder am 29. Iulii 1715. erfolgten, auch mit einem Eyd bekräfftigten, wie nicht weniger in specie von ietzt gedachten* Georgen Leopold, *Grafen von* Sponeck *anderweit den 18. Octobr. eiusdem Anni 1715. durch einen leiblichen Eyd bestättigten Bekänntnisses, dann der von Ihro Kayserlichen Majestät allbereit den 8. Novembr. 1721. getheilten Kayserlichen Erklärung* der Väterlichen Fürstlichen Dignität, auch succession am unmittelbahren Reichs-Erbe und Lehen unfæhig erkannt, *zu dem Ende auch die von mehrerwehntem* Georg Leopold, *Grafen von* Sponeck, *ad effectum agendi gebethene Relaxatio Iuramenti nicht statt hat.* III. *Hat es wegen derer mit* Henrietten Hedwig, *Freyin von* L'Esperance, *erzeugten noch lebenden zweyen Kindern, als* Eber-

hardinen, *und* Leopoldinen Eberhardinen, *bey deren vom Hertzogen zu Mömpelgard in exhibito vom 9. Decembr. 1722. beschehenen Erklærung, daß von selbigen, als natürlichen Kindern, im gegenwærtigem Rechts-Streit keine Frage seye, sein Bewenden.*

§. XXXXI.

Io. Franciscus Desideratus princeps *Nassouius* lineae *Siegensis*, defuncta a. 1668. altera coniuge, *Eleonora Sophia*, Hermanni Fortunati, Badensis Marchionis filia, duxit in matrimonium *Isabellam Claram Eugeniam* de la *Serre*, nobilem ex *Gynaeceo* suo virginem, quae d. 19. Octobris 1714. fuit defuncta. Ex eadem plures reliquit filios, *Alexium Antonium Christianum*, canonicum Coloniensem et Leodiensem, praepositum Louaniensem atque Academiae Cancellarium, *Franciscum Hugonem*, Campi Mareschallum Hispanicum et *Immanuelem Ignatium*, praefectum Vigiliarum Generalem Caesareum. Patre vero d. 29. Decembris 1690. defuncto, solum successit *filius senior* ex altero coniugio cum *Eleonora Sophia Badensi*, *Wilhelmus Hyacinthus*. Ludouicus Christianus Witgensteinensis, *inaequale* matrimonium contraxit cum *Anna Elisabetha Vygbin*, Carolus Ludouicus Witgensteinensis cum *Anna de Brokdorff*. Franciscus Carolus in *Hohems* cum Francisca Smidlen; Georgius Comes Lippensis cum *impari* foemina.

§. XXXXII.

Dum an. 1701. *Edzardus Eberhardus Wilhelmus* Frisiae Orientalis Comes, cum *Sophia Maria Fölten* matrimonium contraxisset, ipsamque in nobilitatem euehi, atque pacta dotalia ab Imp. confirmari voluisset, desuper apud Caesarem conquerebatur *Anna Dorothea* mater, tunc vidua, petens, vt dicta *Föltin* maioris dignitatis indigna atque filii pro successionis incapacibus declararentur. Annuit Augustissimus Imp. atque decreuit: *Dem Herrn Reichs-Vice-Cantzler nochmahlen, wie auch die Reichs-Cantzley zu erinnern, dieweil die Föltin allen*

in

in Actis fürkommenden Vmstænden nach, der Standes-Erhöhung unfæhig, dahero auch die von ihr herkommende Kinder sich der sonsten in dem Græflichen Haus gebræuchlichen Succession nicht zu erfreuen, damit unwissend Reichs-Hoff-Raths der Föltin keine Expedition mögte ertheilet werden. *

§. XXXXIII.

Singulare quoque occurrit exemplum *Reinhardi*, Comitis *Hanouiensis*, qui *ministerialis* cuiusdam imperatorii *Vlrici de Müntzenberg* filiam *Adelheidam* duxit in matrimonium, de quo tamen an legitimo fuit dubitatum, eo quod dicta *Adelheidis* non esset nobilis, ideoque *Rudolphus I. Imp.* dictam *Adelheidem* per singulare diploma ** VIII. Kal. Nouembris 1273. de plenitudine potestatis *ab omni seruitute ministerialium liberat*, his verbis; *Cum igitur, sicut oblata nobis nobilis viri Reinhardi de Hagenoue, mariti tui petitio continebat, ipse te olim ea intentione duxerit in vxorem*, qui te nobilem fore credebat, et parem sibi in originis libertate, *et quidam postmodum asseruerunt*, te nobilem non fuisse, *supplicauit nobis, vt prouidere sibi super hoc de benignitate Regia dignaremur. Hinc est, qui personam tuam ob grata obsequia, quae idem maritus tuus nobis et Imperio exhibuit, et poterit exhibere, volentes prosequi beneuolentia gratiae specialis, ecce* ad tollendum huiusmodi dubium, *quae a patre* ministeriali *genita dicebaris, a te* notam originis si qua extitit *super eo, adimimus, et de consensu* principum nostrorum, *qui coronationi nostrae felici interesse poterant et debebant, te, puerosque tuos, si quos habes, vel in posterum te habere contigerit, reddimus et donamus nobiles et ingenuos de vtroque parente, ac* ab omni seruitute ministerialium *libertamus, praesentium testimonio*

* *Vide Meyningische Deduction p. 95.*

** *Extat apud* LVNIGIVM *V. Abtheil. Suppl. von Grafen. p. 519. et* IO. CAR. CRANZII *Diss. de S. R. I. Comitum Austregis, sub praes.* IO. WILH WALDSCHMIDT *Marb. Cattorum 1716. habita in append. p. 32.*

nio literarium. Supplentes de plenitudine potestatis si quis defectus aut dubium extitit *in praemissis.* Consentit eodem die in hanc Caesaris confirmationem *Wernerus*, Archiepiscopus Moguntinus, *Engelbertus* Coloniensis, *Henricus* Treuirensis, *Ioannes* Dux Saxoniae, *Ioannes* Elector Brandenburgicus. Ex eodem matrimonio natus fuit *Vlricus*, quem dictus Imperator vna cum matre *Adelheide* denuo tanquam natum legitimum ab *omni seruilis seu ministerialis conditionis respectu* eximit, atque in ingenuorum et nobilium sorte ac numero voluit recenseri, his verbis: * *vt suis desideriis, quae rationi conueniunt, voto promptitudinis annuamus, honestam matronam* Adelheidin, *natam quondam* Vlrici de Munzenberg, *quam idem* Reinhardus, *dum viueret, habuit in vxorem*, et Vlricum de Hanowe *praedictum natum legitimum vtriusque*, ab omni seruilis seu ministerialis conditionis respectu, *de plenitudine regiae potestatis eximimus, ac ipsos ingenuitatis ac liberi partus honore et titulo perpetuo insignimus. Volentes eos, sic semper manentes, in ingenuorum vel nobilium sorte ac numero recenseri, ac si* de ventre libero *nati essent, ita* quod ad successionem bonorum feudalium et aliorum quorumlibet *pari forma sicut Nobiles et Ingenui admittantur et vniuersaliter omnibus iuribus, libertatibus, dignitatibus, honoribus et conditionibus*, quibus ingenui a sacris sunt legibus et approbatis consuetudinibus insigniti, *in perpetuum ex donatione et indulgentia regia gaudeant, et dotentur.* Consentit etiam in hanc Caesaris concessionem *Henricus*, Archiepiscopus Moguntinus, *Sigfridus* Coloniensis, *Albertus* Saxoniae, *Ludouicus* Palatinus Elector. **

§. XXXXIV.

Sub initium superioris seculi *Antonius* Comes *Ysenburginus*, Philippi filius, qui post Elisabethae Wiedensis, vxoris suae

* *Apud* LVNIGIVM *p. 511. et* CRANZIVM *l. c. p. 42.*

** *Vide* IO. CAR. CRANTZIVM *de S. R. I. Comitum Austregis §. 5.* LVDWIG *de dignitate vxoris p. 5. 6. 7. Erlauterung der güldenen Bulle p. I. p. 1362.*

suae mortem *Catharinam Gümpeliam rustici et pastoris ouium* filiam, vulgo dictam das *Gumpels Kraikgen*, ex pago quodam Ysenburgico *Geelenhas* ortam a. 1531. concubinam sibi selegerat, concubinatus contractu cum ipsa inito, * licet istam postea in thorum adsciuisse videatur, atque ex eadem filias tres, gnatum vnicum sustulerit: Illarum duae intra iuuentam decessere: tertia *Amalia* secretario nupsit. Filius ex hoc matrimonio erat *Io. Otto*, qui vsque ad annum 1635. vixit, filiasque tres ex *Margaretha Dorothea Storndorfia* genitas, post se reliquit, nempe *Annam Sibyllam* a. 1636. defunctam, *Annam Barbaram Iohannettam*, superstitem, et *Sophiam Eleonoram* a. 1670. defunctam. Iste *Io. Otto*, cum tanquam filius *Antonii* Comitis *Ysenburgici* illegitimus, ab haereditate tam allodiali quam feudali patris, nec non fratrum consanguineorum fuisset exclusus, in ius iuit, et aduersus illos, qui haereditatem illam ceperunt *Io. Gotfriedum*, Episcopum Wurtzburgensem, qui feudum Schönwein titulo *caducitatis* consolidauerat, et *Wolfgangum Ernestum*, Comitem Isenburgicum, qui reliquas terras ex adgnationis iure vindicauerat, nec non *sorores* defunctorum germanas atque ex iis prognatos *(qui in allodio successerant)* citationem in camera Imperiali a. 1604. obtinuit. Dum vero Episcopus et Consortes Incompetentiam exciperent, quod Camera non sit Iudex legitimus in hac causa *matrimoniali*, *an mater Io. Ottonis Antonii legitima coniux fuerit;* fuit decretum: ** *in Sachen* Hanß Otten *von Ysenburg Clægern, wider Herrn Iulium Bischoffen zu Würtzburg und Conf. beklagte,*

* VFENBACH *de indicio aulico cap. X. Sect. I. p. 85. Wie aus der mit ihr auferrichteten also intitulirten Concubinats disposition erhelle.* Adde *speciem facti* apud LONDORPIVM *Tom. XIII. p. 580.*

** *Extat apud* VFENBACH *de indicio aulico p. 85.* LONDORP. *Tom. XIII. p. 538.*

klagte, Citationis, die Ysenburg. Succession und Verlassenschafft betr. In pto. Exceptionis incompetentiae *ist der Bescheid, wolle und möge ermelter Clæger an gebührenden Ohrten die von den beklagten Parteyen in Actis angezogene Exception, sich wie recht entschütten, daß solches gehört vverden, und ferner darauf ergehen solle, vvas recht ist. Wie dann dieser Punct dahin vervviesen, und die Hauptsach biß zu Erörterung desselben von dem Kayserl. Cammer-Gericht eingestellt, die Gerichts-Kosten bishero aufgeloffen, aus bevvegenden Vrsachen gegen einander compensirend und vergleichend.* Causa itaque ad sedem Moguntinam remittebatur per interlocutoriam d. 28. Septembris 1615. latam. *Rudolphus II. Imp.* iam antea a. 1609. Comitem de Ysenburg ad Comitum Wetteravicorum instantiam, quod matre rustica fuerat oriundus, prohibuit, ne comitis verbo tituloque porro vteretur. Sic enim Rescripti summa: *Aus den Beyschlus hast du zuersehen, was bey uns die Wetterauische Correspondenz-Grafen, vvider dich des angemaßten Graven-Titels in Vnterthænigkeit geklagt und gebeten. Wenn denn dergleichen dich zu unterfangen keinesvveges gebühret, so befehlen vvir dir hiemit ernstlich, bey Vermeidung unserer Vngnad und Straffe, daß du dich hinführo des Graven-Titels enthaltest. Geben zu Prag, den 9. Nouembris 1609.* Ob interueniens tamen bellum Bohemicum atque mortem Comitis, mansit haec lis indecisa. * Iussus igitur *Io. Otto* vt vitium natalium ipsi ab aduersariis obiectum dilueret et de statu partus legitimi a Iudice ecclesiastico decerni curaret, Archiepiscopum adiit *Moguntinum Io. Suicardium*, qui cognitione causae suscepta, et aduersariis citatis, e quibus tamen *solus episcopus Wurtzburgensis* comparuit, licet *Wolfgangus Ernestus* Comes in *Ysenburg* primum d. 26. Iulii 1616. deinde d. 16. Nouembris 1617. *edictaliter* fuisset citatus, denique d. 15. Decembris 1622. sententiam tulit *definitiuam*, sequentis tenoris: ** *In causa* Generosi Domini Io. Ottonis ab Ysenburg *Impetrantis ex vna, contra*

* VFFENBACH *de iudicio Aulico c. X. Sect. I. p. 84. 85.*

** *Extat apud* VFFENBACH *p. 85.* LONDORP. *p. 538.*

contra Reuerendiſſimum et Illuſtriſſimum Principem ac Dominum, Dn. Ioh. Gotfredum, Epiſcop. Bamberg. et Herbipol. Franc. Orient. Ducem; Nec non Generoſos, Generoſas et Illuſtres Dominos ac Dominas, Wolfgangum Erneſtum ab Yſenburg, Comitem in Budingen, Georgium Burggrauium de Kirchberg, Dominum in Farrenroda, Eliſabetham Dominam de Kitlitz, item Annam Catharinam et Dorotheam ſorores Burggrauias et Domicellas in Farrenroda, *conuentos et conuentas ex altera partibus, viſis actis et actitatis, teſtium depoſitionibus ac aliis conſiderandis mature conſideratis*, Chriſti nomine inuocato, *pro Tribunali ſedentes*, ſolum Deum et Iuſtitiam prae oculis habentes, *pronunciamus, decernimus et declaramus: praefatum Dominum impetrantem ex generoſo et illuſtri Domino Antonio ab Yſenburg, Comite in Büdingen et Honeſta Catharina Gimpelin procreatum*, pro vero, legitimo et naturali filio *iam dictorum coniugum cenſendum, habendum et declarandum eſſe, prout eum, ſententia hac noſtra mediante, pro tali cenſemus, et habemus, declaramus, Conuentos et conuentas in expenſas litis ſaluo moderamine condemnando.* * Hanc ſententiam, ab actore in camera confeſtim productam, repulit comes *Iſenburgicus* exceptione nullitatis et iurisdictionis archiepiſcopalis Moguntinae in ſe religioni Romano-Catholicae non addictum eaque moram proceſſus litis iniecit, quam vis belli inualeſcens auxit. Sed pace Germaniae reddita, *Io. Ottonis filiae* an. 1651. litem in camera Spirenſi redintegrarunt, a qua a. 1670. d. 4. Februarii ſententia contra reos fuit lata huius tenoris, vt Io. Ottonis liberi, ab imp. et ſtatibus decidi faciant: an deciſum Moguntinum tanquam a competente iudice profectum, ſit legitimum, vel quis alias pro iudice competente in cauſa matrimoniali ſit habendus: Interea vero

* Argumentum ex atteſtationibus pro matrimonio Antonii comitis cum Catharina extat apud LONDORPIVM *Tom. XIII. p. 335.* Moguntinum tamen in hoc caſu, qui etiam epiſcopum Herbipolitanum concerneret, fuiſſe iudicem legitimum, teſtantur ICti Francofurtenſes et Tubingenſes apud LONDORPIVM *Tom. XIII. p. 544.*

reos, praestita prius ab actoribus cautione, pro futuro iudicato ad restituendam ipsis debitam portionem haereditatis allodialis atque ex feudis patri defuncto debito fructus perceptos teneri. Ipsius vero sententiae forma haec erat. *In Sachen weyland Hans Otten von Ysenburg und Consorten, Klægern eins, wieder den auch weyland Herrn Julium Bischoffen zu Würtzburg, Herrn Wolff Ernsten, Graffen zu Ysenburg, und Büdingen und Consorten, ietzo denen allerseits respectiue Erben und Successoren, in Actis benandt, Beklagte andern Theils, die Ysenburgische Succession und Verlassenschafft betreffend, ist von Amtswegen der Bescheid; wofern Klægere, von Ihrer Kayserl. Maj. Chur-Fürsten und Stændten des heiligen Röm. Reichs die Resolution, ob die unter dato 15. Decembr. 1622. ad Acta gebrachte Ertz-Bischöffl. Mayntzisch. Consistorial-Vrtheil, als competentes ausgangen, zu halten seye, oder aber wiedrigen falls, bey welchen Richter der Ausspruch über die controuertirte Ehe-Sache deren am 28. Sept. a. 1615. diesen Kayserlichen Cammer-Gerichte ergangener Vrthel gemæß, zu suchen seye, beybringen werde, das als denn hauptsæchlich ergehen solle, was recht ist; unterdessen aber und ad interim ist dieser Sachen Vmstænden nach, erkannt, daß die Beklagte, denen Klægerinnen, gegen gebührende Caution, pro futuro iudicato, ihres verstorbenen Vatters von weyland Graff Antons von Ysenburg, und von denen nach der Hand, und verstorbenen halbbürtigen Brüdern, zu ihrem Antheil ererbte Verlassenschafft, samt denen davon bißhero, soviel aber die Lehn- und Stamm-Güter anlangt, allein biß zu gedachten ihres Vatters Ableben, erhobene Nutzungen abzutretten und einzuræumen auch die darzu gehörige Inventarien, Rechnungen, Læger-Bücher und Regißter zu cediren schuldig, und dazu, biß ein anders erkannt, zu condemniren seyen; Als wir hiermit schuldig erkennen und condemniren, die aufgegangene Kosten, biß zu endlicher Erörterung der Haupt-Sach aufschiebend, dann ist ermelten Beklagten zu würcklicher Execution Zeit 3. Monaten pro termino et prorogatione, von Amts wegen, angesetzet, mit dem Anhang, wo sie also solchem also nicht nachkommen werden, daß sie ietzt als dann, und dann als ietzt, in die Straff 10. Marck löthiges Golds halb dem Kayserlichen Fisco, und zum andern halben Theil, ihnen Klægern, un-*

nach-

nachlessig zu bezahlen hiermit erklaeret, auch der Real-Execution halben auf derselben ferner Anruffen ergehen solle was recht ist. Praestita igitur ab actoribus cautione *iuratoria*, d. 21. Octobris 1670. insecuta fuit paritoria prima. Episcopus equidem *Herbipolitanus* cum actoribus per transactionem se componebat, idemque camerae Imp. d. 27. et 31. Martii 1671. significabatur et confirmatio recessus petebatur; actores etiam liti atque processui renuntiabant. *Isenburgenses* vero *Comites* restitutionem in integrum petebant, verum d. 7. Iulii 1671. decernebatur: *Ist die durch Lt. Kueborn und D. Stiebern respectiue d. 15. Decembr. 1670. und 1. Martii jüngst gebetene Restitutio in integrum abgeschlagen, darmit ihnen glaubliche Anzeig zu thun, daß dem am 21. Octobr. 1670. und vorher ergangener Vrtheil ein völliges Genügen beschehen seye. Zeit ad primum post ferias magnas pro termino et prorogatione von Amts wegen angesetzt, mit dem Anhang, wenn sie solchen nicht nachkommen würden, daß als dann das Mandatum de exequendo ohne ferner Anruffen, aus der Cantzley soll gefolget werden.* Dum vero Comites nondum parerent, ad instantiam actorum camera Imperialis *Mandatum de exequendo* ad circuli Rhenani superioris principes conuocantes *Io. Philippum* archiepiscopum Moguntinum et *Episcopum Wormatiensem* atque *Carolum Ludouicum Henricum Palatinum*, principem Simmerensem, per sententiam d. 14. Februarii 1672. publicatam decreuit, atque *Mandatum de exequendo* S. C. d. 17. Iulii 1672. ad eosdem misit. Dum vero dicti principes conuocantes interea morerentur, d. 19. Nouembris 1684. insecutum fuit notum *mandatum de exequendo* S. C. ad Successores, *Carolum* episcopum Wormatiensem et *Carolum* Electorem palatinum tanquam *principem Simmerensem, vt sub poena decem Marcarum auri valentis*, intra sex septimanas et tres dies dictum mandatum mandarent executioni. Inde d. 8. Martii 1685. nouum *mandatum de exequendo* ad successorem ipsius *Philippum Guilielmum* Electorem Palatinum fuit directum atque insecutum fuit d. 19. Septembris 1685. principum con-

vocantium *monitorium*. Dum vero Iun. mense *Isenburgenses* Comites pro suspendenda executione extraiudicialiter supplicarent, d. 6. Iulii 1686. insecutum fuit decretum: *das die jæhrlich fallende und annoch rückstændige Alimenta, Supplicantens-Principalem Belieben gemæß, würcklich entrichtet und solle inmittelst mit der Execution dieser Sachen absonderlichen Beschaffenheit nach, biß auf fernere Verordnung inne gehalten werden.* Ad iteratam vero actorum instantiam, qui die 23. Augusti et d. 7. Octobris 1686. Rescriptum *declaratorium* atque *excitatorium* petebant, d. 11. Martii 1687. sententia cameralis sequebatur: *In entschiedener Sache weyland Hanß Otto von Ysenburg und Consorten Klægern, wieder auch weyland Herrn Iulium Bischoffen zu Würtzburg, Herrn Wolff Ernsten. Grafen zu Ysenburg und Consorten, Beklagte, jetzo deren allerseits Erben in Actis benannt, Citationis, jetzo Mandati de exequendo die Isenburgische Succession und Verlassenschafft betreffende: Seynd Dr. Giesenbier und Dr. Möge Ihre des Rescripti Declaratorii und respectiue Excitatorii halben am 23. Aug. und 7. Octobr. verwichenen 1686. Jahrs beschehenen Begehren, als unförmlich abgeschlagen: sondern læst man es dieser Sachen absonderlichen Vmbstænden nach, bey dem am 6. Iulii ermeldten Jahrs extraiudicialiter ergangenen und durch ermeldten Dr. Giesenbier, an besagten 23. Aug. gerichtlich vorgebrachten Decret, noch zur Zeit bewenden: Darauf ist Dr. Mögens Principalin, die in dem Vrthel de Anno 1670. vermeldte Kayserl. und des Reichs Resolution beyzubringen, Zeit acht Monathen pro termino et prorogatione von Amts wegen hiemit angesetzt, mit dem Anhang, sie thun solches wieder nicht, daß nichts destoweniger alsdann, befindenden Sachen nach auf ein oder andern Theils Anruffen, ferner ergehen solle, was Recht ist.* Serenissimus etiam Landgrauius Hasso-Darmstadiensis, *Ernestus Ludouicus*, quem testamento haeredem scripserat, eiusdem causam suscipiebat, eandemque singulis statibus commendabat, sed, mortua interim *Io. Ottonis* filia, *Anna Barbara Ioannetta*, tota res mansit indecisa. Recentiori aetate *Io. Ludouicus*, Comes Isenburgicus in *Offenbach* nobilem *de Eisenberg*, Consiliarii Witgensteinensis filiam duxit vxorem,

rem, cum eademque genuit *Georgium Ludouicum*, *Mauritium Fridericum*, *Philippinam Eleonoram*, quae tamen nobilium saltim dignitate gaudent, dicti ab *Eisenberg*. *

SECTIO III.

DE MATRIMONIO INAEQVALI AD LEGEM MORGANATICAM.

§. I.

Antiquissimi iam dum moris atque instituti in imperio nostro Romano-Germanico sunt *Matrimonia ad Morganaticam*, *dum principes Comitesue Imperii*, *quibus in coelibatu vel viduitate viuere non expedit*, *vel in fauorem filiorum prioris matrimonii*, *vel agnatorum*, *virginem nobilem vel inferioris generis ducunt in veram et legitimam vxorem*, ea conditione et lege, *vt liberi ex tali matrimonio prognati*, *nomen et insignia paterna minime adsumant*, *nec in feuda et dynastias succedant*, *nec ad diuisionem mobilium illustris familiae possint prouocare*, *nec coniux gaudeat dignitate mariti*, *verum talis vxor et liberi certis bonis et reditibus* a patre illustri in primo nuptiarum die certo pacto constitutis et adsignatis, *pro alimentaria prouisione et haereditatis parte vivant contenti*. Id vero non tam iuris *communis* dispositione, sed *vi pacti nuptialis* inter illustres est introductum.** Matrimonium hoc pro *legitimo* vtique est habendum, dum *consensus* adsit *coniugalis*, copula *sacerdotalis*, liberi ex eo nati omnino sunt legitimi, nisi quod coniux et liberi *ex pacto* et *secundum mores* effectibus non gaudeant *ciuilibus*. ***

§. II.

* Secutus hac in caussa fui IMHOFII Notitiam procerum lib. VI. c. VII. §. 4. Quae vero coram camera imperiali et comitiis acta fuerunt venditata exponit LONDORP. *T. XIII. c. 42. p. 527.*

** MYLER ab EHRENBACH *c. VI. §. 1.* SCHWEDER. *disp. de matrimon. Morgan. part. I. p. 4.*

*** Hoc vberius deducit HENR. LINCK, *de matrimonio ad L. Salicam contracto*, *p. 3.*

§. II.

Nec tamen ſolum *moribus Germanicis* eiusmodi matrimonia fuerunt introducta, ſed etiam iure *Longobardico* ſtatuta. Sic enim in eodem fuit definitum: * *Quidam habens filium* ex nobili coniuge, *poſt mortem eius non valens continere, aliam minus nobilem duxit: qui nolens exiſtere in peccato, eam deſponſauit,* ea lege, *vt nec ipſa nec filii eius amplius habeant de bonis patris,* quam dixerit tempore ſponſaliorum: *verbi gratia:* decem libras, vel quantum voluerit dare, quando eam deſponſauit: *quod Mediolanenſes dicunt accipere vxorem* ad Morganaticam; *alibi*, lege Salica. *Hic filiis ex ea ſuſceptis deceſſit. Iſti in proprietatem non ſuccedunt, aliis extantibus, ſed nec in feudo, etiam aliis non exiſtentibus: qui licet* legitimi *ſint*, tamen in beneficio minime ſuccedunt. *In proprietate vero ſuccedunt patri*, prioribus non exiſtentibus. *Succedunt etiam fratribus ſine legitima prole decedentibus ſecundum vſum Mediolanenſium.* Contradicere equidem videtur alius textus: ** qui ſecundum vulgarem lectionem ita ſe habet: *Filii nati ex ea vxore, cum qua matrimonium* tali ratione *contractum eſt*, ne filii ex ea nati, patri ab inteſtato ſuccedant: *in feudo ſuccedunt, nam quamuis ratione improbetur talis conditio, ex vſu tamen admittitur.* Verum BITSCHIVS *** ad hunc locum bene notauit: potius legendum eſſe, *in feudo non ſuccedunt;* id quod codices manuſcripti, gloſſa et doctores docent, immo, ipſa ratio adiecta de eodem teſtatur, quod ſcilicet vſus hanc conditionem, vt filii ex pacto ſuccedant, admittat. Comprobat etiam priorem textum ANTONIVS MINCVCCIVS, **** atque dicit, *quod filii ex tali matrimonio* nec in feudo, nec in proprietate *ſuccedant.* COCCEIVS ***** tamen hunc textum non de *lege Morganatica*,

* *II. F. 29.*
** *II. F 26. c. Filii nati.*
*** *In comment. ad h. t. p. m. 454.*
**** *Lib. II. Tit. VII. C. VI.*
***** *De Lege Morganatica Sect. IX.*

stica, sed coniugio *aequali* agere contendit, *vbi filii ex pacto a successione in feudum* excluduntur, quod tamen vix erit concedendum.

§. III.

Iam vero inquirendum erit, vndenam matrimonium *ad morganaticam* sit dictum. ANDREAS AB ISERNIA aliique, quasi *mortis causa capionem* dictam esse volunt. Baro SCHENCKIVS* testatur, se vidisse Codicem antiquissimum, in quo ad *Morgengabicam* legatur; exinde HORNIVS** concludit *a Morgenguba hoc matrimonium fuisse dictum*, siue dono matrimoniali, quod nouae nuptae *altera nuptiarum die mane* maritus in pretium et remunerationem ereptae, *(vel concinnius oblatae)* virginitatis offert, prout explicat GREGORIVS TVRONENSIS. *** Apud MINCVCCIVM **** dicitur *ad Morgicaptum* licet locus corruptus esse videatur, cum rubrica capitis sic se habeat: *de filiis natis ad morganicum contractum.* In Legibus *Longobardicis:* † *et si filias habuerit de ipsa muliere legitimas, habeant sibi Morgin-cap et faderfium suae matris.* Inde patet, ab antiqua voce *Morgen* dictum fuisse contractum *Morganicum.* COCCEIVS †† vero autumat, legem morganaticam idem esse, quod hodie in Germaniae inferioris vrbibus dicitur *Morgen-Spruch*, siue Decretum in Collegiis et Conuentibus opificum. Legem itaque morganaticam eam dicit, *quae in*

* *In vsus Feudorum p. 216. Quendam vetustissimum codicem vidi, qui habebat, de filiis natis ex matrimonio ad morgengabicam contracto. Morgengabicum autem dictio composita et confecta ex idiomate Germanorum videtur. Nam Morgin, eorum lingua,* mane *siue* matutinum *sonat;* et gaeb, donum *significat. Morgengabicum igitur* quasi donum matutinum *interpretari licebit: quo* donationem propter nuptias significari solitam puto.

** *Iurisprudentia Feudali cap. VI. §. 1.*

*** *Lib. IX. c. XX.*

**** *c. 1*

† *lib. IX. l. XII.*

†† *De Lege Morganatica, Sect. II. §. IV.*

in publico conuentu ac curia fuit edita, dum talia matrimonia in *publicis conuentibus* fuerint contracta, *Morgan* vero originem ducere a *Mor*, quod terram notat, Germanis olim *Mar* dicta, et *gan*, quod communionem notat, vt idem sit ac *terra communis*. Dicebantur tamen *placita* Regis *Morgen-Sprach*. * Licet autem Morgengaba *donum* sit *matutinum*, quod altero post nuptias die mane nouae nuptae fieri solebat; ** nihilominus ab ista matrimonium hocce nomen non habere putauerim, dum apud *Longobardos* etiam sub eadem *gratuita* intelligatur *donatio*. Patet hoc ex *Legibus Longobardorum*: *** *si quis ancillam suam* propriam *matrimoniare voluerit sibi ad vxorem, sit ei licentia, tamen debeat eam liberam thingare, et sic facere liberam, quod est Vuridibora et legitimam per* gaire thinx, id est, per libertatis donationem vel per gratuitam donationem, id est, morgengabam; *tunc intelligatur esse libera et legitima vxor, et filii, qui ex ea nati fuerint, legitimi haeredes efficiantur.* Idem dicit textus *Feudalis*: **** quod *legitimi* sint filii, verum in *feudo* non succedant. Nomen autem hocce oritur, vel ex voce Morgage, quae secundum STEPHANVM SKYNNERVM † est *Hypotheca Creditori sic oppignorata vt fructus, quos durante tempore oppignorationis producit, omnes fiant creditoris*, quasi *Mortgaige*, Pignus seu *vadimonium mortuum*. Quandoque tamen ius *morganaticum* dicitur pro *vitalitio*, *dotalitio*, prout ALBERTVS ARGENTORATENSIS †† habet: *ipse Vngarus* (Andreas) *Viennam*

* SPELMANN *in Glossario p. 422.*

** *Prout explicat* GREGORIVS TVRONENSIS *lib. IX. c. XX. et in conuentu* apud ANDELAVM, apud BALVTZIVM *notis ad Capitularia Tom. II. p. 993.*

*** *Lib. II. Tit. I. l. 8.* In editione HEROLDI idem reperitur in *Edicto Rotbaris Tit. LXXXIX. p. 185.*

**** *II. F. XXIX.*

† Etymologicon vocum Forensium.

†† *Chron. p. III.* ap. VRSTIS. *Tom. II.*

nam in omni parte obsedit, et ad dandam sibi filiam Ducem (Albertum Austriae) *coëgit, dans filiae* Presburg, *et multas alias munitiones* iure morganatico. Idem alio loco: * *Ioannes autem Dux fratruelis Regis, quem Rex in Curia sua cum filiis suis nutriuit, asserens munitiones Domini* de Kiburg *ad se spectare, tanquam matri suae per Rudolfum Regem olim* morganatico iure, *donatum.* Sic etiam in pactis dotalibus *Amadei* Comitis *Sabaudiae* et *Lupoldi* Ducis *Austriae* de a. 1310. dicitur. *Praeterea saepe dictae Caterinae*, morganaticum *assignare debemus, ad nostrum arbitrium et prout nobis videbitur, de quo* morganatico ordinare et disponere poterit. ** Vbi donum *matutinale* intelligitur. Hoc autem KRANTZIVS vocat *vitalitium.* Dicitur igitur matrimonium ad morganaticum, quod *sola Morgengaba* tempore desponsationis promissa, siue donatione gratuita pro se et liberis suis contenta esse debeat mulier.

§. IV.

Dicitur autem tale matrimonium etiam *ad Legem Salicam* contractum. Verum, licet *Lege Salica* de *Morgengaba* nihil fuerit expressum, apud Francos tamen vsitatam fuisse *Morgengabam*, patet ex pace inter Guntramnum et Childebertum Reges, in conuentu apud Andelaum a. 587. conclusa, in qua: *de ciuitatibus vero*, hoc est, *Burdegala, Lemouico, Cadurco, Benarno, et Begorra, quas Gailesuindam Germanam Dominae Brunichildis*, tam in dote, quam in morganegiba, *hoc est matutinali dono, in Franciam venientem, certum est adquisiuisse.* Sic in *Burgundionum* Legibus XLII. §. 2. etiam in Lege *Ripuariorum* *** Morgengaba occurrit his verbis: *Si autem per seriem scripturarum ei nihil contulerit, si virum supervixerit,* quin-

* *p. 113.*

** GVICHENON *dans les Preuves p. 158. 159. et* DV MONT *Tom. I. p. I. p. 357.*

*** *Tit. XXXVII. n. 2.*

quinquaginta solidos in dotem recipiat, et tertiam partem de omni re, quam simul conlaberauerint, sibi studeat euindicare, vel quicquid ei in morgengaba *traditum fuerit, similiter faciat.* Apud *Longobardos* ex Lege *Luitprandi* morgengaba *quartam substantiae mariti partem* excedere non debebat. Sic enim in Legibus *Longobardorum:* * *Si quis Longobardus* morgingab *coniugi suae dare voluerit, quando sibi eam in coniugio sociauerit, ita decernimus, vt alia die ante parentes et amicos suos ostendat per scriptum a testibus roboratum, et dicat:* quia ecce, quod coniugi meae morgengab dedi, *vt in futuro pro hac causa periurium non incurrat:* tamen *ipsum morgincap nolumus, vt sit amplius,* nisi quarta pars de eius substantia, *qui ipsum morgincap dedit. Siquidem minus dare voluerit de rebus quam* ipsa quarta portio sit, *habeat in omnibus licentiam dandi, quantum voluerit: nam super ipsam* quartam *portionem dare nullatenus possit.* In legibus etiam *Alemannicis* mentio fit Morgengabae: *Si autem* ipsa foemina *dixerit, maritus meus dedit mihi* morgangheba ** *computet quantum valet in auro et argento aut mancipiis, aut in equo pecuniam XII. solid. valentem: tunc liceat illi mulieri iurare* per pectus suum, *et dicat quod maritus meus mihi dedit in potestate et ego possidere debeo, hoc dicunt* Alemanni *nasthait.* GEORGIVS HICKESIVS equidem de hoc matrimonio sic loquitur: *** *A l'egard de ce mariage* morgengabique, *ce present ainsi fait* le lendemain *de la consumation du mariage consiste en une* designation d' une certaine portion de biens, que la femme et les futurs enfans de ce mariage peuvent prendre apres la mort du mary *(cette portion par la loy des Lombards ne pouvoit monter plus haut, que la* quatrieme partie *des*

* *Lib. II. Tit. IV. c. I. et IV* Eiusmodi tabulae occurrunt in *Appendice Autorum veterum c. CXLVII.* in quibus etiam *quarta pars substantiae mariti* definitur. Adde STEPH. BALVZII *notas ad Capitularia, p. 992.*

** Apud GOLDASTVM *Tom. II. p. II. p. 18.*

*** *Thes. Ling. Septentr. praef. f. X.*

des biens de mary,) et moyenant ceprésent la femme et ces futures enfans sont exclus de toute autre pretention dans l' heredité du mary. Ces sortes des mariages se pratiquent d' ordinaire en Allemagne; *par des gens qui ont éte déja mariez et qui ont des enfans du premier lict à qui ils veulent conserver leur succession, et par des gens de qualitè, qui épousent des femmes d' une condition infeurieure. On appelle cela parmy le vulgaire* épouser de la main *gauche, ce qu'ils font pour ne pas frustrer des biens, droits et honneurs de leur maison, leurs enfans, s' ils en ont d' un mariage precedent, ou leurs heritiers. Quelquesuns appellent aussi ce mariage* morganatique *le derivant de* morgen *et de* gnade *qui signifie grace, que l' on fait pareillement* le lendemain, *mais ce n' est que la meme chose.* Vt ideo hoc ipso innuatur, tale matrimonium apud *Francos* fuisse receptum. Vulgo dicitur *Ehe zur lincken Hand*, dum maritus illustris *sinistram* suam sponsae *dextrae* iungit. Species eiusmodi matrimonii apud *Gallos* erat Foris maritagium Formariage, quod dicebatur *si seruus ex familia Regia ancillam alienam vel homo Francus ingenuam duxerat*, tunc enim certum *vectigal* soluere tenebatur. De quo TERTVLLIANVS: * *nonne quique Domini et disciplinae tenacissimi, seruis suis foras nubere interdicunt. Scilicet ne in lasciuiam excedant, officia deserant, dominia extraneis pocurant.* Alias Germanis *Misheurath* malae nuptiae, Belgis mis huwelick. Gallis Mes-alliance, quod nihil aliud notat quam *malas nuptias* ** Quare Scholiastes Graecus talem ignobilem coniugem vocat ἄσημον γυναῖκα foeminam obscuram et nullis signis notisque nobilem. Neque tamen semper *sinistram* maritus illustris porrigit. Quin etiam *Rudolphus Augustus*, Dux Guelpherbytanus, defuncta a. 1681. coniuge sua, ignobilem foeminam porrecta manu *dextra*, sub pacto *morganatico* sibi fecit copulari. ***

P 3 §. V.

* *Lib. II. ad uxorem.* Adde DV FRESNE voce *Foris maritagium* et MENAGIVM *Diction. Etymologique* voce *Formariage.*

** FELTMANN de *Impari matrimonio p. I. c. I.*

*** ELIAS AVGVSTVS STRYCK *Diss. de matrim. ex Rat. status c. II. n. 4.*

§. V.

Originem eiusmodi matrimoniorum GROTIVS iam dum ab *Abrahami* temporibus docuit, dum ita loquitur: * *Contra euenire potest*, non ex lege tantum, sed ex pactione, *vt qui ex coniugio nati sunt, alimenta sola habeant, aut certe excludantur a praecipua haereditate. Coniugium tali pacto initum etiam cum libera foemina concubinatum* Hebraei *vocant, quale erat* Abrahami *cum* Cethura, *cuius liberi perinde, vt* Ismael, *ancillae* Agaris *filius, dona*, id est, *legata quaedam acceperunt, haereditatem autem non creuerunt. Tale est matrimonium ad Morgenaticum, quod dicitur.* Verum concubinatus potius erat, quam matrimonium *ad morganaticum*, nec alimenta liberis Abrahami ex *Cethura* fuerunt concessa, sed *dona* saltim *pro arbitrio*, nec *pactum* cum Cethura initum nouimus, quin potius ex diuino instinctu solus *Isaacus* haeres institutus. **

§. VI.

Disquirendum nunc erit, an hoc matrimonium ad morganaticum sit verum atque legitimum matrimonium. Auctor equidem quidam ANONYMVS *** hoc matrimonium tanquam Iuri diuino naturali contrarium reiicit. Argumenta tamen Auctoris satis sunt infirma. Primum erat, *quod foeminae aeque imaginem diuinam gerant ac mariti.* Secundum, quod *DEus Euam non ex lapide vel ligno*, verum *ex femore Adami*, produxerit. Tertium, quod ipse DEus Euam formauerit *atque viro aequalem esse* voluerit. Quartum, quod ipse Adamus *Euam*, *tanquam sui similem* agnouerit, ipsam vocaue-

* *De I. B. et P. lib. II. c. VII. §. 8.*

** Vide etiam HENR. LINCK Discursum Academicum de *matrimonio Lege Salica contracto, p. 25.* WILLENBERG *Selecta Iuris Matrim. c. VII. §. VI.*

*** Reperitur apud LÜNIGIVM *Staats-Consiliis Tom. II. p. 1558. Vnmassgebliches Gutachten über der Ehen, so bishero nach morganatischen Recht geschlossen worden.*

cauerit *Männin*, ideoque *Abrahamus* Saram vocauerit *seine Frau, das ist seine Gefæhrtin.* Quintum, quod *Ahasuerus* Rex potentissimus *Estherem* fecerit *Reginam*, idem institutum fuerit Persis, Graecis, Romanis. Hinc etiam in formula desponsationis apud *Romanos* vsitatum, vt diceretur: vbi tu Caius ego Caia, ad denotandam inter coniuges aequalitatem. Sextum quod etiam iure *Germanico* coniux sit *particeps iuris et dignitatis* mariti: Sic enim LANDRECHT * decernit: *das Weib ist auch ihres Mannes genossin aller der* ehren *und* wirdigkeit, *die der mann hat, zu hand als sie* in sein bette tritt. *Et* WEICHBILD. ** *Wenn nun den Mann das weib vertrauet und sie in sein beth tritt, so ist sie des Manns* genossin. Septimum esse hoc aequitati consentaneum, vt dum coniux omnium *malorum* atque *aduersitatis* mariti sit *parciceps*, iisdem cum ipso iuribus gaudeat. Verum argumentis vtitur satis infirmis, et quae potius priuatas concernunt quam personas illustres. Nihil ominus tamen non defuere inter veteres ICtos, qui haec matrimonia improbarunt plane et tanquam incestas reiecerunt, vtpote ANDREAS AB ISERNIA *** IACOBVS ALVAROTTVS ****, BALDVS, † FRIDERICVS Baro a SCHENCK †† MATTHAEVS AB AFFLICTIS ††† IORDANVS VRSINVS †††† aliique.

§. VII.

Potius eiusmodi matrimonia pro *veris*, *legitimis* atque concessis sunt habenda, atque semper pro talibus habita, dum con-

* *Lib. III. art. XLV.*

** *Artic. LXV.*

*** *Ad lib. II. F. 26. mulier.*

**** *ad h. textum.*

† *ad II. F. 29.*

†† *ad II. F. 26.*

††† *ad lib. II. F. p. I. Qu. III. art. 2. n. 22.*

†††† *de Vxore Princ.*

consensus adsit matrimonialis, ista liberorum quaerendorum causa atque ob mutuum adiutorium instituantur, benedictio accedat sacerdotalis, atque omnia adsint *legitimi* matrimonii requisita, indeque facile distinguantur a *concubinatu*. Coniux saltim atque liberi ex tali matrimonio prognati *iuris Ciuilis effectibus* destituuntur. Belle in hanc rem iudicat PHILIPPVS IACOBVS SPENERVS, insignis ille Theologus dum occasione matrimonii *inaequalis* AVGVSTI, Ducis Brunsvicensis, ita iudicat: * *Das in dem geistlichen selbst in solcher Ehe kein Mangel sey, wird Niemand leicht zweifeln, indem der Ehestand nach Gottes Ordnung eine* Vereinbarung zweyer Personen *mit sich bringet, nicht aber nothwendig* eine Gleichheit der Kinder erfordert, *wie dorten das Exempel der Heyrath* Abrahams mit der *Kethura* weiset.

§. VIII.

Probant inter Germaniae principes permulta exempla vsum matrimonii ad morganaticum. *Fridericus Victoriosus*, Elector Palatinus duxit, re prius cum *Philippo arrogato filio* certisque gentilibus ordinibusque mature deliberata, Nobilissimam foeminam *Claram a Tettingen*, eamque accepit vxorem praesentibus *Philippo Palatino* Wormatiensi et *Georgio* Spirensi Episcopis, Nobilibus vero Theodoro Sickingensi, Iacobo Helmstadio, Henrico Cancellario, aliisque quam pluribus, quemadmodum ipsius Friderici matrimoniales literae scriptae Heidelbergae die Martii post Festum Galli MCDLXII. ** ostendunt. Sic etiam DANIEL PAREVS *** scribit: *cum*

* Apud LÜNIGIVM *Staats-Consiliis Tom. I. p. 1571.* Defendit etiam tale matrimonium WILLENBERG *Selectis iuris matrimonialis, c. VII. §. XII. seqq. XXXII.* PETRVS MARCELLVS RICCIVS de *matrimonio ad morganaticam donationem contracto*, Argentorati 1703. recusa 1717. et Dn. CHR. GOTTL. RICCIVS *im Entwurff* vom Landsaessigen Adel *P. II. c. 33.*

** Sic in stemmate Leonsteniano.

*** *Hist. Palatina lib. VI. Sect. I. p. 231.*

cum vero ex hac coniuge duos progenuisset legitimos filios, Fridericum et Ludouicum, eos ob certas causas *ad conditionem* paullo inferiorem *redegit*, et Comites Imperii *annuente Caesare esse voluit*. Post mortem adgnato et filio suo adoptiuo *Philippo* omnes ditiones reliquit, filium vero natu maiorem *Fridericum* sacris dicauerat, ipsumque canonicum *Spirensem* ac *Wormatiensem* constituit. Verum anno MCDLXXIV. die Galli Confessoris immatura morte viuis exemptus *Heidelbergae*, a patre superiore hoc Epitaphio fuit exornatus: *Fridericus de Bauaria*, *filius legitimus Friderici Electoris Palatini.* Ab altero vero *Ludouico* Comites *Löwensteinenses* suam trahunt originem.

§. IX.

Fridericus Ludouicus lineae Bipontinae, defuncta anno 1672. priori coniuge, *Iuliana Magdalena*, patruelis *Ioannis II. Bipontini* filia, eodem adhuc anno duxit e gynaeceo illius ignobilem, *Annam Mariam Heppiam*, Meisenheimensem, eo quidem pacto, *vt*, *qui ex ea nascerentur liberi*, *nobilium tantum loco haberentur*. * Ex eadem progenuit *Wilhelmum Fridericum* a. 1673. *Carolum Aemilium* a. 1674. et *Ludouicum Philippum* a. 1676. progenitum. Priores duo adhuc supersunt, *Fürstenwarterorum* saltim nomen gerunt, Burgsassii sunt *Oderabachi* prope *Meisenheimum*.

§. X.

In domo *Bauarica* Alberti V. Bauarici Ducis filius alter *Ferdinandus* duxerat in matrimonium *Georgii Petri Peckii* Quaestoris sui filiam *Mariam*, hac tamen adiecta conditione, *vt liberi ex hoc matrimonio prognati a titulo Principali abstinerent*, solo *nobilis* titulo forent contenti, prout singulari pacto inter Sere-

* IOANNIS App. ad PAREI *Historiam* p. 480.

Serenissimos fratres Monachii d. 24. Septembris 1588. conuenit, quod a *Rudolpho II.* Imp. Pragae d. 16. Februarii 1589. fuit confirmatum, * ex quo coniugio Comites *de Wartenberg* fuerunt suborti. Dicit quidem DOMINVS A LVDEWIG ** auctoritate vsus Chronici MSti *adfectasse hunc Principem paternum nomen Comitis Palatini, verum decretum fuisse:* Der aus ungleicher Ehe gezeugete Sohn Churfürst Friedrichs solte sich nicht *Pfaltzgrav* nennen, denn er *ungleicher* Geburt. *Georgius Albertus*, Marchio *Brandenburgicus* lineae *Culmbacensis*, matrimonio sibi copulauit *Reginam Magdalenam Lucii*, Consiliarii atque Praefecti Kotzauiensis filiam, ex qua filios progenuit *Christianum Guilielmum* et *Fridericum Augustum*, qui *Kotzauiae* sedem habeant, Domini de *Oberkotza* dicti. *** Sic etiam *Guilielmi* Ducis *Brunsuico-Luneburgensis* filius *Augustus*, Secretarii filiam duxit vxorem, ex qua inter alios liberos natus fuit *Ernestus de Luneburg* dictus, sola nobilitatis dignitate et adsignatis reditibus ex Episcopatu Razeburgensi contentus. **** In eadem gente Serenissima, *Rudolphus Augustus*, Dux Brunsuicensis, *Rosinam Elisabetham Mentiam* sibi matrimonio copulauit, his vsus verbis: Ihr sollet nicht meine lincke, sondern meine *rechte* Gemahlin seyn, verum nec dignitatis Serenissimi mariti erat particeps, saltim dicta *Madame Rudolphine*. *Georgius*

* *extat apud* LÜNIGIVM *P. Spec. Contin. II. p.* 150.

** de *dignitate uxoris* p. 270.

*** *Histor. Archiu.* p. I. p. 400.

**** SALMVTH *Resp. Iuris* p. 80. GERH. FELTMANN. de *Impari Matrim.* p. I. c. I. MYLERVS AB EHRENBACH *Gamologia* c. VI. §. XII. p. 167. Hatte Hertzog Augustus zur Ehe eines Secretarii Tochter, mit deren er Kinder gezeuget. Darunter ein Sohn Iuncker *Ernst von Luneburg* noch im leben und adelichen Stand führet, und werden diese Kinder von den Razebüttelischen Stiffts Gefällen und Intraden versehen. Dabey des Landes Regierung sie sich nicht unterfangen dürffen. Emortuae familiae de *Lüneburg* Chronologiam descripsit BÜTTNER in *Lüneburgischen Geschlechtern* Tab. XX.

orgius Fridericus Badensis Marchio, senex iam dum praefecti sui *Rötelensis* filiam, *Elisabetham Stolziam* matrimonio sibi copulauit, ea tamen conditione, vt ista non solum, sed etiam liberi eiusdem matrimonii adsignatis reditibus deberent esse contenti. *

§. XI.

Tale matrimonium *ad Morganaticum* a. 1690. iniit *Ernestus*, Hassiae Landgrauius lineae *Rheinfelsensis*, cum *Alexandra* de Durickel cum tali pacto: ** *Versehe ich mich, daß nach dem ich euch die Constitution meines Leibes bey nunmehro durch Gottes Segen so hohen angetretenen Alter gnugsam zu verstehen gegeben, und ihr einmal doch Belieben getragen mich zu eurem Eheliebsten zu nehmen, daß bey etwa Gottes Schickung nach noch immer zu und zu anwachsendem Alter euch gleichwohl mit mir und meines Leibes-Constitution Kræften wollet contentiren und mich gleich lieb haben und nicht gereuen lassen, eure junge Jahre guten theils mit mir zu verschliessen. Versehe ich mich gleichfalls, massen es dann auch und von Anfang an seithero einigen Wochen, daß ich euch in Gottes Anwesenheit, in die Hand die Ehe, und hingegen ihr mir sie versprochen und ich euch die erste Hoffnung darvon gemacht, allezeit also gelautet, daß ob ich euch schon zu meiner Eheliebsten, das ist in der That Gemahlin genommen, dennoch und zwar aus sehr erheblichen, und was da mehr ist, euch selbsten bey allerhand Vmstænden mit zum besten gereichenden Vrsachen, euch nicht in Fürstl. noch Græfl. sondern bloß und allein Adelichen Stand zu setzen intendire, und auch solchem nach dem Exempel sonsten vieler Potentaten, Fürsten und Grafen, wenn wir etwa noch Kinder zeugen solten, solche nur als Adeliche von Hessen genannt, und nicht Fürstl. oder Græfl. Kinder sollen genennet und gehalten werden; Ihr auch nach dem Exempel eines vornehmen regierenden Fürsten, nach meinem Tauff-Nahmen euch Frau Ernestina sollet nennen lassen, und kein Fürstlich noch Græffliches Prædicat noch Titul prætendiren, noch annehmen.*

* SPENER *Letztes Bedencken* Tom. II. p. 231. adprobat hoc matrimonium.

** extat apud LÜNIGIUM *Theatro Ceremoniali* Tom. II. p. 443.

§. XII.

Carolus IV. Dux Lotharingiae dum a. 1662. *Marianam Franciſcam* Pajot, Claudii Pajot ex Eliſabetha Souart duceret vxorem, per pacta dotalia * filii ex eodem matrimonio nati ab omni ſucceſſione fuerunt excluſi verbis: *Et d'autant qu'il a été touché ci-deſſus que S. A. S. par des conſidérations importantes du bien de ſesdits Etats, et par un effet ſingulier de l'affection et eſtime qu'elle a pour mondit Seigneur le Duc Nicolas François; et le Prince Charles ſon Fils, elle auroit après une meure et longue deliberation, et par un choix et conſidération purement volontaire, comme auſſi du conſentement et à la priére dudit Seigneur Nicolas François, nommé et déclaré ledit Seigneur Prince Charles ſon Succeſſeur immediat et incommutable en ſeſdits Etats et Duchez de Lorraine et de Bar, Terres et Seigneuries y annexées et dependantes: Sa dite Alteſſe demeurant conſtamment à l'effet de la déclaration ſusmentionnée, clauſes et obligations en réſultantes, déclare auoir voulu, entendu, et ordonné, veut, etend et ordonne à raiſon d'icelle, le cas arriuant qu'il plaiſe à Dieu benir leur Mariage par la naiſſance de quelques Enfans qui en ſont la fin et les fruits les plus legitimes, ils ne deuront ni ne pourront prétendre à la Succeſſion des Duchez de Lorraine et de Bar, Terres et Seigneuries y annexées et dependantes, ni de fait et Succeſſion, ou en hériter d'elle, au préiudice de la dite déclaration faite par ſadite Alteſſe au profit de Monſigneur le Prince Charles, ni de ſes Enfans et Deſcendans mâles, en cas qu'il vint à ſe remarier; ce qui a été accepté et conſenti par la dite Demoiſelle future Epouſe, autoriſée de ſeſdits Pere et Mere renonçant Sadite Alteſſe et elle, tant en leur nom, que de leurs futurs Enfans, dés à preſent comme pour lors, et par forme depart de Famille, et tous autres actes qui mieux faire ſe pourroient, à toutes Loix, Droits, Coûtumes, Statuts et Pratiques, faiſans et diſans au contraire.*

§. XIII.

Ioannes Chriſtianus Dux *Lignicenſis* et *Brigenſis* in Sileſia, *Georgii Guilielmi*, dictorum Ducatuum Ducis ex linea *Piaſtea* vlti-

* *extant apud* DV MONT Tom. VI. p. II. n. CLXI. p. 411.

vltimi, qui a. 1675. vitam clauſit, auus, poſt mortem *Dorotheae Sibyllae*, Io. Georgii, El. Brandenburgici filiae, a. 1625. *Hedwigem Sitſchiam* in thori conſortem cum pacto *marganatico* adſumſit. Sic enim in pactis dotalibus * fuit prouiſum: *Darauf weiter behandelt worden, daß gleichwohl die Jungfrau, ungeachtet vollzogener Copulation, dennoch auſſer des Ehebettes, anders nicht denn eine fürnehme Adeliche Dienerin in Sr. Fürſtl. Gnaden Frauenzimmer unterhalten, benanntlich aber mit Handgelde zu ihrer freyen Diſpoſition zu 500. Rthlr. jeden derer zu 36. Gl. und den Groſchen zu 12. Hellern geraitet, des Jahres allewege auf die 2. Termine von halben Jahren zu halben Jahren aus Sr. Fürſtl. Gnaden Renterey zu reichen verſehen werden ſolle, und ob Sr. Fürſtl. Gnad. Todtes-Fall, den Gott lange Zeit verhüten wolle, ſie, die Jungfer überleben ſolte, iſt verwilliget worden ihr alsdenn 2000. Rthlr. baar zu einer heußlichen Bewohnung, damit ihr auch als mit ihrem Eigenthum frey zu diſponiren zugelaſſen, inner 2. Monaths-Friſt ſowohl auch zu jæhrl. Alimentation zu ihrer lebetagen jæhrl. auch auf 2. Termine von halben Jahren zu halben Jahren 2000. Rthlr. aus Sr. Fürſtl. Gnad. Cammer unverweigerlich zu entrichten, und auszufolgen. Jedoch daß hingegen das Handgeld fallen, auch der Sæchſiſchen Geraden, Morgengabe und Mußtheil wegen, alle Anforderungen ab- und eingeſtellet verbleiben ſollen.* Ratione filiorum vero fuit prouiſum: *Ferner, ob Sr. Fürſtl. Gnaden mit ihr einige Kinder erlangen würde, iſt inſonderheit deroſelben wegen dieſe ausdrückl. Beding- und Abhandlung wohlbedæchtl. und mit reifl. Erwegung beſchloſſen worden, daß ſo lang als S. Fürſtl. Gnad. vor Hochgedachte Fürſtl. Söhne, die Durchl. Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn George, Herrn Rudolph, Herrn Ludwig, und Herrn Chriſtian Gebrüdere, Herzoge in Schleſien zur Liegnitz und Brieg, oder mænnl. Leibes-Erben, oder auch Sr. Fürſtl. Gnad. Herr Bruder, der Durchl. Hochgebohrne Fürſt und Herr, Herr George Rudolph, Hertzog in Schleſien, zur Liegnitz, Brieg und Goldberg, Röm. Kayſerl. und zu Hungern und Böheim Königl. Maj. Geh. Rath, Cæmmerer und Verwalter der Oberhauptmannſchafft in Ober- und Nieder-Schleſien oder von Sr. Hertzogs zu Liegnitz Fürſtl. Gnad. entſproſſene Mænnliche*

* *extat* apud LVNIGIVM *Cod. Germ. Diplom.* Tom. II. p. 154.

liche Erben im Leben weren, dieselbe von der Anna Hedwig Sitschin gebohrne Kinder keinesweges den Fürsten-Stand führen, sondern nach Adelichen Stand erzogen und erhalten werden sollen. Doch aber mit den Geschlechts-Nahmen von Liegnitz nennen, und aus Sr. Fürstl. Gnad. Fürstl. Hauses Wapen den Schacht in Schilde und auf dem Helm den Pfauen Schwantz, alles mit den gewöhnlichen Farben zum Wapen führen mögen. Item, daß nicht weniger dieselben dieser anderen Ehe Kinder, so lange hochgemeldter ersten Ehefrauen Erben oder jetzige oder künftige Hertzoge zu Liegnitz im Leben, in dem Fürstl. Lehn der Fürstenthümer Liegnitz und Brieg keinesweges succediren; sondern einen jeden Sohne dieser andern Ehe für seine Erbl. gentzliche Abrichtung zu einem Lehn-Guth in Fürstenthum gelegen, etwa von 20000. Rthl. und daß zu seiner Zeit dem Fürsteuthum wieder an heim fallen könte, verholffen; von Töchtern aber eine jede vor Mit-Gifft und Schmuck-Geld mit 6000. Thlr. abgestattet, alle aber sowohl mænnlich- als weiblichen Geschlechts Kinder dieser andern Ehe, indeme was sich zum Erbe oder Allodial-Verlassenschafft zu ziehen bräuchlich und herkommen, zu gleichen Theilen zugelassen werden sollen. Ex ea vtriusque sexus liberos sustulit, quorum filius *Sigismundus*, Baronis *Lignitii* titulum gessit, *Augustus* vero Comitis *Lignitii*, qui factus fuit *Brigensis Ducatus Capitaneus*, cuius viduam *Georgii Ludouici* principis Nassouio Dillenburgensis filiam, nuptiis sibi ineunte anno 1680. *Ferdinandus Gobertus*, Comes in *Aspermont* et *Reckheim*, LEOPOLDI Imperatoris Camerarius et Colonellus, iunxit. *Ludouicus Christianus*, Comes de Sayn et Witgenstein, post obitum Elisabethae Margarethae Comitis Solmensis, foeminam *ignobilem* matrimonio *ad Morganaticam* sibi copulauit. *.

§. XIIII.

Nec solum cum coniuge *inaequalis* conditionis tale obtinet matrimonium, sed etiam si aequalis fuerit conditionis.**

De

* SCHWEDER. Diss. de *Matrim. ad Morganaticum* §. XXIII. WILLENBERG *Selectis Iuris Matrim.* c. VII. §. VIII.

** Contrarium equidem defendit COCCEII Diss. *ad L. Morganaticam*

De Marchione Ferrariae *Nicolao III.* refert IACOBVS ALVAROTTVS, * quod vxorem acceperit *Ricciardam* Marchionissam Salutiarum, cum tali pacto, *ne filii ex eadem nascituri in Ferrariensi Marchionatu succedant.* **

§. XV.

Effectus huius matrimonii sunt, vt liberi a dignitate et successione paterna excludantur. Inde liberi 1) non gaudent dignitate principis seu comitis, titulorum, insigniumque paternorum 2) non succedunt in feuda, imo nec in allodia et fideicommissa familiae, sed penitus a iuribus familiae ciuilibus exclusi sola portione pactitia contenti sint necesse est.

§. XVI.

In pacto de matrimonio ad legem Morganaticam inito determinatur dignitas, qua liberi exinde nati frui debeant, et plerumque conditione ordinis nobilium inferioris contenti esse iubentur. Et inde quaeritur: an ab arbitrio patris pendeat, quibuslibet liberis nobilitatem adsignandi inferiorem. Et nos inter iura nobilium simpliciter talia et nobilitatem auitam distinguendum censemus. Quoad iura nobilitatis simpliciter talia omnino expeditum et longo vsu confirmatum est, liberos e patre nobili cum matre plebeia progenitos inferiorem a patre nobilitatem participare et inde eo magis liberi a patre illustri ex matre plebeia editi priuilegiis nobilitatis erunt capaces inferioris. Ast ad nobilitatem auitam et iura inde oriunda consequenda non sola patris sed matris quoque nobilitas deside-

Sect. V. n. 3. ast nec aequalitas nec inaequalitas status et dignitatis, sed exclusio liberorum a successione et dignitatibus per pactum facta matrimonium ad L. Morganaticam efficit.

* in §. *filii* II. F. 26. MYLERVS *cap.* VI. §. XII.

** vsque ad hunc paragraphum autoris sunt verba, quae vero sequuntur vsque ad finem huius capitis sunt editoris.

desideratur. Hinc recte CRAMERVS: * *Quodsi enim vxor morganatica ex nobili et antiqua familia adscita fuerit in illustris mariti thalamum, qui ex hac coniunctione prodeunt liberi, quamuis ab illustri patris dignitate et a successione in territoria et feuda vi pacti excludantur, plena tamen gaudebunt nobilitate et ad ludos equestres, ordines militares et canonicatus ecclesiarum cathedralium admittendi erunt, si statutis in probanda auita vtriusque parentis nobilitate satisfaciant. E contrario si vxor morganatica ignobilis et plebeiae sit originis, liberi ex vtero eius editi a iuribus et praerogatiuis plenae et auitae nobilitatis recte arcebuntur; tametsi pater sit illustrissimus et in pacto morganatico nobilitatis aut Baronum, aut Comitum titulos illis adsignauerit, imperatore adnuente et pactum confirmante.*

§. XVII.

Interdum quoque paciscentes conueniunt, vt liberi ex matrimonio ad morganaticam editi comitum gaudeant dignitate, et inde, an ex solo hoc pacto liberi comitum dignitatis fiant participes quaestio oritur, quae et interdum affirmari, interdum negari potest. Est enim matrimonium ad legem Morganaticam vel aequale vel inaequale. Si Vir illustris illustri cum femina matrimonium ad Morganaticam contrahit, tunc liberi ex legitimo hocce matrimonio prodeunt illustres. Hinc pater principali fulgens dignitate, liberis ex vxore morganatica quidem, ast illustri prognatis, pacto comitum tribuere potest dignitatem titulosque. Alia vero est ratio, si matrimonium ad morganaticam simul est inaequale et illustris viri cum femina haud illustri. Tunc enim, superiorem liberi nobilitatem, a qua per leges sunt exclusi, per parentum haud consequuntur conuentiones, et sic ad comitum quoque non perueniunt dignitatem, licet illa vel maxime pacto sit adsignata paterno. Ast possunt omnino huiusmodi liberis per imperatoris codicillos comitum tribui praerogatiuae, prout exemplum comitum Wertheimensium docet. (§. 8.)

§. XVIII.

* comment. de iuribus et praerogat. nobil. auitae Cap. IV. §. 6. p. 236.

§. XVIII.

Interdum parentes matrimonii ad L. Morgan. initi poenitet, et pacta mutuo tollere consensu liberisque successionem procurare omni annituntur conatu. Ast hisce contradicunt conatibus agnati magnasque excitant lites, in quibus agitatur quaestio, an pactum de matrimonio ad legem morganaticam initum tolli liberique ad successionem admitti possint? Iam vero pactum ad morganaticam vel inter solum maritum et uxorem, vel simul cum proximis mariti agnatis est initum. Si proximi agnati simul compaciscentes fuerunt, tunc illis ex pacto ius liberos a successione excludendi est quaesitum, et hoc ius agnatis inuitis nec adimi nec liberis contra pactum successio concedi potest. Si vero pactum inter solas initum est coniuges, tunc agnatis ex pacto, tanquam re inter alios gesta, nullum ius competit, & sic pactum tolli, liberique, non obstante matrimonio ad legem morganaticam inito, ad successionem peruenire queunt, modo matrimonium sit aequale. Si enim simul est inaequale, tunc sola inaequalitas absque pacto liberos a successione excludit.

§. XVIIII.

Matri ex nuptiis pure et absque pacto morganatico initis, jus competit contradicendi exclusioni liberorum a successione & dignitate paterna. Liberi quoque ex matrimonio non morganatico prognati ius in haereditatem, titulos, dignitatesque paternas succedendi habent quaesitum. Iam vero ius, quod matri, quod liberis est quaesitum, illis non potest auferri inuitis, ac inde matrimonium semel pure et absque lege Morganatica initum, matre liberisque dissentientibus, in nuptias ad morganaticam, quibus ius liberis matrique quaesitum auferretur, mutari nequit. Hinc ad matrimonia ad legem morganaticam contracta minus recte refertur exemplum Ferdinandi Austriaci, cum Philippina Welseria nuptias

desideratur. Hinc recte CRAMERVS: * *Quodsi enim vxor morganatica ex nobili et antiqua familia adscita fuerit in illustris mariti thalamum, qui ex hac coniunctione prodeunt liberi, quamuis ab illustri patris dignitate et a successione in territoria et feuda vi pacti excludantur, plena tamen gaudebunt nobilitate et ad ludos equestres, ordines militares et canonicatus ecclesiarum cathedralium admittendi erunt, si statutis in probanda auita vtriusque parentis nobilitate satisfaciant. E contrario si vxor morganatica ignobilis et plebeiae sit originis, liberi ex vtero eius editi a iuribus et praerogatiuis plenae et auitae nobilitatis recte arcebuntur; tametsi pater sit illustrissimus et in pacto morganatico nobilitatis aut Baronum, aut Comitum titulos illis adsignauerit, imperatore adnuente et pactum confirmante.*

§. XVII.

Interdum quoque paciscentes conueniunt, vt liberi ex matrimonio ad morganaticam editi comitum gaudeant dignitate, et inde, an ex solo hoc pacto liberi comitum dignitatis fiant participes quaestio oritur, quae et interdum affirmari, interdum negari potest. Est enim matrimonium ad legem Morganaticam vel aequale vel inaequale. Si Vir illustris illustri cum femina matrimonium ad Morganaticam contrahit, tunc liberi ex legitimo hocce matrimonio prodeunt illustres. Hinc pater principali fulgens dignitate, liberis ex vxore morganatica quidem, ast illustri prognatis, pacto comitum tribuere potest dignitatem titulosque. Alia vero est ratio, si matrimonium ad morganaticam simul est inaequale et illustris viri cum femina haud illustri. Tunc enim, superiorem liberi nobilitatem, a qua per leges sunt exclusi, per parentum haud consequuntur conuentiones, et sic ad comitum quoque non perueniunt dignitatem, licet illa vel maxime pacto sit adsignata paterno. Ast possunt omnino huiusmodi liberis per imperatoris codicillos comitum tribui praerogatiuae, prout exemplum comitum Wertheimensium docet. (§. 8.)

§. XVIII.

* comment. de iuribus et praerogat. nobil. auitae Cap. IV. §. 6. p. 236.

§. XVIII.

Interdum parentes matrimonii ad L. Morgan. initi poenitet, et pacta mutuo tollere consensu liberisque successionem procurare omni annituntur conatu. Ast hisce contradicunt conatibus agnati magnasque excitant lites, in quibus agitatur quaestio, an pactum de matrimonio ad legem morganaticam initum tolli liberique ad successionem admitti possint? Iam vero pactum ad morganaticam vel inter solum maritum et uxorem, vel simul cum proximis mariti agnatis est initum. Si proximi agnati simul compescentes fuerunt, tunc illis ex pacto ius liberos a successione excludendi est quaesitum, et hoc ius agnatis inuitis nec adimi nec liberis contra pactum successio concedi potest. Si vero pactum inter solas initum est coniuges, tunc agnatis ex pacto, tanquam re inter alios gesta, nullum ius competit, & sic pactum tolli, liberique, non obstante matrimonio ad legem morganaticam inito, ad successionem peruenire queunt, modo matrimonium sit aequale. Si enim simul est inaequale, tunc sola inaequalitas absque pacto liberos a successione excludit.

§. XVIIII.

Matri ex nuptiis pure et absque pacto morganatico initis, ius competit contradicendi exclusioni liberorum a successione & dignitate paterna. Liberi quoque ex matrimonio non morganatico prognati ius in haereditatem, titulos, dignitatesque paternas succedendi habent quaesitum. Iam vero ius, quod matri, quod liberis est quaesitum, illis non potest auferri inuitis, ac inde matrimonium semel pure et absque lege Morganatica initum, matre liberisque dissentientibus, in nuptias ad morganaticam, quibus ius liberis matrique quaesitum auferretur, mutari nequit. Hinc ad matrimonia ad legem morganaticam contracta minus recte refertur exemplum Ferdinandi Austriaci, cum Philippina Welseria nuptias

contrahentis, quippe qui longe post nuptias liberos absque pacto morganatico procreatos, pro liberis ex vxore morganatica natis declarauit, illosq; instantibus agnatis a successione exclusit. * Nam licet recte a successione in ditiones Austriacas hi liberi sint exclusi, haec tamen exclusio non ob matrimonium morganaticum fieri poterat, sed ob inaequalitatem matrimonii.

§. XX.

Matrimonium ad L. M. contrahitur vel in favorem liberorum exstantium vel agnatorum et splendoris familiae causa. Hinc quaeritur, si vel liberi vel agnati, in quorum favorem hocce matrimonium est initum, moriantur, vtrum tunc liberi morganatici succedere queant? Et videndum, vtrum conventio liberos generaliter et perpetuo excludat, an vero speciatim intuitu liberorum prioris matrimonii seu cognatorum. Priori casu liberi penitus sunt exclusi et nusquam, omnibus licet agnatis mortuis, succedere queunt. Ast posteriori casu, mortuis liberis prioris matrimonii seu agnatis, liberi ex matrimonio morganatico succedunt, modo ob matrimonii inaequalitatem non excludantur.

§. XXI.

Est vero interdum dubium, an matrimonium quoad effectus ciuiles valide seu solum ad legem morganaticam sit contractum. Hinc, cum in dubio sit praesumendum, quod rei naturae magis conuenit, satis patet, hic quoque in dubio esse respiciendum, vtrum matrimonium sit aequale seu inaequale, et inaequale matrimonium pro morganatico, aequale vero pro perfecto, quod omnes iuris ciuilis producit effectus merito est habendum. **

Cap. III.

* LYNCKER *disput. de Matr. ad Leg. Morg. C. II.* n. 61. confer quoque supra sectionem *II.* huius capitis §. 28.
** De LUDEWIG *Comment. ad* A. B. T. II. p. 392.

CAPVT III.

DE MATRIMONIO FEMINARVM ILLVSTRIVM INAEQVALI.

SVMMARIA.

§. I.

Dantur exempla inaequalium matrimoniorum ab illustribus feminis initorum, licet illa valde sint invisa.

§. II.

Inde, quae apud Hebraeos *exstiterint, recensentur.*

§. III.

Apud Romanos *Augustus filias suas vilioribus junxit.*

§. IV.

Apud Germanos *Henrici V. imp. vidua nupsit Gaufrido Plantageneſt Andegav. comiti.*

§. V.

In Bauarica *domo Henricus inferiori uxoris ſororem coniunxit. Ludovici Gibbosi vidua Martino de Waldenfels nupsit.*

§. VI.

Plura exempla ex diversis Germaniae familiis illustribus adducuntur.

§. VII.

In Hiſpania *Germana de Foix Ferdinandi Catholici vidua matrimonium init cum Ferdinando duce Calabriae.*

§. VIII.

Theodorici Gothorum in Italia *Regis filiam servo nupsisse, testatur Gregorius Turonensis.*

§. IX.

Cuius tamen narrationi plena fides tribui nequit.

§. X.

Apud Anglos *Catharina Caroli V. Fr. R. filia, et Henrici V. Angl. R. vidua, Tyderio inferiori nobili Walliae nubit.*

§. XI.

Joanna d' Acres Eduardi R. A. filia cum mediocri viro de Mountehermer nuptias contrahit. Vidua Ducis de Bethford Iaqueline de Luxenburg nubit equiti de Woodeville.

§. XII.

Arbella Caroli comitis Lenoxii vidua cum Wilhelmo Seymero nuptias contrahit. Franciscae Grayae eiusque filiae impar matrimonium.

§. XIII.

Margaretha Jacobi IV. Scotiae R. uxor, Henrici VII. Anglor. R. ſoror inaequale matrimonium celebrat.

§. XIIII.

Quod etiam a Maria, Scotiae Regina factum.

§. XV.

Matrimonium Mariae Henrici VII. Anglor. R. Filiae et Ludovici XII. Gallorum R. viduae cum Dn. Suffolckio erat inaequale.

§. XVI.

Ioanna Albertina Henrici IV. Galliae R. mater impar init matrimonium.

§. XVII.

Hadynius Danorum Rex filiam Vlfildam priuato dedit in matrimonium.

§. XVIII.

Erici VII. Daniae R. vidua Agnetes inaequalem Johannem II. Vagriae comitem virum sumsit.

§. XVIIII.

Gustauus Wasa Suec. R. permisit illustribus feminis ignobilibus nubere.

§. XX.

Guilielmus Mastabel Roberto Normanno ignobili filiam in matrimonium collocat.

§. XXI. XXII.

Jacobeae Bauarae, Wilhelmi VI. Hollandiae ac Hannoniae comitis filiae, variae nuptiae et has secutum matrimonium inaequale.

§. XXIII.

Quaedam viros, quibus nubere volebant, ab inferiori ad illustrem euexerunt dignitatem.

§. XXIIII.

Vxor illustris in statu viuens naturali mariti conditionem absque pacto non sequitur speciali, prout in reginae maritis monstratur.

§. XXV.

Sic Scotiae Regina nupta Francisco Delphino et Henrico Darlaeo mariti conditionem non assumsit.

§. XXVI.

Johanna Hispaniae Regina mansit, licet Archiduci Austriae Philippo nupta.

§. XXVII.

Joanna I. et II. Neapolitanae Reginae maritorum conditionem non sunt secutae.

§. XXVIII.

Illustres sub imperio existentes, legibus alligati sunt prouincialibus. Iure Romano illustris inferiori nubens dignitatem minuit.

§. XXVIIII.

Quod et iure Anglicano obtinere credunt.

§. XXX.

Idem Jus Alemannicum et

§. XXXI.

Ius Saxonicum ac JCtorum opiniones statuunt.

§. XXXII.

Ast haec iura potius de nobilibus inferioris ordinis loquuntur. Inter illustres enim non semper minuit dignitatem uxor dignitate impari nubens.

§. XXXIII.

An illustris uxor virum nobilitet ignobilem.

§. XXXIV.

An venter nobilitet quaestio monetur, & monstratur aliquid ventris nobilitati tribuisse gentes.

§. XXXV.

Prout apud Romanos Jlienses, Delphicae ac Ponticae feminae id habuerunt, ut liberi matris sequerentur conditionem. Quod et apud Licios, Xanthios, Andegauenses, Campanos, Treecenses obtinet.

§. XXXVI.

Apud Calecutios et inter Louaniensium ac Hispanorum familias quasdam, sola mater nobilitat.

§. XXXVII.

Ast apud Germanos liberi non illustris matris sed inferioris patris consequuntur conditionem.

§. XXXVIII.

Ideoque nec in dignitates, insignia et feuda Regalia materna succedunt.

§. I.

Consideravimus matrimonia inaequalia a parte virorum, non desunt quoque exempla feminarum, quae vilioris gradus maritos sibi iungunt. CHRISTOPHORVS FORSTERVS * hac de re sic iudicat: *Indigna sane res est, Regii sanguinis virgines aut viduas ignobilioribus in matrimonium dari; Quod tamen olim in Persis et apud Turcas moribus excusatum est, quibus Regum filiae satrapis nubunt.* Hoc post Caroli VIII. Regis Gallorum, mariti sui, mortem adgnovit Anna Britannica, facta vidua, de qua BRAVVINE:** *ses plus privees Dames la poignoient de la voir vefue de Charles VIII. et mal aisement pouvoir retourner a un si haut Estat, car le Roi Lovis estoit marié avec Ieanne de France; elle reponoit, qu' elle demeureroit plustot toute sa vie vefue d'un Roy que de s' abuisser a un moindre que lui.* Simili modo Elisabetha Wenceslai IV. Bohemiae Regis filia carcerem inferioris dignitatis marito praetulit, de quo DVBRAVIVS *** *Mox communicato cum uxore consilio, Hinco a Quercu iuvenis nobilitate et opibus clarus, sponsus puellae diligitur. Reliquum erat vt animus et voluntas puellae ipsius exploraretur. In arce Pragensi apud divum Georgium, in contubernio virginum Vestalium Elisabeth contubernalis erat, virgo sane inter virgines commodissimo in loco. Hanc Henricus ducta secum uxore, adire non est grauatus, et dum alios familiares puellaresque serit sermones, matrimonii quoque facit mentionem nominatque maritum quem ei dare vellet, nempe Hinconem. Tum virgo generosa, memor generis Regii, Vtinam, inquit, prius cum honore vitam praesentem amittam, quam ut impares nuptias subeam. Vrget Henricus*

* *notis politicis* ad lib. VI. *annalium Taciti* p. 691.

** *Vies des Dames illustres* p. 7.

*** *Histor. Bohemica* lib. XIX. p. 158.

§. XVII.

Hadynius Danorum Rex filiam Vlfildam priuato dedit in matrimonium.

§. XVIII.

Erici VII. Daniae R. vidua Agnetes inaequalem Johannem II. Vagriae comitem virum sumsit.

§. XVIIII.

Gustauus Wasa Suec. R. permisit illustribus feminis ignobilibus nubere.

§. XX.

Guilielmus Mastabel Roberto Normanno ignobili filiam in matrimonium collocat.

§. XXI. XXII.

Iacobeae Bauarae, Wilhelmi VI. Hollandiae ac Hannoniae comitis filiae, variae nuptiae et has secutum matrimonium inaequale.

§. XXIII.

Quaedam viros, quibus nubere volebant, ab inferiori ad illustrem euexerunt dignitatem.

§. XXIIII.

Vxor illustris in statu viuens naturali mariti conditionem absque pacto non sequitur speciali, prout in reginae maritis monstratur.

§. XXV.

Sic Scotiae Regina nupta Francisco Delphino et Henrico Darlaeo mariti conditionem non assumsit.

§. XXVI.

Joanna Hispaniae Regina mansit, licet Archiduci Austriae Philippo nupta.

§. XXVII.

Ioanna I. et II. Neapolitanae Reginae maritorum conditionem non sunt secutae.

§. XXVIII.

Jllustres sub imperio existentes, legibus alligati sunt prouincialibus. Iure Romano illustris inferiori nubens dignitatem minuit.

§. XXVIIII.

Quod et iure Anglicano obtinere credunt.

§. XXX.

Idem Jus Alemannicum et

§. XXXI.

Ius Saxonicum ac JCtorum opiniones statuunt.

§. XXXII.

Ast haec iura potius de nobilibus inferioris ordinis loquuntur. Inter illustres enim non semper minuit dignitatem uxor dignitate impari nubens.

§. XXXIII.

An illustris uxor virum nobilitet ignobilem.

§. XXXIV.

An venter nobilitet quaestio mouetur, & monstratur aliquid ventris nobilitati tribuisse gentes.

§. XXXV.

Prout apud Romanos Jlienses, Delphicae ac Ponticae feminae id habuerunt, ut liberi matris sequerentur conditionem. Quod et apud Licios, Xanthios, Andegauenses, Campanos, Treecenses obtinet.

§. XXXVI.

Apud Calecutios et inter Louaniensium ac Hispanorum familias quasdam, sola mater nobilitat.

§. XXXVII.

Ast apud Germanos liberi non illustris matris sed inferioris patris consequuntur conditionem.

§. XXXVIII.

§. XXXVIII. Ideoque nec in dignitates, insignia et feuda Regalia materna succedunt.

§. I.

Considerauimus matrimonia inaequalia a parte virorum, non desunt quoque exempla feminarum, quae vilioris gradus maritos sibi iungunt. CHRISTOPHORVS FORSTERVS * hac de re sic iudicat: *Indigna sane res est, Regii sanguinis virgines aut viduas ignobilioribus in matrimonium dari. Quod tamen olim in Persis et apud Turcas moribus excusatum est, quibus Regum filiae satrapis nubunt.* Hoc post Caroli VIII. Regis Gallorum, mariti sui, mortem adgnouit Anna Britannica, facta vidua, de qua BRAVVINE:** *ses plus priuees Dames la poignoient de la voir vefue de Charles VIII. et mal aisement pouvoir retourner a un si haut Estat, car le Roi Louis estoit marié avec Ieanne de France; elle reponloit, qu' elle demeureroit plustot toute sa vie vefue d'un Roy que de s' abuisser a un moindre que lui.* Simili modo Elisabetha Wenceslai IV. Bohemiae Regis filia carcerem inferioris dignitatis marito praetulit, de quo DVBRAVIVS: *** *Mox communicato cum uxore consilio, Hinco a Quercu iuvenis nobilitate et opibus clarus, sponsus puellae diligitur. Reliquum erat vt animus et voluntas puellae ipsius exploraretur. In arce Pragensi apud diuum Georgium, in contubernio virginum Vestalium Elisabeth contubernalis erat, virgo sane inter virgines commodissimo in loco. Hanc Henricus ducta secum uxore, adire non est grauatus, et dum alios familiares puellaresque serit sermones, matrimonii quoque facit mentionem nominatque maritum quem ei dare vellet, nempe Hinconem. Tum virgo generosa, memor generis Regii, Vtinam, inquit, prius cum honore vitam praesentem amittam, quam ut impares nuptias subeam. Vrget Henricus*

* *notis politicis* ad lib. VI. *annalium Taciti* p. 691.

** *Vies des Dames illustres* p. 7.

*** *Histor. Bohemica* lib. XIX. p. 158.

ricus obstinatam pressius blanditiis, promissis, deinde terrorem etiam carceris, nisi rigidum flectat animum. In carcerem alterius arcis, quam Vicegradensem vocant, ire, quam ut instituta dimoveri maluit.

§. II.

Ast non omnes eandem fouent opinionem, potius exempla inaequalium matrimoniorum ab illustribus feminis initorum prostant varia. Apud Hebraeos exemplum habemus filiarum Sauli, qui Dauidi nondum ad regium fastigium evecto, Meroben filiam promisit, sed cum illum postmodum fefellisset, mox Michal alteram filiam legitimis nuptiis dedit. * Salomo filiarum alteram Taphat, Abinadabis filio, alteram Basmath Ahimaazi, praefectis suis desponsauit. ** Sic etiam Ioiades sacerdos, Iorami Regis filiam uxorem duxit. *** Medorum Rex Astyages filiam suam Mandanem, per somnum territus, ex gente tunc temporis obscura Persarum Cambysi, **** in matrimonium tradidit.

§. III.

Apud Romanos Augustus filias et neptes suas vilioris plerumque conditionis hominibus matrimonio iunxit. De quo TACITVS: ***** *Ceterum Augustus subsidia dominationis Claudium Marcellum, sororis filium, admodum adolescentem, Pontificatu et Curuli Aedilitate; M. Agrippam, ignobilem loco, bonum militiae et victoriae socium, geminatis Consulatibus extulit: mox defuncto Marcello generum sumsit.* Hunc autem Aggrippam adeo vilibus parentibus fuisse genitum, vt ipsum generis nominisque sui poeniteret, docet SENECA, dum ita scribit: *Tanta*

* I. Sam. XVIII. v. 20. 22.

** I. Reg. IV. v. 11.

*** II. Chronic. XXII. v. 11.

**** IVSTINVS Lib. I. cap. 4.

***** *Annal I. c. II.*

Tanta autem sub divo Augusto libertas fuit, vt praepotenti tunc M. Aggrippae non defuerint, qui ignobilitatem exprobrarent, Vipsanius Aggrippa fuerat, Vipsanii nomen, quasi argumentum paternae humilitatis sustulerat, et M. Aggrippa dicebatur. Cum defenderet reum, fuit accusator, qui diceret M. Aggrippam, et quod medium est, volebat Vispanium intelligi. Fuit qui diceret: concurrite, Aggrippa malum habebis, responde Diis. * Hoc autem vt faceret Augustus, praeter alia, etiam Maecenatis eum dictum mouerat, qui consultus hac de re; Tantum, inquit, Aggrippam iam fecisti, vt vel gener tuus fiat, vel occidatur, necesse sit. ** Sic M. Aurelius filias, quum adoleuissent, optimis ex ordine senatorio viris collocauit. *** Neque enim, qui longam generis seriem praeferrent, aut qui opes nimias ostentarent, sed qui morum probitate atque modestia, vitaeque innocentia praecellerent, eos sibi generos deligendos putabat.

§. IV.

Apud Germanos Mathildis, Henrici I. Anglorum Regis filia post viri Henrici V. Imp. mortem, a. 1127. Patris consensu, Gaufrido Plantagenest, Andegauensi comiti, matrimonio fuit iuncta, **** licet, ista inuita, fuisse factum, WILHELMVS GEMMITICENSIS dicat, inquiens: ***** *Procedente autem tempore pater suus cupiens carere inimicitiis et importunitate Fulconis,*

* *Controvers.* lib. II. controv. XII.

** Secundum DION CASSIVM lib. LIV. p. 525.

*** HERODIAN. lib. I. cap. II.

**** MATTHAEVS PARISIENS. ad *a. 1127. de Henrico I. scribens: transfretauit in Normanniam, et filiam suam imperatricem praefecto Gaufrido, Andegauensium Comiti, matrimonio copulauit.* ORDERICVS VITALIS, *Eccles. Hist. lib. X. p. 763. lib. XII. p. 889. ad a. 1129. Eodem anno Henricus Rex Ioffredo Andegauorum Comiti, Mathildem filiam suam dedit, quos Turgisus senex, Abrincatum Praesul, Pontificali benedictione coniunxit.*

***** *Hist. Normann. lib. VIII. c. XXV.*

conis, comitis videlicet Andegauorum, Turonorum atque Cinomannorum (namque inter eos quibusdam ex causis longa simultas duruerat,) licet inuitam dedit eandem, Imperatricem in uxorem Gaufrido Martello, filio praedicti Fulconis, (Andegauensis) qui ei in comitatum successit, cum idem Fulco Rex Hierosolymorum efficeretur. De qua idem Marchio genuit tres filios: Henricum, Gaufridum Martellum, Wilhelmum, haeredes legitimos Anglici principatus, non solum ex parte Henrici Regis, aui sui, verum etiam ex parte Mathildis, Reginae auiae ipsorum. Vterque enim coniux consanguinitatem veterum Regum Angliae, licet diuerso modo, proxime attingebat. Idem Henricus V. Imp. Ptolemaeo, Octauia stirpe progenito, Consulis Romani filio, Bertam filiam suam in coniugio tradidit.*

§. V.

Inter Germaniae Principes medii temporis, exempla in domo Bauarica reperiuntur. Henricus fuit Dux Bauariae, Ottonis M. frater, de quo ANDREAS BRVNNERVS: ** *Principis personam quod rarum est, quam priuati melius egit, suaeque dignitatis incrementis ad modestiam profecit, impares adeo non dedignatus, vt forti viro, sed exigui census, virtutis causa, vxoris suae sororem copularet.* Quod vero nomen fuerit vxoris suae sororis Iudithae, non memorat BRVNNERVS, nec quod nomen mariti. Dubium etiam mouet AVENTINVS, *** qui praeter tres filios vnam saltim filiam Arnulpho malo tribuit, dictam Iuditham Henrici vxorem, quem sequitur ADELZREITERVS. **** Haec vero fuisse videtur de qua Annalista Saxo ***** *Iuditham Bauaricam, Principis filiam, quidam Ministeria-*

* *Paulus Diaconus, Chron. casinens. Lib.* IV. C. 61.

** *Annal. Boior.* p. 2. lib. III. *pag.* 129.

*** An. Boi. lib. IV. C. XXII.

**** An. Boiic. Part. I. lib. XIIII. pr.

***** ad A. 1136.

sterialis generositatis filius inconueniens sibi euentu infelici coniunxit, peperitque ei duas filias, Iudithum, quae fortis est dicta et eius sororem, quam Folradus de Huntrop accepit. De Ludouici Gibbosi, Bauariae Ducis vidua sic loquitur AVENTINVS:* *Margaretha vxor eius Landshutae habitauit, ad impares nuptias transiuit, clam Martino de Waldenfels, curatori suo, nupsit, Sanliagthalae eius sepulchrum ostenditur, socer eius a fratre captiuus detinetur.*

§. VI.

Nec desunt recentioris temporis exempla. Sic Maria Elisabetha, Adolphi Ioannis, Comitis Palatini, ex linea Bipontina filia, ex Elisabetha de Brahe vidua Oxenstirnia a. 1663 nata, nupsit Christiano Gottlob de Gersdorf. Caroli, Hassiae Landgrauii, filia, Maria Anna Ioanna Ludouica, nupsit a. 1703. Danico Baroni ab Ingelheim. Ex Manderscheidiis comitibus Margaretha, Theodorici filia, Ludolpho de Buschingen nupsit. Carola Augusta, Guilielmi Wirichii a Daun Comitis in Falckenstein filia, in matrimonium duxit Sibbelium, pastorem Möllens. ad ruram, Reformatae religionis. Mauritii, Comitis Oldenburgici filia, Ingelburga, matre de Brunsuici Ducibus exorta, Occoni de Brack ex Frisiae Capitaneis fuit nupta.** De quo Albertus KRANZIVS: *** *eo tum fuerunt aestimatione capitanei Frisiorum, vt Occo teneret coniugem, Mauritii, Comitis de Oldenburg filiam, matre de Brunsuigi ducibus exorta. Quae res cum in diebus nostris eiusdem domus puellis contigisset, visum est monstri simile, cum Gerhardi comitis filiae Heroni atque Edoni, Frisiis, nupsissent: sed auxit rei nouitatem, quod recenti memoria Rex ex ea domo sit egressus,*

regum

* Lib. VII. C. XXVI. n. 8.

** *Herm. Hamelman Oldenb. Chron. P. II. c. XVI.*

*** *Metropoli lib. XI. c. XXXI.*

regum pater, Christianus, quem Dani dicunt Christiernum. * Iuliana, Hassiae Landgrauia, lineae Eschwegensis, nupta primum fuit homini Belgae, Iacobo Mechalt, deinde Baroni de Lilienburg.

§. VII.

Apud Hispanos, Germana de Foix, filia erat Ioannis de Foix, Comitis d' Etampes et vice Comitis Narbonensis, ex Maria Aurelianensi, Ludouici XII. Gallorum Regis sorore, a quo etiam fuerat educata, anno 1505. Ferdinando Arragoniae Regi nuptui collocata. Ista, mortuo a. 1516. Ferdinando Catholico, priore marito, a. 1519. a Io. Georgio, Marchione Brandenburgico, Valentiae Gubernatore, in matrimonium fuit expetita, sed postquam eundem recusasset, Ferdinando, Calabriae Duci, Friderici Regis Neapolitani filio, eodem anno nupsit, de quo ANTON. VARILLAS: ** *La Reine Germaine s' ennuyoit de son veuuage, et s' etoit ouuertement expliquée de ne pas vouloir acheuer sa vie en cet état. Elle n' etoit plus assez belle, ni assez ieune pour esperer de trouuer un mari de la qualité du premier, et elle se fut contentée d' un Prince, mais il n'y en auoit point en Espagne et d' ailleurs le Roy Catholique n' eut pas permis qu' elle en prit un en France. Le Marquis George de Brandenburg, Frere de l' Electeur de meme nom et de l' Electeur de Mayence, l' auoit recherchée dans les formes, mais elle l' auoit refusé parceque ce Prince étant Cadet et par consequent pauure, n' eût pû entretenir le quart du train q' elle auoit, et de plus elle apprehendoit la rigueur du Climat d' Allemagne apres auoir eté eleuée dans la douceur des Climats de Guyenne et d' Espagne. Il ne se presentoit point d'* autre

* *De quibus late* EMMIUS *Rer. Frisic. lib. LX. p. 954. seq. Pacta dotalia reperiuntur apud* BRENNEYSEN *p. I. lib. V. n. LIV.*

** *Pratique de l' Education de Princes p. 251. de hoc matrimonio etiam egit.* P. BAYLE, *Reponse aux questions d'un Prouinc. Tom. II. chap. 94. ubi de matrimonio Reginarum viduarum.*

autre Amant, et vraisemblablement elle fut morte dans son veuvage, si Chievres n'eût persuadé au Roi Catholique de lui donner un Epoux, qui ne croyoit pas etre pour elle, comme elle ne croyoit pas etre pour luy.

§. IIX.

THEODORICVS, Rex Italiae, ex Andefleda, Clodovaei, Regis Francorum, sorore, filiam reliquit. Haec autem teste GREGORIO TVRONENSI.* *cum adulta facta esset, per leuitatem animi sui, relicto matris consilio, quae ei Regis filium prouidebat, seruum suum* Traguilanem *nomine, accepit, et cum eo ad ciuitatem, qua defensari possit, aufugit. Cumque mater eius contra eam valde frenderet, peteretque ab ea, ne humiliaret diutius nobile genus, sed dimisso seruo similem sibi de genere regio, quem mater prouiderat, deberet accipere, nullatenus voluit adquiescere. Tunc mater eius contra eam frendens exercitum commouit. At illi venientes super eos, Traguilanem interfecerunt gladio, ipsam quoque caedentes in domum matris reduxerunt. Erant autem sub Ariana secta viuentes. Et quia consuetudo eorum est, vt ad altarium venientes, de alio calice Reges communicent et de alio populus minor, venenum in calice illo posuit, de quo mater communicatura erat. Quo illa hausto, protinus mortua est. Non enim dubium est, tale maleficium esse de parte diaboli. Quid contra haec miseri haeretici respondebunt, vt in Sancta eorum locum habeat inimicus? Nos vero Trinitatem in una aequalitate pariter et omnipotentia confitentes, etiamsi mortiferum bibamus, in nomine patris, et filii et spiritus sancti, veri et incorruptibilis Dei, nihil nos nocebit. Indignantes ergo Itali contra hanc mulierem Theodadum regem Tusciae inuitantes super se Regem statuunt.* Hic *vero, cum didicisset, quae meretrix ista commiserat, qualiter propter seruum, quem acceperat, in matrem extiterat parricida, succenso vehementer balneo, eam in eodem cum vna puella includi praecepit. Quae nec mora, inter arduos vapores ingressa, in pavimento corruens mortua atque consumta est.*

S 2 §. IX.

* *Lib. III. c. XXXI.*

§. IX.

Vix tamen est, vt TVRONENSI adsentiamur, dum Scriptores Rerum Francicarum dicant, Theodoricum, se viuo adhuc filiam suam Amaleswintham, Eubarico, Viterichi filio in matrimonium collocasse, de quo Fragmenta de Moribus et gestis veterum Francorum: * *De Alarico ergo natus est Amalaricus. Quem auus Theodoricus in annis puerilibus vtroque parente orbatum dum fouet atque tuetur, comperit Euthóricum, Witerichi filium, Bremundi & Toresmundi abnepotem, Amulorum de stirpe descendentem, in Hispania degere, iuuenili aetate, prudentia, et virtute, corporisque integritate pollentem. Ad se eum facit venire, eique Amalaswentham filiam suam in matrimonio iungit.* Quod etiam tanto certius esse videtur, dum de ea praedicet PROCOPIVS, quod fuerit aequi et boni per quam amans mulier. ** Et alibi: *** quod animi vere Regii magnitudinem ostenderit. Hinc etiam THEODORICVS RVINARTVS, in notis ad dictum Gregorii locum sic scribit: *Theodoricus, cognomento Magnus, Ostrogothorum Rex, obiit Olybrio conf. ex Mario, id est a. 526. ex Anafleda, Clodouei sorore, non filia, vt quidam volunt, suscepit Amalasuntham, apud ejus aeui scriptores celebrem, quae nupsit Eutharico, viro principi ex nobili Amalorum stirpe. Haec autem post patris simul et viri obitum, Athanagildi filii sui, qui nondum administrando Regno par erat, tutelam suscepit, eoque defuncto, ad Theodatum seu Theodahadum, qui ex stirpe regia erat, sceptrum transferri curauit. Sed ille beneficii accepti immemor, Amalasuntham in insulam laci Volsiniensis exulare coëgit, ac paulo postea strangulari iussit; Cuius mortis vlciscendae specie Iustinianus bellum in Gothos mouit, quod Procopius & alii auctores fusius describunt, et tandem Gothis fatale fuit. Ex his patet, quantum a vero aberrauerit Gregorius in hoc capite, quod tamen in omnibus MSS. et editis et quidem integrum, habeatur.*

§. X.

* *Apud du Chesne Tom. I. p. 231.*
** *lib. I. p. 150.*
*** *p. 144.*

§. X.

Apud Anglos Catharina, Caroli VI. Gallorum Regis filia, Henrici V. Anglorum Regis vidua, Henrici VI. mater, mortuo Henrico V. marito cum id aetatis esset, vt minus sciret animo decernere, quid deceret, occulte nupsit cuidam Owino Tyderio, homini Wallo nobili genere, ac multis virtutibus mirabili, qui genus suum ad Cadualladrum vltimum Britannorum Regem referebat, ex quo genuit tres filios mares, Edmundum, Gasparem et tertium, qui monachus ordinis diui Benedicti effectus, non diu post superstes fuit: ac vnam filiam, quae monacha quoque facta est. Postea Henricus Rex Edmundum Richemondiae, et Gasparem Penbrocki Comites fecit, quod ex matre Catharina sibi fratres essent. Owinus vero post Catharinae mortem, iussu Ducis Glocestrensis, bis in carcerem coniectus est, quod ausus fuisset per Catharinae puellae connubium miscere sanguinem suum cum Regum stirpe nobilissima, qui ad vltimum securi percutitur. De hoc matrimonio LARREY * sic scribit: *Catherine de France, mere de Henry VI. veuue en premieres noces de Henry V. et en secondes d' Owen Teuder ou Tider, simple Gentilhomme du pais de Galles, selon les uns, d' un sang plus noble, selon les autres est descendu de Cadualladre, le dernier des Rois Bretons, et la tige des Princes Gallois. Quelle que fût sa naissance, il avoit peu de superieurs en valeur, & personne ne l' egaloit en bonne mine. Il charma la Reine veuue, encore fort ieune, et qui oublia ce qu' elle devoit à sa naissance Roiale, & aux cendres du Roi son époux, pour satisfaire son amour. Le mariage fut tenu secret; et on ne le sut a la Cour, qu' aprés la mort de Catherine, quoi quelle en eût quatre enfans. Il en couta la prison a Teuder, ou le Duc de Glocester le fit enfermer, mais d' ou il échappa. Ce ne fut que pour perir quelques années aprés, aiant été fait prisonnier dans les guerres civiles du Roiaume, par ceux du parti contraire au sien; et conduit a Herford par le Chevalier Vaghan, q' il surprit & mit en pieces.* ** S 3 §. XI.

* *premier Partie* p. 841.

** *Vid. Rogerium Houeden. P. priore* p. 536. cum quo consentit *Polydorus Vergilius lib. VII. p. 174. Pontanus Hist. Dan. lib. V. p. 152.*

§. XI.

Inter Anglorum Proceres Gilbertus de Clare, Comes de Glocester, matrimonio sibi copulauerat Ioannam d' Acres, Eduardi I. R. filiam. Haec priori isto marito demortuo, ad secunda vota cum mediocris loci viro, Radulpho de Mountehermer transiit, clam patre, qui primo indignari coepit, sed intercessione Episcopi Durhamensis lenitus, potestatem illi facit, titulo Comitis Glocestriae & Herfordiae vtendi, donec priuignus Gilbertus de Clare ad iustam peruenturus esset aetatem. Is itaque sui iuris factus auitos resumsit titulos, mox cum familia sua exspiraturos. * De Iaqueline de Luxembourg, Ducis de Bedfort coniuge, sic loquitur LARREY: **: *C' étoit cette Iaqueline de Luxembourg veuue en premiers nôces de l'illustre Duc de Bethford, qui des-honorant sa naissance, et celle de son premier epoux, s' étoit indignement remariée auec le Chevalier de Woodeville, depuis comte de Riuers.*

§. XII.

Caroli Lenoxii Comitis filia unica erat Arbella Stuarta, cuius sortem tali ratione describit ROBERTVS IONSTHONVS; *** *Fine anni 1615. Arbella Stuarta, paterna nobilitate Regii generis foemina, diuturni carceris taedio et moerore extincta, ciuitati grande desiderium sui reliquit, ob memoriam praestantis doctrinae et ingenii, summae prudentiae, eximiae virtutis, singularis humanitatis, quibus generis claritudinem superauit. Huic, clam Wilhelmo Seymero nubenti, infelix fuit matrimonium; quod intra paucos dies diuulgatum, primo nuptiarum indicio subito euocata vel in Turrim deducta, vbi nil nisi luctuosum sensit, interdicto mariti contubernio: unde moeroris impatiens detrusa ac virili habitu, in dissimulationem sui, culta euasit, profugitque ab vrbe. Paucis interiectis diebus ex fuga retracta, rursusque in Turrim coniecta, miserabilem vi-*

tam

* *Imhoff. Genealog. M. Britann. p. 77.*

** *Histoire d' Angleterre Tom. I. p. 278.* Vide supra C. II. Sect. II. §. 14.

*** *Histor. Britannic. lib. XXI. p. 512.*

tem egit. Acerbior custodia in mariti absentia veterem molestiam renovavit; qua victa, debilitataque, postremo morte liberata est. De eadem sic scribit LARREY: * *Arbelle Stuart, fille de Charles Comte de Lenox, oncle du Roi, étoit toujours prisonniere a la Tour. On l'auoit élargie après la mort d'Elisabeth et renfermée une seconde fois a cause de la conspiration formée sous ses auspices à l'auenement du Roi Iaques. Malheureuse dans ses noces aussi bien que sa mere & soupsonnée de cabale & d'intrigue comme la Comtesse de Lenox son ayeule accablée par ses malheurs & par ceux de sa famille, elle mourut cette année 1615. dans une triste prison. Sa disgrace la suivit iusque dans le tombeau: enterrée sans pompe, & son corps deposée comme en cachette auprès de ce de la malheureuse Marie Stuart Reine d'Ecosse & de l'infortuné Prince Henry. N'etant pas iuste, dit l'historien d'honorer les obsèques de ceux qui meurent prisonniers d'Etat, de peur qu'on ne prît cette solemnité pour une espece de reparation.* Vlterius hoc idem de Franciscae Henrici Graii vidua eiusdemque filiae Mariae impari matrimonio sic scribit CAMDENUS; ** *Haec varietate fortunae iactata miseram vitam exuit, cum primum Ianam filiam Reginam Angliae promulgatam, & paulo post capite obtruncatam, mox maritum suum eodem supplicio sublatum, Catharinam, secundam filiam, Comitis Penbrochiae filio nuptam, repudiatam, et iam carcere conclusam, Mariamque filiam tertiam impari coniugio cum Keio aulico aleatorum arbitro coniunctam vidisset, et ipsa generis oblita Adriano Stockes, minorum gentium nobili, suo dedecori, sed tamen securitati nupsisset.*

§. XIII.

Apud Scotos Margaretha Iacobi IV. Scotiae Regis vxor, Henrici VII. Anglorum Regis filia, post mariti mortem a. 1513. ex testamento mariti ad Scotiae Regimen erat destinata, sub conditione tamen, ne matrimonium iteraret. Nihilominus sexto post Regis mortem mense Archembaldo de Douglus,

* *Tom. II. p. 718.*
** *Annal. p. 80.* Vide supr. P. I. Cap. IV. §. 71.

Douglas, Comiti d'Angus se iungebat, qui, licet ex Regni proceribus unus esset, regiae tamen stirpi impar, * exinde Henrico VIII. facta fuit odiosa, et quidem secundum PAULUM IOVIUM. ** *Henricus sororem Margaretham oderat, quod vix dum absterfis ab Regis funere lacrymis, priuato consilio virum imparem regiae stirpi, suspecta parum pudici amoris impatientia, quaesiuisset. Sed nec isto contenta, diuortium cum ipso fecit consentiente* Curia Romana, Henrico Stuarto *nubens, illustrioris stirpis quam fortunae.* De quo LARREY: *** *Elle s'etoit remariée a Henri Stuard, après auoir fait casser a Rome son mariage auec le Comte de Douglas. Le Roi d'Angleterre son frere n'en auoit pas été consulté, et cette Princesse qui s'abandonnoit à sa passion auec trop d'aueuglement, oublioit toutes les considerations de la bienseance et de la politique, lors qu'il s'agissoit de se satisfaire. Veuue d'un Roi d'Ecosse elle auoit épousé dans l'année de son deuil un de ses sujets, sans se soucier de ce qu'elle deuoit à sa dignité, et à la memoire du feu Roi son époux. Auec la même legereté elle s'etoit degoûtée de ce second mari, dont elle auoit poursuiui le diuorce à la cour de Rome et en auoit épousé un troisiéme, d'un sang illustre à la verité, mais sans biens et sans charges. Le ieune Roi le fit quelque tems après Grand-Maitre de l'Artillerie. Il ne laissoit qu'un fils qui n'auoit que deux an. et par son testament il nommoit la Reine pour tutrice et pour Regente, tant qu'elle demeureroit veuue. Les Etats du Roiaume s'etant assembles reconnurent le ieune Prince pour leur Roi sous le nom de Iaques V. et confirmerent la Regence sous la condition du testament que la Reine ne passeroit point a de secondes noces.*

§. XIV.

Quis ignorat Mariae Scotiae Reginae exemplum? Ista post

* *Larrey Tom. I. p. 113. de Iacob. IV.*
** *Historia sui temporis lib. XVI. p. 745.*
*** *Tom. 1. p. 234.*

post prioris mariti Francisci II. Gallorum Regis mortem a Nauarrae Rege, Austriae Archiduce Condaeo Principe et Lycestriae comite esset petita, omnibus Henricum Darlaeum antiqua et nobili stirpe prognatum, ob animi et corporis qualitates praetulit.* Quod tamen matrimonium plurimum displicebat, de quo GVILIELMVS CAMDENVS:** *Et quinto postquam in Scotiam venerat mense, (Darlaeum) in maritum cum plurimorum procerum assensu assumit, Regemque declarat, Morauio qui suae seorsim ambitioni incubabat, et sub specioso religionis praetextu Ducem Castri-Haraldi, hominem minime malum in partes traxerat, frementi, et aliis tumultuantibus, quaestionesque agitantibus: An Pontificius in Regem admittendus? An Scotiae Regina maritum pro suo arbitrio sibi eligeret? An Regni Proceres ex sua authoritate non imponerent? Regina Angliae quae mollissimum Darlaei ingenium, probumque et apertum patris animum nouerat, miseriam Iuuenis cognati, et Reginae adolescentulae, quibus res erat cum turbulentissimis hominibus, qui Regio imperio annos iam amplius viginti soluti, Reges ferre nescierunt, placatius tulit. Nec ab iis metuit, cum aemulae Reginae potentiam tam mediocri conditione minime adauctam videret, Darlii matrem in sua potestate haberet, et turbas in Scotia hinc orituras praeuideret, quae statim concitatae. Nonnulli enim Scotiae proceres, Hamiltonius inprimis & Morauius nuptiis indignantes, hic, quod contractae essent Angliae Regina non consentiente, ille ex aemulatione in familiam Lenoxiam, sed vterque religionis conseruandae obtentu, ad disturbandas nuptias signa extulerunt, vt Regina necessario Copias conscriberet ad nuptias secure celebrandas.*

§. XV.

* *Sic enim* MELVIL *Memoires Tom. I. p. 175. il trouua la Reine a Weems et il lui plut d'abord tellement, qu' dit par tout, que c'etoit l' homme le mieux fait, et le plus galand qu'elle eut iamais vû, car outre la beauté de son visage il auoit la taille fort auantageuse et tres bien prise. Il auoit eté instruit en toute sorte d' exercices propres aux gens de sa condition et y reussissoit fort bien.*

** *Annal. p. I. p. 91.* BVCHANANVS *hist. Scot. lib. XVII. p. 843.* LARREY *Tom. II. p. 94. sqq.*

§. XV.

Henrici VII. Anglorum Regis filia Ludouico XII. Gallorum Regi fuerat nupta, et hoc a. 1515. defuncto, facta vidua Suffolcio Duci iterum fuit nupta, de qua singularia refert Philippinae Iacobinae Bergomensis continuator; * quod eam in Angliam iterum reduci voluerit Henricus VIII. Anglorum Rex, Francisco I. Gallorum Rege dissentiente; et quod secundum leges Regni tertia pars redituum Coronae ad Reginam viduam spectaret. Dum autem notuerit Francisco, ipsi ab Henrico VIII. bellum declarari, et hoc ipso expeditionem, quam sibi proposuerat, Italicam impediri, ipsum proposuisse, vt Rex Anglorum Anglum quendam in Galliam mitteret, qui duello cum Gallo decertaret, ita vt Regina pretium sit victoriae, dum speraret Anglum a Gallo victum iri, Henricum VIII. acceptasse propositionem atque Baronibus Regni declarasse, eum qui duellum acceptauerit et victoriam reportauerit, Reginam viduam non solum in victoriae praemium esse relaturum, sed etiam ad primas dignitates esse euehendum. Dum igitur magnus stabuli Magister se obtulerit, in Franciam venerit, et quatuor Galliae nobiles deuicerit, istum non solum facultatem obtinuisse, Reginam viduam secum ducendi, sed etiam istam in matrimonium duxisse atque a Rege Suffolciae Ducem fuisse creatum. Aliter tamen totam rem narrat LARREY ** dicens: *Le Duc de Suffolk* (qui paulo post Ludouici XII. mortem ab Henrico VIII. in Galliam missus fuerat legatus,) *auoit conserué sa passion pour Marie d' Angleterre, et sentit renaître ses esperances en la voyant veuue de Louis XII. et cette Princesse de son côte se sentit pour cet amant la même inclination, qu'elle auoit euë auant que d' épouser un Roi. Sa qualité de Reine fut un leger obstacle au bonheur de Suffolk dont le merite la touchoit plus qu' une Couronne. Henri auoit chargé*

* *Lib. XVII. f. 140. ad a. 1520.*
** *Hist. d' Angleterre Tom. I. p. 115. ad a. 1515.*

chargé cet Ambassadeur de savoir d'elle dans quelle resolution elle étoit, soit de revenir en Angletere, ou de s'etablir à la Cour de France. Il lui avoit aussi écrit, la priant de ne s'engager point à un second mariage sans sa participation. La crainte de deplaire au Roi son frere l'embarrassoit; et Suffolk étant venu la voir un iour qu'elle étoit combatuë par les reflexions de son devoir et de son amour, elle lui fit une declaration où sa fierté paroissoit moins que sa foiblesse. Si vous ne vous mettez lui dit-elle dans quatre iours en etat de m'épouser n'y pensez plus iamais. Son amant sut si bien menager ce tems fatal d'où dependoit sa felicité, qu'ayant obtenu le consentement du Roi de France, après avoir écrit à celui d'Angleterre pour obtenir le sien, il épousa secrettement cette Reine, la soeur de son maître, la veuve d'un grand Roi, dans la fleur de sa ieunesse, et d'une beauté incomparable. Il y a peu de semblables exemples. Mais ce qu'il y eut de plus heureux pour Suffolk, c'est qu'une action si hardie ne lui fit point perdre les bonnes graces de son maitre. La Reine-Duchesse c'est le nom que se donna la Princesse depuis son second mariage, fit savoir à son frere ce qui s'etoit passé; et se chargeant de toute la faute, elle le pria de n'en faire tomber son indignation que sur elle seule, et de pardonner à Suffolk. Ce Duc ecrivit de son côté à Volsey, qui persuada le Roi qu'il étoit plus avantageux pour lui, que sa soeur eût épousé un suiet fidelle et devoué à son service, qu'un Prince étranger, et souvent mal intentionne. Ainsi la Reine-Duchesse s'en retourna en Angleterre avec son nouveau mari, et l'un et l'autre furent bien reçut du Roi, qui voulut que leur mariage fut celebré solennellement a Greenwich, ou ils debarquerent. *

§. XVI.

De Ioanna Albertina, Henrici IV. Gallorum Regis matre, eiusdemque impari matrimonio sic scribit PETRVS BAYLE: ** *Vn fort honnette homme et qui a beaucoup d'esprit,* m'

* *Adde* VARILLAS *histoire de Francois*, p. 15. ad a. 1515. MEZERAI *Abregé Chron. Tom. IV.* p. 471. ad a. 1514. P. BAYLE *Reponse aux questions Tom. II. c. LXIX.*

** *Reponse au questions d'un Provincial, Tom. II.* p. 270. n. 6.

m' a assuré en joignant à son recit un grand nombre de circonstances, qu'il est certain que Jeanne d'Albret épousa en secondes noces a petit bruit le Comte de Goion qui fut tué à la saint Barthelemi qu'elle en eut un fils qu'un Seigneur de la Maison d'Albret fit elever incognito sur les frontieres d'Espagne; que ce fils étant repassé en Gienne se maria avec la fille d'un Cabaretier dont il eut un fils qui fut Ministre de Bourdeaux et pere de Mr. Goion aussi Ministre a Bourdeaux, et qui mourut a Amsterdam quelques années après la revocation de l'Edict de Nantes.

§. XVII.

Eadem ratione Hadingus, Danorum Rex somno deterritus, Vlfildam, filiam priuato cuidam Guthormo dedit in matrimonium, de quo Saxo GRAMMATICVS: * *His gestis, Hadingo defunctae coniugis species per quietem obuersata sic cecinit:*

Bellua nata tibi est rabiem domitura ferarum,
Quaeque truci rapidos atteret ore lupos.

Ast post pauca subiunxit:

Fac caueas ex te nocuus tibi prodiit ales;
Felle ferox bubo, voce canorus olor.

Rex mane sopore discusso, cuidam coniecturarum sagaci visum exponit. Qui lupi nomine futurae ferocitatis filium interpretatus. Oloris vocabulo filiam denotauit: illum hostibus perniciosum: hanc patri insidiosam fore praesagiens. Euentus augurio respondit. Siquidem Hadingi filia Vluilda priuato cuidam Guthormo denupta, sua copulae indignitate, siue claritatis affectatione permota, maritum in parentis caedem absque pietatis respectu sollicitat: reginam se, quam regis filiam censeri malle praefata. Cuius exhortationis modum, iisdem pene verbis, quibus ab ipsa editus fuerat, explicare constitui:

qui

* *Histor. Dan. lib. I. p. 18.*

qui fere huius modi erat: O miseram me, cuius nobilitatem dispar copulae nexus obtenebrat! O infelicem, cuius stemmati rustica iugatur humilitas! O infortunatam principis prolem, quam tori lege plebeius aequiparat! Miserandam regis filiam, cuius decorem ignauus pater, in obsoletos ac despicabiles transmisit amplexus! infaustam matris sobolem, cuius felicitati tori commercium derogat; cuius munditiam immunditia ruralis attrectat; dignitatem indignitas vulgaris inclinat; ingenuitatem conditio maritalis extenuat! At si quis tibi vigor inest, si qua mentem virtus possidet; si dignum te Regis generum probas, socero fasces eripe, genus probitate redime, prosapiae defectum virtute aestima, sanguinis damnum animo pensa. Felicior est honos audacia, quam haereditate quaesitus. Melius virtute culmen, quam successione conscenditur. Aptius honores meritum, quam natura conciliat. Adde quod senectutem subruere nefas non est, quae proprio in ruinam pondere suppressa deuergit. Sufficient socero tot temporum fasces; senilis tibi potestas obueniat. Quae si te frustrata fuerit, alteri cedet. Lapsui vicinum est, quicquid senio constat. Sat illi regnasse sit: tibi quandoque praeesse conueniat. Malo praeterea virum regnare, quam patrem. Malo regis coniunx, quam nata censeri. Melius est principem intus amplecti, quam exterius venerari. Gloriosius nubere regi, quam obsequi. Ipse quoque tibi sceptrum, quam socero malle debeas. Proximum sibi quemque natura constituit. Aderit coepto facultas, si facto voluntas accesserit. Nihil est quod non ingenio cedat. Instaurandum epulum est, exornandum conuiuium, prouidendi paratus, inuitandus socer. Fraudi viam familiaritas simulata praestabit. Nullo melius quam affinitatis nomine insidiae teguntur. Adde quod temulentia promptum caedi iter aperiet. Cumque Rex capitis cultui intentus fabulis mentem, barbae manum intulerit, pilorumque perplexionem crinali spico, seu pectinis enodatione discreuerit applicari ferrum visceribus sentiat. Minor occupatis solet cautela perquiri. Dextera tua tot scelerum vindex accedat. Pium est vltricem miserorum manum extendere. Talibus insistente Vluilda vir suggestione victus, insidiis operam pollicetur. Interea Hadingus generi dolum cauere somnio monitus, petito conuiuio quod ei filia charitatis simulatione parauerat, armatorum non longe praesidia statuit, quibus aduersum insidias, cum res exigeret, vteretur. Quo cibum capiente, satelles in fraudis ministerium adscitus,

[illegible] sibi visa fore opportunum foederi tempus tacitus expectabat. Quo Rex animaduerso calliditatem in vicino militibus [illegible] dedit. Quibus contrarium operam ferentibus, dolum in auctorem retorsit. Interea Rex Suetonum Hundingus excessum Hadingi falso acceptum nuncio inferis excepturus, optimatibus contractis, eximiae capacitatis dolium ceruisiae liquore completum, delitiarum loco, medium conuiuii opponi praecepit: et ne quid celebritatis deesset, ipse ministri partibus assumtis, pincernam agere cunctatus non est. Cumque exequendi officii gratia regiam perlustraret, offenso gradu in dolium collapsus interclusum humore spiritum reddidit, deditque; poenas siue orco, quem falsa exequiarum actione placebat siue Hadingo, cuius interitum mentitus fuerat. Quo cognito Hadingus parem veneratori gratiam relaturus extinctoque superesse non passus, suspendio se vulgo inspectante consumsit.

§. XVIII.

In Daniae Regno Ericus VII. dictus Glipping, viduam reliquit Agnetem Alberti Brandenburgici Marchionis filiam, quae iteratas nuptias auspicata, inferiorem sua dignitate maritum accepit, comitem nimirum Ioannem II. Vagriae dynastam. * Ad hoc exemplum Suecorum Regina Christina prouocabat, dum Alexander VII. Papa ab eadem postularet, vt Italum quendam, Sanbinelli, dimitteret, atque eiusdem matrimonium cum Ducissa de Cerry impediret, respondit: *Sie könnte den Sanbinelli nicht wohl abschaffen, und da sie ihn zu ihren Dienst nicht schon angenommen hätte, wollte sie es wegen seiner guten Qualitäten annoch thun, so vermeyne sie auch, daß Er der Hertzogin von Cerri, nach welcher er freyete, wohl würdig wehre, und hette sie, als sie zu den Catholischen Glauben getretten, von ihren informatore eine solche Lehr empfangen, daß Heyrathen ieder Person frey stehen sollte, wenn sie sonderlich am Stande nicht sonders ungleich. Es wehre wohl ehe geschehen, daß ein schlechter von Adel eine Gräffin, und ein Graff eine Fürstin zur Ehe genommen. Nun aber sehe sie wohl, daß solche Lehr nicht mehr gelte.*

* PONTANVS lib. VII. Hist. Dan. p. 379.

ar. Wie denn König Erici des Frommen in Dennemarck Mutter, die Königin Agnes, sich volgends an Graff Iohann in Wagria, so viel niedrigen Standes gewesen, verheyrathet.

§. XIX.

De Gustauo Wasa Suecorum Rege narrat IO. LOCCENIUS: * *Hic quidam annales ferunt, Gustauum viduis et virginibus nobilibus, si conditionem nuptiarum sibi parem, ob penuriam Nobilium virorum a Christierno magna parte sublatorum, inuenire non possent, aliis honestis viris, etiam si nobili loco nati non essent, nubere permisisse: quos ubi recte factis et virtutis studio mererentur, honoribus ornare vellet. Inter illos fuisse Ionam, cognomento scribam, qui, ex molitore natus, & Regis impensa literis in schola Arbusiensi informatus, postea ex occasione commemorata Magni Grenii viduam, vxorem claro sibi adiunxit matrimonio. Rex insuper illum nobilitatis insignibus, dignitate Praetoris arcis Arbosiensis et opibus auxerat.*

§. XX.

Potens in Italia erat Dynasta Guilielmus Mascabel, qui Roberto Normanno ignobilis generis filiam despondit, de quo ANNA COMNENA: ** *Fuit hic Robertus Normannus genere, fortuna ignobilis, ingenio tyrannico, animo versutissimo, manu strenuus, ac cum in opes et fortunas magnatum hominum adiectis cupiditatis oculis incurreret, ineluctabilis violentiae; Postquam vero semel aliquid destinauerat, ac perficere decreuerat, inuictae in vrgendo cepto perseuerantiae.* Pergit illa: *libertatis erat retinentissimus, ac nemini plane omnium seruire, aut obnoxie obsequi sustinens; quem magnarum mentium, vtcunque humili fortuna depressarum.*

* *Hist. Suec. lib. VI. p. 256.*

** *Hist. Florentina lib. VII. p. 192. Alexiad. lib. I. p. 23.*

occultato sub veste ferro opportunum sceleri tempus tacitus expectabat. Quo Rex animaduerso collocatis in vicino militibus lituo dedit. Quibus continuo opem ferentibus, dolum in auctorem retorsit. Interea Rex Sueonum Hundingus occasum Hadingi falso acceptum nuncio in feriis excepturus, optimatibus contractis, eximiae capacitatis dolium cereali liquore completum, delitiarum loco, medium conuiuis opponi praecepit: et ne quid celebritatis deesset, ipse ministri partibus assumtis, pincernam agere cunctatus non est. Cumque exequendi officii gratia regiam perlustraret, offenso gradu in dolium collapsus interclusum humore spiritum reddidit, deditque; poenas siue orco, quem falsa exequiarum actione placabat siue Hadingo, cuius interitum mentitus fuerat. Quo cognito Hadingus parem veneratori gratiam relaturus extinctoque superesse non passus, suspendio se vulgo inspectante consumsit.

§. XVIII.

In Daniae Regno Ericus VII. dictus Glipping, viduam reliquit Agnetem Alberti Brandenburgici Marchionis filiam, quae iteratas nuptias auspicata, inferiorem sua dignitate maritum accepit, comitem nimirum Ioannem II. Vagriae dynastam. * Ad hoc exemplum Suecorum Regina Christina prouocabat, dum Alexander VII. Papa ab eadem postularet, vt Italum quendam, Sanbinelli, dimitteret, atque eiusdem matrimonium cum Ducissa de Cerry impediret, respondit: *Sie könnte den Sanbinelli nicht wohl abschaffen, und da sie ihn zu ihren Dienst nicht schon angenommen hätte, wollte sie es wegen seiner guten Qualitäten annoch thun, so vermeyne sie auch, daß Er der Hertzogin von Cerri, nach welcher er freyete, wohl würdig wehre, und hette sie, als sie zu den Catholischen Glauben getretten, von ihren informatore eine solche Lehr empfangen, daß Heyrathen ieder Person frey stehen sollte, wenn sie sonderlich am Stande nicht, sonders ungleich. Es wehre wohl ehe geschehen, daß ein schlechter von Adel eine Gräffin, und ein Graff eine Fürstin zur Ehe genommen. Nun aber sehe sie wohl, daß solche Lehr nicht mehr gelte.*

* PONTANVS lib. VII. Hist. Dan. p. 379.

ac. Wie dem König Erici des Frommen in Dennemarck Mutter, die Königin Agnes, sich volgends an Graff Iohann in Wagria, so viel niedrigen Standes gewesen, verheyrathet.

§. XIX.

De Gustauo Wasa Suecorum Rege narrat IO. LOCCENIVS: * *Hic quidam annales ferunt, Gustauum viduis et virginibus nobilibus, si conditionem nuptiarum sibi parem, ob penuriam Nobilium virorum a Christierno magna parte sublatorum, inuenire non possent, aliis honestis viris, etiam si nobili loco nati non essent, nubere permisisse: quos ubi recte factis et virtutis studio mererentur, honoribus ornare vellet. Inter illos fuisse Ionam, cognomento scribam, qui, ex molitore natus, & Regis impensa literis in schola Arbusiensi informatus, postea ex occasione commemorata Magni Grenii viduam, vxorem claro sibi adiunxit matrimonio. Rex insuper illum nobilitatis insignibus, dignitate Praetoris arcis Arbosiensis et opibus auxerat.*

§. XX.

Potens in Italia erat Dynasta Guilielmus Mascabel, qui Roberto Normanno ignobilis generis filiam despondit, de quo ANNA COMNENA: ** *Fuit hic Robertus Normannus genere, fortuna ignobilis, ingenio tyrannico, animo versutissimo, manu strenuus, ac cum in opes et fortunas magnatum hominum adiectis cupiditatis oculis incurreret, ineluctabilis violentiae; Postquam vero semel aliquid destinauerat, ac perficere decreuerat, inuictae in vrgendo cepto perseuerantiae.* Pergit illa: *libertatis erat retinentissimus, ac nemini plane omnium seruire, aut obnoxie obsequi sustinens; quem magnarum mentium, vtcunque humili fortuna depressarum.*

* *Hist. Suec. lib. VI. p. 256.*

** *Hist. Florentina lib. VII. p. 192. Alexiad. lib. I. p. 23.*

sarum, esse characterem ferunt. Ab hoc taediis dominatus alieni patiendi, mouet e Normania patria, cum equitibus omnino quinque, peditibus triginta, cum iis saltus insedit ac speluncas circa montes auios Longobardiae, vbi latrociniis in viatores exercendis, equos, pecunias, arma sibi, suisque comparauit. Haec ei rudimenta vitae atque exordia fuerunt caedibus et sanguine humano maculosa. In iis cum esset diutius, venit in notitiam Guilielmi Mascabelii qui per ea tempora ditionem tenebat magnam partem obiacentium Longobardiae regionum. Vnde et magnos colligens annuos reditus, iustos ex iis exercitus alebat, quae res eum potentiae nomine late inclytum fecerat. Is. Roberti dotes animi ac corporis, quas diximus, praedicari audiens conciliare sibi hominem affinitate statuit inconsulte, vt exitus monstrauit. Igitur ei vnam ex filiabus despondet suis, nuptiisque post paulo perfectis, beatus sibi videbatur, quod talem, tantae fortitudinis, tamque experientem rei bellicae sibi adiunxisset generum.

§. XXI.

Iacoba Bauara, Wilhelmi VI. Hollandiae et Hannoniae Comitis, filia, Ludouici Bauari Imp. ex Margaretha Battaua proneptis, primo matrimonio duxerat, a. 1406. Ioannem Caroli VI. Delphinum. Hoc vero a. 1417. defuncto, duxit Ioannem Ducem Brabantiae, Antonii Burgundi filium. Ista de marito minus contenta, cum aliquando in colloquium Hunfredi, Ducis Glocestriae, Regis Angliae germani, venisset: atque vt est eiusce gentis mos, venereum facile sermonem commiscuisset, miseram se ait, quae virum sortita frigidum atque impotentem, matrimonio vti non posset. Clocester, qui sine coniuge esset, neque forma careret egregia, stultam esse faeminam dixit, quae non viro nupsisset: aut postquam scisset impotentem, in eo coniugio perseueraret, in quo matrimonium esse non posset, seque coniugem obtulit, nisi Ducem

Cloce-

Glocestriae, regis fratrem, aetate florentem, forma, quam videret, dedignaretur. Mulier, quae mater fieri, et virum, qui vir esset, amplecti cuperet, vbi tantum sponsum offerri sibi cognouit, non recusauit conditionem, sed vt primum potuit ad illam diuertit: * Eadem ratione hoc narrat MATTHAEVS VOSSIVS, ** scribens: *Istius modi amoris tale fuisse initium ferunt, serentibus iis sermonem inter se rogasse Glocestrium dissidii causam, atque adeo diuortii tum eam subiecisse, marito sibi opus esse et herede. Tam commoda occasione arrepta, Glocestrium obtulisse operam suam.* Idem iam antea dixerat: *Ab eo tempore palam comes Iacoba est auersata Brabantum, omnemque eius congressum refugit. Ac quo maiori iure id agere videretur, per suos vulgauit, esse eum ad sobolem procreandam inidoneum.* Vtrosque tamen tanquam leuioris animi arguit LVDOVICVS GOLLVT, dum ita scribit: *** *Ce que flechit le coeur superbe de l' Anglois voire (comme il estoit per son age leger) in continent il se mariat avec vne sienne amie et concubine que lon ne reputoit trop asseurée, pour hauoir faint plusieurs faueurs autres qu' a ce Duc* Hinc est, quod istam paulo ante cum Ioanna Neapolitana comparat, scribens: **** *Les Amours de Dame Iaqueline comtesse d' Hainott ne furent guerre moins pernicieuses aux pais Bas, que les paillardises de Dame Ioanne Reine de Naples, qui en ce temps mesme hauuoit mal ses pais en guerres ciuiles par les infamies de ses vilains plaisirs.* Scilicet prout CAESAR CAMPANA ait: ***** *Erat ista*

* *Verba sunt* GOBELLINI *Comment. lib. IX p. 225. Adde Caes. Campana ita de Philippo secundo p. IV. f. 137. Iacobam duci Glocestriae optionem dedisse, an ipsa coniuge, an vero concubina vti velit.*

** *Ann. Holland. Lib. XVIII. p. 551. ad a. 1422.*

*** *Memoires de Bourgougne lib. X. c. LX. p. 721.*

**** *Lib. X. c. LVIII. p. 716.*

***** *Vita Philippi II. P. IV. p. 137.*

ista praestanti animo, ingenio acri, forma egregia ſucci plena, dotibusque tum animi, tum corporis felix. Maritus vero tenera admodum habitudine corporis, viribus non fortibus, hebetique et tardo ingenio.

§. XXII.

Qua ratione Iacoba a Papa diuortium cum Ioanne Brabantino quaeſiuerat, docet PONTVS HEVTERVS, ita ſcribens: * *Iacoba filia haeresque vnica Guilielmi Bauari Comitis Hollandiae, non ita pridem defuncti, nupſerat poſt mortem Ioannis Delphini primi mariti ſui, Ioanni Brabantiae Duci, Antonii Burgundi filio. Ioannes, Brabantiae Dux, vir erat inconſtantis valetudinis, ingenii mitis et animi parui. Contra Iacoba proſperae valetudinis, ingenii acris atque alti animi ſupra modum auida liberorum, quos e Ioannis Brabanti matrimonio nunquam ſe conſecuturam ſibi perſuaſerat. Proinde cauſam occaſionemque diuortii quaerens, in Hannoniam prouinciam ſuam ſecedit, negans, ſe in Brabantiam reuerſuram, quod contractae nuptiae ob ſanguinis propinquitatem legitimae nec iuſtae forent, exactaque eſſet inſuper inuita illi nubere: Quas ob cauſas, cum apud varios iudices de nuptiarum iure litigatum foret, tandem Pontifici Martino Romae cauſa defertur, cuius ipſa non exſpectata ſententia, ſed verita mariti Ioannis Philippi Boni, ac Ioannis Bauari patrui ſui potentiam, (qui deſerto Leodienſi Epiſcopatu, ductaque in vxorem Eliſabetha Lutzenburgica Hollandiam occupare nitebatur) in Angliam profecta, nubit Hunfredo, Glroceſtriae Duci, fratri Regis Henrici quinti, qui conſcriptis quinque Anglorum millibus cum noua nupta Caletum traiicit, indeque Hannoniam inuadens, aliquot oppida occupat, facile poſtea ſibi Hollandos, Zelandos, ac Friſios exiſtimans acceſſuros. Sed Burgundus magis e re ſua arbitratus fore, ſi ſui ſanguinis Princeps dictis regionibus imperaret, quod materno iure eae in ſuam poteſtatem eſſent peruenturae, ſi Iacoba liberis non relictis diem obiiſſet, nulla ratione nuptiis Gloceſtrii conſentire volebat, antequam Iacoba Pontificis Romani ſententia a nuptiis Brabanti foret liberata: Conueniuntque hac de cauſa menſe Ianuario Anno 1424. Ambianum Bonus, Bethfordius ac legati Ducis Brabantiae et Gloceſtriae; cumque unum ſentire*

* *Rer. Burgund. lib. IV. c. II.*

sire non possent, hisce verbis Burgundus Bethfordiam allocutus discedit: cum frater tuus quod ratio dictat, sequi nolit, patruelem meum Brabantiae Ducem non deseram. Doluit ob haec non parum Bethfordius, veritus ne sensim ab Anglorum amicitia alienaretur. Sic etiam AVENTINVS: * *Nihilominus Hochosei, ceteri exules atque profugi, amici Iacobae, cum primum locum vt desiderabant occupare, atque tueri, nec discordias serere inter principes non possent, in alia pleraque omnia descendunt, fallacia fallaciam tradunt. Tandem ex composito Iacobae ad aures (vt sunt mulierum variae atque mutabiles voluntates) crebro atque secreto obganniunt; Ipsam cum marito sanguinis vinculo quam arctissimo coniunctam esse. Proinde aduersus leges christianas initum isthuc matrimonium, inauspicatum ac plane incertum esse, denique calamitosum Reipubl. fore. Pontificem quidem Rom. indulgere, at Deum Opt. Max. non subscripsisse aiunt. Eadem apud Margaretham matrem Iacobae repetunt. Quid plura? Mater, filiaque (ita sunt omnes mulieres natura religiosae, et plus superstitione trahuntur, quam consilio reguntur) superioribus consultoribus fidem habent, illorumque suasu Iacoba (quicquid illud fuit, quod ei in marito displicuit,) a Brabantino clam discedit, cum matre in Hannoniam se confert, inde in Angliam nauigat. Vbi ad eam profugorum exulum quos Boius regno pepulerat maximus numerus, item procerum quidam, quibus concordia damnosa, et bellum vtilius pace erat, breui confluunt, horum consilio Iacoba Brabantinum coniugem abdicat, Hunfredo Heinrici Regis Anglorum germano nubit, nuptias magnifico apparatu celebrat. Deinde cum nouo nupto in Galliam nauigat, Caletesque petit, declinataque Flandria in Hannoniam penetrat, iussu matris Hannonii in eius verba, Honofridique iurant.* Erat autem secundum GOBELLINVM: ** *Iacoba ista consanguinea Philippi ad quem per obitum eius duae illae haud contemnendae prouinciae Hollandiae atque Zelandiae rediturae erant; at si filios peperisset ad Anglos venturae. Anxius super his Philippus, Glocestrem monet, terras Iacobae vt quam primum relinquat, cuius adulter non maritus esset. Ille se iure possidere bona coniugis ait: Philippum iniurium, qui sibi in consanguinea exprobret adulterium. Vterque bello se accingit: Rex Angliae se fratri minime defu-*

* *Annal. Boior. lib. VII. c. XXIV. n. 3.*
** *Lib. IX. p. 215.*

defuturum scribit, cui Philippus, neque se suam haereditatem relicturum respondet. Vtriusq; dura conditio: Philippus si hanc pugnam aggrediatur, hinc Angli, inde Franci timendi: Henrico Francorum et Burgundorum arma cauenda, cuius frater Dux Clarentiae nouissime apud Andos in pugna ceciderat. Consuluit igitur rei suae Henricus ac Burgundo rescripsit amicorum controuersias iure melius terminari, quam armis: daturum se operam, vt frater iudicio se obliget, rogare itidem Burgundus faciat: nec recusauit Philippus, quamuis protrahi tempus a possessore cognosceret. Itum est ad Martinum quintum Pontificem maximum, qui re cognita inter Clocestrem et Iacobam non matrimonium, sed adulterium esse declarauit. Clocester sententiam summi Praesulis parui pendens cum possessioni terrarum, tum complexibus adulterae fortius haesit. Burgundus postquam iudicio ludificatum animaduertit, misso feciali, qui bellum, Clocestri indiceret, ad arma prosiliit. Dum autem Glocestrius ad arma se parat, Dux Brabantiae omnem occupat Hannoniam, quam etiam Iacobae mater, Margaretha, ipsi cedit, Iacoba vero inuita reclamansque, et posteaquam frustra a Brabantis, ac Glocestrio auxilium petiisset, Gandauum abducitur, Hollandorumque sumptu pro dignitate tractatur; * de quo AVENTINVS: ** *Iacoba a Burgundo amitino suo in Flandriam Gandauum deducitur, vt ibi regiam vitam, donec animus mariti placaretur, duceret. Ipsa veniam crebro postulat, sexum, aetatem, animum muliebrem, consultorum malitiam excusat, per superos omnes obtestatur maritum, vt secum in gratiam redeat, atque coniugem obsequentissimam recipiat; verum surdo fabula narrabatur, et verba fiebant mortuo. Quippe Brabantinus animum obfirmarat penitus, aures precibus clauserat ei, quae se deseruisset, reconciliari vllo pacto pertinacissime recusabat. Sed foemina seruitutis insolens, post quartum captiuitatis mensem, opera Theodorici Meruani ac Arnoldi Spiringii, adiuuante nobili matrona, virilibus inducta vestibus, vrbe, his comitata duobus, circa vesperam egreditur, paratosque conscendens equos, citato itinere Antwerpiam, indeque Bredam ac Woricbemum contendit, traiectoque Merua*

* Heuderus c. I.

** Lib. VII. c. XXIV. n. 34.

Merua indeque Gandam tandem peruenit; Vbi inito cum Vltraiectensibus, Transisulanis ac suae factionis, Hollandiae oppidis foedere, nouum Burgundo concitat bellum. Miserat equidem Glocestrius Duce Saluatero, tria ballistariorum peditum millia Iacobae auxilio, et summa cura copias, quibus Iacobae succurreret, parabat, fratri Bethfordio, nec Regio Senatui aures praebens, qui se rem sine bello composituros pollicebantur, donec intellecta summi Pontificis Martini Quinti sententia, quae pro Brabanto pronunciata erat, eaque iusta legitimaque eius vxor iudicata, eodem tempore dimissa Iacoba, aliam in Anglia Ducit. * De hoc et Iacobae impari matrimonio vberius Auentinus: ** *Moritur tum Ioannes Brabantinus, Hunofridus quoque Iacoba repudiata, aliam vxorem in Anglia ducit. Iacoba vtroque marito vidua intercedentibus amicis cum Philippo Burgundo, amitino suo, qui cum exercitu in Hollandiam hisce diebus concesserat, paciscitur, Hannonia, Hollandia, Selandia, Frisia auitum, paternumque regnum exasse Iacobae permittitur atque restituitur. Verum ipsa dat fidem, se minime gentium absque consilio et consensu Burgundi nupturam. Ita pax atque summa tranquillitas ciuibus mutuo congratulantibus, redit: explosa discordiae mala, belli furiae exactae sunt. Iacoba sex annos quiete paternos, auitosque gubernauit principatus. Verum sicuti ocio lasciuia gliscere solet, et omnes homines a labore procliues sunt ad libidinem, animum, inconsulto Amitino, ad nuptias impares applicat, clam Franconi Borsellio capite minori nubit:* De hoc impari admodum matrimonio maxime Iacobaeam increpat PETRVS BAYLE, *** dum ita scribit: *Que la veuue d' vn Dauphin de France, et puis d' un Duc de Brabant, et qui auoit eu auec le second mari vn troisiéme époux frere du Roi d' Angleterre, se marie enfin auec l' vn de ses suiets par vne infraction notoire de son serment, n' est ce pas vne incontenence si effrenée, une rage d' Amour, vne fureur vterine si prodigieuse, qu'elles ne permettent pas de compter pour quelque chose le scandale, et le mepris de toute la terre?* Quod vero debita, a Borsaliensi ac-

 cepta,

* *Verba sunt Ponti-Heuteri lib. IV. c. II.*

** *c. I. n. 37. 38.*

*** *Response aux Question d'un Prouincial. Tom. II. p. 10.*

cepta, Iacobaeam ad hoc contrahendum matrimonium compulerint, narrat RENERVS SNOIVS, * ita scribens: *Caeterum quum iam magnam argenti vim mutuo accepisset, nec soluendo satis esset, ipsa his dictis Franconem aliquando compellat: Debeo tibi, at qui debitum dissoluam, non video. Cui dicenti plurimum pecuniarum sibi adhuc superesse, quibus uti posset, si vellet, recolligens se, ait, quando impraesentiarum non est mihi, unde aes hoc diluam, meipsam tibi dedo ac propriam dabo, nuptiaeque Hagae celebratae. Factum hoc non ferre vrbes, et ignominiosum putare, quod Borsaliensis auratus tantum eques, ad claritatem generis illius non accederet. Certe Borsaliensi nobilium nemo fauere, nec etiam parere volebat. Itaque concitatoribus iis, aut saltem conniuentibus, Burgundus in Hollandiam postquam aduentasset, se totum à Comite auertere, Franconem ad epulas vocare, et fraudulenter noctu nauigio probo impositum, per Delfum, Roterodamum ac Dordracum, Ripemondam propter Schaldim auehere, captiuitate, vinculisque, asseruandum.* Licet non tam debita, quam potius inordinatus amor Iacobaeam ad hoc matrimonium induxerint; de quo MATTHAEVS VOSSIVS: ** *quod Franci animum viris, sua quoque sponte amoribus deditum tacito quodam et dulci desiderio perfunderet.* Sed pergit AVENTINVS: *Quod ubi Philippus incertum quo pacto resciuit, dissimulata aduentus sui causa, quasi officii gratia, et pietatis ergo Amitinam visum in Hollandiam pergit, Iulioque mense Hagae ab Iacoba benigne simul et magnifico apparatu excipitur. Conuiuiis dies complusculos saltando, ludendo consumunt. Porro iussu Burgundi occulte Franco intercipitur, occulte captiuus in Flandriam, ignorante vniuersa Iacoba, deportatur. Post haec continuo Philippus domum redit. Tum demum Iacoba cognoscit, Franconem in vincula coniectum, captiuum abductum ad Flandros arctissima custodia detineri. Quem vt carcere atque vinculis liberaret, Hannonia, Selandia, Hollandia, Frisia, auitis, paternisque bonis cedit: ea vniversa Philippo Burgundo tradit. Ideo Franco e custodia dimissus ad Bathauos*

* *Rerum Batav. lib. X. p. 140.*

** *Annal. Holland. lib. XX. p. 611.*

Batbauos redit, solenni ritu Iacobam vxorem ducit, nuptias in oppido, quod insulam diui Martini vocant, celebrat. Caeterum Philippus *perinde ac iustus et legitimus haeres, nempe pronepos Imperatoris Ludouici quarti, Caesaris Augusti, nepos Alberti, atque Wilhelmi Boiorum, amitinus Iacobae ea praesente ab omnibus ciuitatibus Hanmoniae, Hollandiae, Selandiae, Frisiae accipitur, quieteque hos ducatus possedit. Caeterum Franconi, Iacobaeque quasdam praefecturas precario concessit, sumptusque praebuit. Et interiecto deinde triennio, Iacoba aegritudine contabuit, ex hacque vita migrauit Anno Christi 1436. septimo Idus Octobris, sepulta Hagae in praetoriano templo iuxta auum suum Albertum regulum Boiorum, tetrarchamque Hannoniae, Selandiae, Hollandiae, dynastam Frisiae.* Vberius vero hoc inaequale matrimonium exponit, PONTVS HEVTERVS, * ita scribens: *Exinde Burgundus sexcentis cum equitibus in Hollandiam proficiscitur, captumque Franciscum Borsellium, (cui contra dignitatem ac quam postremae pacis conditionibus pepigerat, Iacobae nupserat) Rupelmondae custodiendum tradit, sparsa fama castite puniturum, quod beneficiarius Cliens se impari matrimonio Patronae, dominaeque, sine suo consensu iungere esset ausus. Sed Iacoba priuatis affectibus omnia postponens, opera Frederici Comitis Meursii his conditionibus transigit: Iacobus ac Borsellius, Hollandiae, Zelandiae, Frisiae ac Hannoniae gubernatione abstinebunt, retentis ad vitam portoriis, vectigalibus, ac contenti titulo comitis Ostervantii (ditio est in comitatu, Hannoniae sita) Dominique Vornani. Si Bonus Iacobam, legitimis non relictis liberis, morte praecesserit, integro pleroque tum iure omnium suarum regionum possessionem Iacoba, eiusque tantum modo legitimi haeredes adibunt. Liberi, e Iacoba ac Borsellio nati, in omnem Iacobae haereditatem succedent. Exinde Borsellio, in ordinem equitum aurei Velleris ascito, Bonus Iacoba comitatus ab Hannoniis, Hollandis, Zelandis, ac Frisiis inauguratus in Artesiam reuertitur.* **

§. XXIII.

* *Rer. Burgund. lib. IV. c. V.*

** *Adde* VOSSIVM *c. I.* LOVIS GOLLVT, *lib. X. c. LX.* P. BAYLE *Reponse aux questions d'un Prouincial Tom. II. c. LXVIII. qui singula examinat vberius.*

§. XXIII.

Subinde Reginae dum inferioris conditionis viris nupsisse sibi ignominiae ducerent, eosdem in maiorem euexerunt dignitatem, prout Maria Scota Henrico Darlaeo * Stuarto nobili apud Scotos nubendo fecit, de quo GEORGIVS BVCHANANVS: ** *Interea regina cum connubium illud nimium dispar videretur, si nuper maximi regis vxor ipsa regni illustris haeres, adolescenti priuato nullis insignioribus honorum titulis claro nuberet, edictum publico praeconio promulgauit, in quo Darlaeus dux Rothelaius ac Rossiae Comes appellatur.* Immo Regiam plane dignitatem cum ipso postmodum communicauit. Hinc etiam Tiberius caesar Seiano, matrimonium Liuiae Germaniei viduae adpetenti, respondet: Falleris, Seiane, si te mansurum in eodem ordine putas et Liuiam, quae C. Caesari, mox Druso nupta fuerit, ea mente amaturum, vt cum equile Romano senescat: ** Eidem Tiberio *Asinius Gallus ideo fuit inuisus, quod ducta in matrimonium Vipsania, M. Agrippae vidua, quae quondam Tiberii vxor fuerat, plus quam ciuilia agitaret.* ***

§. XXIV.

Ast quinam sint imparis matrimonii, quod feminae illustres ineunt, effectus, praecipue est examinandum. Et primo quidem an vxor impari nubens mariti conditionem sequatur sicque dignitatis patiatur deminutionem? In statu naturali nulla dignitatis est praeferentia, nec essentia matrimonii dignitatum inter coniuges aequalitatem exigit ac inde frustra asserunt, inter eos, qui in statu naturali viunt, vxorem necessario mariti dignitatem sequi. Potius, vt vxor mariti conditionem assumat, ciuili iure est introductum. Hinc feminae

* *Lib. XVII. p. 643.*
** *Tacitus, IV. Annal. c. VI.*
*** *Tacitus, I. Ann. c. XII.*

minae illustres; quae imperio subsunt, merito ab illis sunt distinguendae, quae nullum agnoscunt superiorem. Ad has, nisi pacto aliter sit conuentum, regula, quod mariti sequantur conditionem, proprie applicari nequit, dum legibus non subsint ciuilibus. Confirmant haec reginae mariti. Regina enim dum viro nubit, regina manet, nec mariti assumit conditionem. *

§. XXV.

Reginae maritorum conditionem delinearunt legati Galliae, cum inter Franciscum Delphinum atque MARIAM Scotiae Reginam de matrimonio ageretur. De quo BVCHANANVS: ** *introductus deinde Gallorum legatus, cum satis longa oratione explicasset regum Gallorum veterem ac diuturnam, in omne Scotorum nomen beneuolentiam, ab omnibus et singulis vehementer contendit, vt corona, quam ille nouo ac monstroso nomine* matrimonialem *vocabat*, maritum suae reginae *ornent: quo è nomine* nullum emolumentum, nulla potentia, praeter nudam vocis illius vsurpationem esset accessurum. Eadem Maria, Francisco Galliae Delphino defuncto, Henrico Darlaeo nupsit, et non vxor mariti, sed potius maritus vxoris participavit conditionem. ***

§. XXVI.

IOANNA, Ferdinandi catholici et Isabellae Hispanorum filia, nupta erat Philippo, Austriae Archiduci, qui tamen, cum ista Ferdinandi Regis atque procerum consensu, post Isabellae matris mortem, in Castellae regno regina esset declarata, reginae saltim erat maritus, ac regina mariti non sequebatur conditionem. Docet haec MARIANA **** dum de Isabellae

* De horum conditione egit IO. PHIL. PALTHENIVS diss. *de marito reginae.*

** *Rerum scoticarum* lib. XVI. p. 588.

*** Lib. XVIII. cap. XI.

**** vide supra §.

§. XXIII.

Subinde Reginae dum inferioris conditionis viris nupsisse sibi ignominiae ducerent, eosdem in maiorem euexerunt dignitatem, prout Maria Scota Henrico Darlaeo * Stuarto nobili apud Scotos nubendo fecit, de quo GEORGIVS BVCHANANVS: ** *Interea regina cum connubium illud nimium dispar videretur, si nuper maximi regis vxor ipsa regni illustris haeres, adolescenti priuato nullis insignioribus honorum titulis claro nuberet, edictum publico praeconio promulgauit, in quo Darlaeus dux Rothelaius ac Rossiae Comes appellatur.* Immo Regiam plane dignitatem cum ipso postmodum communicauit. Hinc etiam Tiberius caesar Seiano, matrimonium Liuiae Germanici viduae adpetenti, respondet: Falleris, Seiane, si te mansurum in eodem ordine putas et Liuiam, quae C. Caesari, mox Druso nupta fuerit, ea mente amaturum, vt cum equile Romano senescat: ** Eidem Tiberio *Asinius Gallus ideo fuit inuisus, quod ducta in matrimonium Vipsania, M. Agrippae vidua, quae quondam Tiberii vxor fuerat, plus quam ciuilia agitaret.* ***

§. XXIV.

Ast quinam sint imparis matrimonii, quod feminae illustres ineunt, effectus, praecipue est examinandum. Et primo quidem an vxor impari nubens mariti conditionem sequatur sicque dignitatis patiatur deminutionem? In statu naturali nulla dignitatis est praeferentia, nec essentia matrimonii dignitatum inter coniuges aequalitatem exigit ac inde frustra asserunt, inter eos, qui in statu naturali viunt, vxorem necessario mariti dignitatem sequi. Potius, vt vxor mariti conditionen assumat, ciuili iure est introductum. Hinc feminae

* *Lib. XVII. p. 643.*
** *Tacitus, IV. Annal. c. VI.*
*** *Tacitus, I. Ann. c. XII.*

minae illustres; quae imperio subsunt, merito ab illis sunt distinguendae, quae nullum agnoscunt superiorem. Ad has, nisi pacto aliter sit conuentum, regula, quod mariti sequantur conditionem, proprie applicari nequit, dum legibus non subsint ciuilibus. Confirmant haec reginae mariti. Regina enim dum viro nubit, regina manet, nec mariti assumit conditionem. *

§. XXV.

Reginae maritorum conditionem delinearunt legati Galliae, cum inter Franciscum Delphinum atque MARIAM Scotiae Reginam de matrimonio ageretur. De quo BVCHANANVS: ** *introductus deinde Gallorum legatus, cum satis longa oratione explicasset regum Gallorum veterem ac diuturnam, in omne Scotorum nomen beneuolentiam, ab omnibus et singulis vehementer contendit, vt corona, quam ille nouo ac monstroso nomine* matrimonialem *vocabat*, maritum suae reginae *ornent: quo e nomine* nullum emolumentum, nulla potentia, praeter nudam vocis illius vsurpationem esset accessurum. Eadem Maria, Francisco Galliae Delphino defuncto, Henrico Darlaeo nupsit, et non vxor mariti, sed potius maritus vxoris participavit conditionem. ***

§. XXVI.

IOANNA, Ferdinandi catholici et Isabellae Hispanorum filia, nupta erat Philippo, Austriae Archiduci, qui tamen, cum ista Ferdinandi Regis atque procerum consensu, post Isabellae matris mortem, in Castellae regno regina esset declarata, reginae saltim erat maritus, ac regina mariti non sequebatur conditionem. Docet haec MARIANA **** dum de Isabellae

* De horum conditione egit IO. PHIL. PALTHENIVS diss. *de marito reginae.*

** *Rerum scoticarum* lib. XVI. p. 588.

*** Lib. XVIII. cap. XI.

**** vide supra §.

bellae testamento sic scribit : *Deinde ex vniuerso regno: proceres et procuratores vrbium Taurum euocauit ad conuentus generales. Initis conuentibus tertio Idus Ianuarii, salutis anno millessimo quingentesimo quarto, Garsias Lassus Vega, Legionis promagister, Praeses caeteris datus, ac vero reliqui procuratores vrbium lecto reginae testamenti capite de regni haerede eiusque administratione, defunctae voluntate adprobata, secundum eam consensu sacramentum Ioannae dixere, quasi Castellae Reginae matris haeredi ac Philippo viro coniugis iure, praeterea Regi Catholico administraterio nomine.*

§. XXVII.

In regno Neapolitano IOANNA I. quatuor successiue maritis nupsit, qui omnes inferiori reginae conditione fuere, et nihilominus pristinam retinuit dignitatem, et mariti regium haud gesserunt titulum: * In eodem regno IOANNA II. matrimonium cum Iacobo, Piceni Comite iniit, de quo PANDVLPHVS COLLENVTIVS: ** *Cumque multi ei mariti praeponerentur, vnum prae caeteris elegit, Iacobum Narbonensem Piceni comitem, itidem ex Regia Gallorum stirpe oriundum sed Reginae parum admodum cognatum, ea conditione tamen, ne Regis sed Tarenti principis tantum, aut Ducis nomen sibi vsurparet, et ille sane comitis nomine consueto fuit contentus.*

§. XXVIII.

Eadem confirmant, quae nostra aetate exstiterunt reginarum nuptiae regentium, ita, vt plura addere, superuacaneum foret. Ast alia est ratio illustrium, quae sub imperio viuunt. Hae enim legibus prouinciae, in qua commorantur, subsunt, et inde quoque, an inferiori nubentes dignitatem minuant, ex illis venit aestumandum. Iure Romano illustris femina matrimonio inaequali dignitatem amisit pristinam.

* Vide PANDVLPHVM COLLENVTIVM *histor. Neapol.* Lib. V. p. 352. sqq.
** L. c. p. 389.

minam. Testatur hoc VLPIANVS * decernens: *feminae nuptae clarissimis personis, clarissimarum personarum appellatione continentur. Clarissimarum feminarum nomine senatorum filiae, nisi quae viros clarissimos sortitae, non habentur. Feminis enim dignitatem clarissimam mariti tribuunt: Parentes vero, donec plebeiis nuptiis fuerint copulatae. Tamdiu igitur clarissima femina erit, quamdiu senatori nupta est, vel clarissimo: aut separata ab eo, alii inferioris dignitatis non nupsit.* Ex qua lege satis aperte patet, feminam nobilem ignobili nubentem, dignitatem suam amittere. Patet hoc exemplo Virginiae patriciae, quae per nuptias facta fuit plebeia, de quo LIVIVS: ** *Virginiam Auli filiam, patriciam plebeio nuptam Volumnio consuli, matronae, quod e patribus enupsisset, sacris arcuerant. Breuis altercatio inde, ex iracundia muliebri in contentionem animorum exarsit, quum se Virginia et patriciam et pudicam in patriciae pudicitiae templum ingressam, et vni nuptam, ad quem virgo deducta sit; nec se viri, honorumque eius ac rerum gestarum poenitere, vero gloriaretur. Facto deinde egregio magnifica verba adauxit; in vico Longo, vbi habitabat, ex parte aedium, quod satis esset loci modico sacello, exclusit: aramque ibi posuit: et conuocatis plebeiis matronis, conquesta iniuriam patriciarum: Hanc ego aram, inquit, Pudicitiae plebeiae dedico, vosque hortor, vt quod certamen virtutis viros in hac ciuitate tenet, hoc pudicitiae inter matronas sit, detisque operam, vt haec ara, quam illa, si quid potest, sanctius et a castioribus coli dicatur.* Eodem ferme ritu et haec ara, *quo illa antiquior culta est, vt nulla nisi spectatae pudicitiae matrona et quae vni viro nupta fuisset, ius sacrificandi haberet.* Eadem ratione VALENTINIANVS et VALENS Impp. rescripsere: *** *Ingenuae mulieres, quae se Gy-*

X 2 *naecia-*

* L. 8. D. de *senatoribus.*

** *Lib. X. c. XXIII. Adde* CHRISTINAEI *Iurisprud. Heroicam. p. 115.*

*** *l. 3. C. de.*

naecianis sociauerint, si conuentae denunciatione solenni splendorem generis contuberniorum vilitati praeferre noluerint, suorum maritorum conditione teneantur. Sic VALENTINIANVS, THEODOSIVS, atque ARCADIVS, *Impp.* * decernunt: *Mulieres honore maritorum erigimus, genere nobilitamus et forum ex eorum persona statuimus: et domicilia mutamus: si autem minoris ordinis virum postea sortitae fuerint; priore dignitate priuatae, posterioris mariti sequentur conditionem.* Sic et ** DIOCLETIANVS et MAXIMINIANVS, Impp. deciderunt: *Cum te non ex senatore patre procreatum, sed ob matrimonium cum Senatore contractum clarissimae foeminae nomen adeptum dicas, claritas, quae beneficio mariti tibi parata est, si secundi ordinis virum postea sortita es, redacta ad prioris dignitatis statum deposita est.* Rationem legislatores exinde sumserunt, quod mulier sit particeps dignitatis mariti, ideoque eiusdem etiam consors in vilitate et despectu. Hinc etiam BALDVS *** tradit, *melius esse mulieri non nubere, quam sibi indigno nubere;* cuius rei rationem ANTONIVS FABER **** reddit, quia absurdum foret, maiorem esse dignita-

* *l. 13. C. de dignitatibus.*

** *l. 10. C. de nupt. Adde* ANDR. TIRAQVELL. in LL. *connubial. lib. 1. n. 18. de Nobilitate c. XVIII. n. 16. 17.* IAC. DRACON. *de Iure Patric. lib. VII. c. VIII. n. 9.* THEODOR. HÖPPINGK, *de iure insignium, c. VII. n. 16. sqq.* TIBERIVM *Decianum Resp. vol. II. lib. XIX. n. 285.* MYLER. ab EHRENBACH *c. V. §. XXIV. sqq.* IOH. NOLDENVM de Nobilitate *c. XXII. n. 166.* MOLLER, semestr. *lib. II. c. VIII.* CARPZOV. P. III. c. XXXVII. *def. 1. 11.* KNIPSCHILD. de Nobilit. lib. I. c. XIII. n. 155. DIONYSIVM GOTHOFREDI, aliosque.

*** *in l. c. cum ita n. 2. π. de condit. et demonstrat.*

**** *in l. foeminae π. de senatoribus. Idem sentiunt* TIBERIVS DECIANVS *Vol. II. Resp. XIX. n. 285.* MASTRILLVS *de Magistratibus lib. IV. c. XIII. n. 29.* FRANCISCVS ab Anaga ad. *l. fin. n. 6. et 27. C. de incolis.* IO. IAC. DRACO, *de iure Patriciorum lib. VII. c. VIII. n. 9. sqq.* THEOD. HOEPPINGK *de iure insignium c. VII. n. 16. sqq.* ANCHORANVS *cons. CCCLXXXIX. n. 3.* TIRAQVEL-

dignitatem vxoris, quam mariti, capitis familiae, et hoc propter dignitatem sexus virilis, et imperium, quod maritus in vxorem habet.

§. XXIX.

Apud Anglos quoque maioris nobilitatis femina plebeio seu inferioris nobilitatis homini nubens, dignitatem minuit. Confirmat hancce sententiam LARREY,* de nuptiis Catherinae de Woodeuille sic scribens: *C' etoit cette Iaqueline de Luxembourg veuue en premieres noces de illustre Duc de Bethford, qui deshonorant sa naissance et celle de son premier epoux, s' estoit indignement remariee auec le Cheuailler de. Woodeuille depuis Comte de Riuers. L'inegalite de ce mariage lui auoit* fait perdre le rang, que le sang dont elle etoit sortie et celui au que celle s' etoit premierement alliee, lui eussent fait tenir a la Cour. *Ainsi elle aimoit mieux passer le tems a la campagne et sur ses terres, qu' a la ville et parmi la Bourgeoisie.*

§. XXX.

Germanorum legibus equidem eiusmodi nuptiae non erant prohibitae, attamen foemina inaequali nubens, a successione excludebatur. Sic enim leges ALEMANNORVM:** *Si duae sorores absque fratre suo relictae post mortem patris fuerint et ad ipsos haereditas paterna pertingat et vna nupserit sibi coaequali libero, alia autem nupserit, aut colono Regis, aut colono Ecclesiae, illa quae libero nupsit, sibi coaequali, teneat terram patris earum. Res autem alias aequaliter diuidant. Illa autem, quae colono nupsit, non intret vllam portionem terrae, quia sibi coaequali non nupsit.*

 §. XXXI.

LVS *de Nobilitat. c. XVIII. n. 16.* ANTON. FABER *in Codicem lib. IX. tit. XXIX. def. XVII.* VULTEIVS *Conf. Marpurg. Vol. III. conf. XXXIII. n. 165.* MYLER ab EHRENBACH *c. V. §. XXIV.*

* *Histoire d' Angleterre* T. I. p. 880.

** *c. LVII.* LEHMANN *lib. II. c. XIX.*

§. XXXI.

Idem obtinuit Iure Saxonico antiquo. In iure PROVINCIALI enim est statutum: * *Der Mann ist seines Weibes Vormund, ob er gleich ihr nicht eben bürtig ist, und sie ist seine Genossin, und tritt in sein Recht, wenn sie in sein Bett tritt.* Et iure Sueuico: ** *Ist das eine von zwo Töchtern nimmet ein Mann der ihr gemäß ist, und hat ihn ihr Mutter Gut gelaßen, das am Erdreich liegt, die andere nimmet ein, der ihr gemäß ist, das soll die Tochter einig und allein haben die ihn gemäß genommen hat.* Ex quo patescit, feminam impari marito nuptam nec in bonis immobilibus patri succedere. Idem etiam auctoritate Doctorum confirmatur. Sic enim B. de LYNCKER, *** statuit, nobilem ignobili viro nuptam a materna familia excedere, nihil vt huic cum cognatis agnatisque amplius commercii intercedat, neque his cum illa, eiusque marito atque liberis. Sic etiam PHILIPPVS KNIPSCHILD **** decernit: *Amittitur Nobilitas, si femina nobilis marito plebeio et ignobili nubat. Sequitur enim vxor mariti conditionem et statum, et status mariti afficit et immutat primaeuum statum vxoris. Ex quo in Saxonia vidua nobilis, quae marito ignobili et plebeio nupserat, non habet iura cibariorum, Mustheil, neque Morgengabae, neque Geradam viduis nobilium alias competentem. In tantum vt mulier Nobilis ignobili nubens, indigne nupsisse, et filiam eiusmodi tam dote priuari, quam exhaeredari posse dicatur, idque ob iniuriam, quae ex indigno matrimonio affertur patri, et toti ipsius familiae. Atque ita mortuo marito plebeio Nobilitatem non recuperat, sed plebeia permanet, quia vidua ficte adhuc amisit in matrimonio mariti proxime defuncti et dicitur esse de eius familia, nisi a Principe restituatur, vel nisi vicissim viro Nobili nubat, quo casu noui mariti Nobilitatem adipiscitur.*

* lib. I. art. XLV.

** c. CCXCIII.

*** Dec. MXVIII.

**** *de Nobilitate, lib. I. c.* XIII. n. 155.

tur: Inde CHRISTINAEVS: * *Haec tamen, quae ex maritali radio refulget dignitas, facilius euanescit, quam ea, quae ex genere et virtute propria elucescit, et ideo, si parum caste aut turpiter viuat, vel ad secunda vota transeat, et inferioris ordinis viro nubat, non permittitur priorum maritorum dignitatibus et priuilegiis vti, sed ignobilis fiet, quae cum splendidioris gradus fuerit se ignobili et dignitatis experto sociauit* d. l. foeminae ff. de senatoribus. *non enim conuenit eam, quae priorum oblita est, rursum ex prioribus adiuuari, ait Imp.* ** *et cessat illa Iuris fictio, qua matrimonium in viduitate durare censebatur.*

§. XXXII.

Ast parua est iuris Romani in illustrium causis auctoritas, et Germanica iura de priuatis, minime vero de illustribus loqui videntur, et inde alia illustrium ratio videtur habenda. Hae enim dum nubunt, aut cum illustri, inferioris licet dignitatis, aut cum persona inferioris nobilitatis seu plebeia in matrimonium coeunt. Hoc casu, feminae illustrem amittunt dignitatem et mariti sequuntur conditionem, minime vero illo, quo pristinas retinent dignitates et titulos. De Gallia dicit du HAILLAN: *** *Les princesses du sang, si elles sont mariees a moindres, qu' eux peuuent tenir leur rang et* CLAVDIVS ESPYLLAEVS: **** *Comme Mabault ou Mathilde fille d' Alphonse Roy de Portugall mariee a Philippe Comte d' Alsace s' appella touiours Reyne et Constance fille du Roy Louis le gros, mariee a Raymond Comte de Thoulouse se fit appeller la Reyne Constance. En nos iours Ieanne d' Autriche mariee a François de Medices Duc de Florence fut appellee la Reyne Ieanne durant sa vie* et CAROLVS LOISEAV: ***** *Il est tout certain, que n' y les filles*

* *Iurisprudentia Heroica p. 53.*

** Nouell 2. c. 36.

*** *de l' Etat des affaires de France* lib. III. p. 60.

**** *en son Plaid. I.* n. III. & 599.

***** *des ordres* cap. VII. n. 52. adde MYLERVM *ab Ehrenbach* C. I. §. 29 LYMNAEVS *notit. regni Franc.* L. I. C. XXI. p. 930.

filles de France, n' y les autres Princesses pour esté mariéés a gens de moindre qualité, pour ce que la principalité est vne qualité par dessus toutes les autres, qui met ceux, qui en sont tittrez en vn rang separé des autres hommes parmi les quels ils ne rentrent iamais. In Hispaniae regno Germana de Foix Ferdinandi Catholici vidua, Ferdinando Calabriae principi licet nupta, Reginae tamen retinuit dignitatem, de quo BAYLE: * *le Roy Catholique approuua cette proposition et Chieures eut ordre de sa Maiesté d' en parler aux deux parties. Le Duc en fut raui et la Reyne n' y trouua point d' autres difficulté, que celle de la crainte de perdre son rang. Mais on y remedia, en lui promettant de le conseruer et l' expedient dont on vsa pour cela fut, que le Roi catholique assista aux noces et apres qu' elles furent faites, il traita Germaine de Reine et du mere comme il faisoit auparauant.* De Anglia idem notum est. Sic tempore S. Ludouici, comitis Marchiae vxor nomen Reginae tuebatur, idque eam ob causam, quod prioribus nuptiis Angliae Regi nupta fuerat: ** Sic quoque Caroli I. M. Britanniae Regis filia, principi Auriaco desponsata, retinuit titulum principis Regiae. In Germania Regum filiae principibus elocatae olim vocabantur Durchlauchtigste, aut Durchlauchtige aus Königl. Stande gebohren, vtpote in diuisione hereditatis Friderici Marchionis Brandeburgici de A. 1507. So haben wir auch die Hochgebohrne Fürstin vnser lieb Gemahl Frau Sophia gebohrne von Königl. Stamm zu Pohlen: *** Simile hodie adhuc vsitatum esse nouimus, quod femina Regii sanguinis, nubens principi, vocari soleat Königl. Hoheit, femina principum sanguine progenita nubens Comiti, retineat titulum serenissimae, Durchlaucht. **** Singulare

* *Reponse aux questions d' vn Provincial Chap. 94.* haec refert ex VARILLAS *practique de l' Education des Princes.*

** IOINVILLE *Chronique de Louis* Chap. XXII.

*** SPRINGSFELD de *Apanagio* C. III. n. 13.

**** Illud vero hic obseruatu dignum, a dignitatis aequalitate ad praerogatiuam loci consequentiam non admitti, sicuti nec a praecedentia ad inaequalitatem dignitatis argumentum valebit. Ita cum principis vxor

lare est, quod Catharinae Brunsuicensi, quae primo matrimonio Io. Ernesto duci Brunsuico. Lüneburgico iuncta, altero Philippo Schwartzburgico comiti nupserat, propterea a Wilhelmo duce Saxoniae dignitas principis sit denegata. Ast singulares sub fuerunt rationes, et ipsa se scripsit: Herzogin von Braunschweig und Lüneburg, huncque titulum ab aliis accepit, ita vt hoc ad exemplum non sit trahendum.

§. XXXIII.

An illustris vxor marito minus illustri nubens, maritum ad illustrem euehat dignitatem? sunt qui affirmant, sunt alii qui negant. Nos distinguendum censemus inter vxorem, quae iuris est supremi et eam, quae superiorem agnoscit imperantem. Si vxor summo praeest imperio, illa vi summae, qua gaudet, potestatis nobilitare et sic quoque superiorem concedere potest nobilitatem, modo huiusmodi matrimonio pacta non obstent conuenta, regnique consuetudines. In Scotiae Regno MARIA Henricum Darlaeum ad Ducis Rothelagi et Rossiae comitis dignitatem euexit (§. XXIII.) LIBVSSA Bohemiae ducissa, Primislao rustico nubens, eundem Bohemiae ducem fecit:* De Regno Neapolitano scribit BALDVS:** *si Regina Apuliae nubat cuidam simplici nobili, is nominatur Rex.* Angliae Regina ELISABETH II. tractatibus matrimonialibus cum Francisco Alengonio d. XI. Iunii MDLXXXI. conclusis, dignitatem titulosque Regis Angliae futuro concessit marito, licet sibi potestatem reseruaret Regiam

vxor alterius principis vxori domi suae loco cedit, filiabus non maritatis eundem honorem non exhibet. Filiabus itaque principum, comitibus nuptis, loco non cessisse principes vxores vel viduas, obseruauit de LVDOLFF *de iure femin. illustr.* p. I. §. XIV. p. 28.

* AEN. SYLVIUS *hist. Bohem.* C. VI.

** in cap. *significauit* X. de *Rescriptis.*

filles de France, n' y les autres Princesses poür eté mariées a gens de moindre qualité, pour ce que la principalité est vne qualité par dessus toutes les autres, qui met ceux, qui en sont tittrez en vn rang separé des autres hommes parmi les quels ils ne rentrent iamais. In Hispaniae regno Germana de Foix Ferdinandi Catholici vidua, Ferdinando Calabriae principi licet nupta, Reginae tamen retinuit dignitatem, de quo BAYLE: * *le Roy Catholique approuua cette proposition et Chieures eut ordre de sa Maiesté d' en parler aux deux parties. Le Duc en fut raui et la Reyne n' y trouua point d' autres difficulté, que celle de la crainte de perdre son rang. Mais on y remedia, en lui promettant de le conseruer et l' expedient dont on vsa pour cela fut, que le Roi catholique assista aux noces et apres qu' elles furent faites, il traita Germaine de Reine et du mere comme il faisoit auparauant.* De Anglia idem notum est. Sic tempore S. Ludouici, comitis Marchiae vxor nomen Reginae tuebatur, idque eam ob causam, quod prioribus nuptiis Angliae Regi nupta fuerat: ** Sic quoque Caroli I. M. Britanniae Regis filia, principi Auriaco desponsata, retinuit titulum principis Regiae. In Germania Regum filiae principibus elocatae olim vocabantur Durchlauchtigste, aut Durchlauchtige aus Königl. Stande gebohren, vtpote in diuisione hereditatis Friderici Marchionis Brandeburgici de A. 1507. So haben wir auch die Hochgebohrne Fürstin vnser lieb Gemahl Frau Sophia gebohrne von Königl. Stamm zu Pohlen: *** Simile hodie adhuc vsitatum esse nouimus, quod femina Regii sanguinis, nubens principi, vocari soleat Königl. Hoheit, femina principum sanguine progenita nubens Comiti, retineat titulum serenissimae, Durchlaucht. **** Singulare

* *Reponse aux questions d' vn Provincial Chap. 94.* haec refert ex VARILLAS *practique de l' Education des Princes.*

** IOINVILLE *Chronique de Louis* Chap. XXII.

*** SPRINGSFELD de *Apanagio* C. III. n. 13.

**** Illud vero hic obseruatu dignum, a dignitatis aequalitate ad praerogatiuam loci consequentiam non admitti, sicuti nec a praecedentia ad inaequalitatem dignitatis argumentum valebit. Ita cum principis vxor

lare est, quod Catharinae Brunsuicensi, quae primo matrimonio Io. Ernesto duci Brunsuico. Lüneburgico iuncta, altero Philippo Schwartzburgico comiti nupserat, propterea a Wilhelmo duce Saxoniae dignitas principis sit denegata. Ast singulares sub fuerunt rationes, et ipsa se scripsit: Herzogin von Braunschweig und Lüneburg, huncque titulum ab aliis accepit, ita vt hoc ad exemplum non sit trahendum.

§. XXXIII.

An illustris vxor marito minus illustri nubens, maritum ad illustrem euehat dignitatem? sunt qui affirmant, sunt alii qui negant. Nos distinguendum censemus inter vxorem, quae iuris est supremi et eam, quae superiorem agnoscit imperantem. Si vxor summo praeest imperio, illa vi summae, qua gaudet, potestatis nobilitare et sic quoque superiorem concedere potest nobilitatem, modo huiusmodi matrimonio pacta non obstent conuenta, regnique consuetudines. In Scotiae Regno MARIA Henricum Darlaeum ad Ducis Rothelagi et Rossiae comitis dignitatem euexit (§. XXIII.) LIBVSSA Bohemiae ducissa, Primislao rustico nubens, eundem Bohemiae ducem fecit: * De Regno Neapolitano scribit BALDVS: ** *si Regina Apuliae nubat cuidam simplici nobili, is nominatur Rex.* Angliae Regina ELISABETH II. tractatibus matrimonialibus cum Francisco Alengonio d. XI. Iunii MDLXXXI. conclusis, dignitatem titulosque Regis Angliae futuro concessit marito, licet sibi potestatem reseruaret Regiam

vxor alterius principis vxori domi suae loco cedit, filiabus non maritatis eundem honorem non exhibet. Filiabus itaque principum, comitibus nuptis, loco non cessisse principes vxores vel viduas, obseruauit de LVDOLFF *de iure femin. illustr.* p. I. §. XIV. p. 28.

* AEN. SYLVIVS *hist. Bohem.* C. VI.

** in cap. *significauit* X. de *Rescriptis.*

filles de France, n' y les autres Princeſſes poir eté mariées a gens de moindre qualité, pour ce que la principalité eſt vne qualité par deſſus toutes les autres, qui met ceux, qui en ſont tittrez en vn rang ſeparé des autres hommes parmi les quels ils ne rentrent iamais. In Hiſpaniae regno Germana de Foix Ferdinandi Catholici vidua, Ferdinando Calabriae principi licet nupta, Reginae tamen retinuit dignitatem, de quo BAYLE: * *le Roy Catholique approuua cette propoſition et Chieures eut ordre de ſa Maieſté d' en parler aux deux parties. Le Duc en fut raui et la Reyne n' y trouua point d' autres difficulté, que celle de la crainte de perdre ſon rang. Mais on y remedia, en lui promettant de le conſeruer et l' expedient dont on vſa pour cela fut, que le Roi catholique aſſiſta aux noces et apres qu' elles furent faites, il traita Germaine de Reine et du mere comme il faiſoit auparauant.* De Anglia idem notum eſt. Sic tempore S. Ludouici, comitis Marchiae vxor nomen Reginae tuebatur, idque eam ob cauſam, quod prioribus nuptiis Angliae Regi nupta fuerat: ** Sic quoque Caroli I. M. Britanniae Regis filia, principi Auriaco deſponſata, retinuit titulum principis Regiae. In Germania Regum filiae principibus elocatae olim vocabantur Durchlauchtigſte, aut Durchlauchtige aus Königl. Stande gebohren, vtpote in diuiſione hereditatis Friderici Marchionis Brandeburgici de A. 1507. So haben wir auch die Hochgebohrne Fürſtin vnſer lieb Gemahl Frau Sophia gebohrne von Königl. Stamm zu Pohlen: *** Simile hodie adhuc vſitatum eſſe nouimus, quod femina Regii ſanguinis, nubens principi, vocari ſoleat Königl. Hoheit, femina principum ſanguine progenita nubens Comiti, retineat titulum ſereniſſimae, Durchlaucht. **** Singulare

* *Reponſe aux queſtions d' vn Provincial Chap. 94.* haec refert ex VARILLAS *practique de l' Education des Princes.*

** IOINVILLE *Chronique de Louis* Chap. XXII.

*** SPRINGSFELD de *Apanagio* C. III. n. 13.

**** Illud vero hic obſeruatu dignum, a dignitatis aequalitate ad praerogatiuam loci conſequentiam non admitti, ſicuti nec a praecedentia ad inaequalitatem dignitatis argumentum valebit. Ita cum principis vxor

lare est, quod Catharinae Brunsuicensi, quae primo matrimonio Io. Ernesto duci Brunsuico. Lüneburgico iuncta, altero Philippo Schwartzburgico comiti nupserat, propterea a Wilhelmo duce Saxoniae dignitas principis sit denegata. Ast singulares sub fuerunt rationes, et ipsa se scripsit: Herzogin von Braunschweig und Lüneburg, huncque titulum ab aliis accepit, ita vt hoc ad exemplum non sit trahendum.

§. XXXIII.

An illustris vxor marito minus illustri nubens, maritum ad illustrem euehat dignitatem? sunt qui affirmant, sunt alii qui negant. Nos distinguendum censemus inter vxorem, quae iuris est supremi et eam, quae superiorem agnoscit imperantem. Si vxor summo praeest imperio, illa vi summae, qua gaudet, potestatis nobilitare et sic quoque superiorem concedere potest nobilitatem, modo huiusmodi matrimonio pacta non obstent conuenta, regnique consuetudines. In Scotiae Regno MARIA Henricum Darlaeum ad Ducis Rothelagi et Rossiae comitis dignitatem euexit (§. XXIII.) LIBVSSA Bohemiae ducissa, Primislao rustico nubens, eundem Bohemiae ducem fecit:* De Regno Neapolitano scribit BALDVS:** *si Regina Apuliae nubat cuidam simplici nobili, is nominatur Rex.* Angliae Regina ELISABETH II. tractatibus matrimonialibus cum Francisco Alengonio d. XI. Iunii MDLXXXI. conclusis, dignitatem titulosque Regis Angliae futuro concessit marito, licet sibi potestatem reseruaret Regiam

vxor alterius principis vxori domi suae loco cedit, filiabus non maritatis eundem honorem non exhibet. Filiabus itaque principum, comitibus nuptis, loco non cessisse principes vxores vel viduas, obseruauit de LVDOLFF *de iure femin. illustr.* p. I. §. XIV. p. 28.

* AEN. SYLVIVS *hist. Bohem.* C. VI.

** in cap. *significauit* X. de *Rescriptis.*

am, prout habent verba: * *Et d' autant que de la part du dit tres illustre Duc esté demandé, et que telle a touiours eté sa pensée, intention et volonté, que incontinent apres le dit mariage consomme il soit couronné comme Roi d' Angleterre, et jouisse de la dite participation d' honneur, tant et durant et constant ledit mariage qu' iceluy dissolu, memement, pendant le temps du Gouuernement du Roiaume en la minorité des Enfans, qui issiront du dit mariage: ladite serenissime Reine promet proposer la dite demande aux trois Etats de son Roiaume, qui seront assemblez au prochain Parlement, a la premiere semaine de la seance iceux:* - - enuers lesquels Etats ladite serenissime Reine promouuera de tout son pouuoir, qu' auec le consentement du dit Parlement, le dit tres-illustre Duc, apres le mariage consommé, iouisse de la surdites demande. Ast hoc non procedit, si vxor illustris alterius subest imperio. Non enim matrimonium, sed aut natiuitas aut summus imperans, omnium fons dignitatum, illustrem confert splendorem, nisi forsan consuetudine receptum, vt maritus illustris feminae dignitatem participet, prout apud Neapolitanos vetus inoleuit consuetudo, vt vir comitissae inter comites sedeat, licet vel maxime a natiuitate comes non sit. **

§. XXXIV.

Ast quanam conditione liberi illustri ex femina editi habeantur, et an venter nobilitet valde disceptatur? Gentium moribus omnino clarum est, matris quoque splendorem liberos participasse. Sic enim de Romanis TACITVS: *** *omnium ore Rubellius Plautus celebrabatur, cui nobilitas per matrem ex Iulia Drusi filia familia.* De Ottone Imp. dicit EVTROPIVS, **** quod materno genere nobilior fuerit, quam pa-

* apud du MONT *corps diplomatique* Tom. V. P. I. n. CLXXXI. p. 406.

** PAVL. CHRISTINAEVS *iurispr. heroic. Art.* I. d. 46.

*** *Annal. lib,* XIV. *c.* XXII.

**** *lib.* VII. *c.* XI.

paterno. Quare etiam SVETONIVS, * de ipso: *Pater L. Otto materno genere praeclaro multarum et magnarum propinquitatum.* De Macrino iuniore dicit TREBELLIVS POLLIO, ** *quod fuerit matre nobili, patre tantum forti et ad bellum parato, atque ab vltima militia in summum perueniente ducatum et splendorem sublimem.* Hinc etiam VIRGILIVS: ***

Genus huic materna superbum
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat;

Et OVIDIVS: ****

Hinc fuit Euander, qui quanquam clarus vtroque,
Nobilior sacrae sanguine matris erat.

Hinc etiam saepius materna insignia a liberis praeferri videmus, idque ob successionem maternam, de quo CLAVDIVS FAVCHET: ***** Ce que l' on dit estre adueni à plusieurs qui pour estre heritiers de plus riches, ou nobles maisons que celles de leurs peres, ont chargé les armoiries de leurs meres comme est assez commun en Espagne.

§. XXXV.

Excipiuntur etiam Iure Romano foeminae Ilienses, Delphicae, atque Ponticae, quibus ex singulari priuilegio fuit concessum, vt liberi illarum sequantur matris conditionem. Sic enim VLPIANVS: † *Municipes facit pater, non mater.*

 Nisi

* *Vit. Ottonis ineunte.*

** *Triginta Tyrannis c.* XIII.

*** *II. Aeneidos.*

**** *II. Fastorum.*

***** *lib. I. de l' origine des armes.* *Adde* CHRISTINAEVM *Iurisprud. Heroica p. 134.*

† L. i. π. ad *Municipalem.*

Nisi materna origo munita priuilegio. Vt puta Iliensibus est concessum, vt qui matre Iliensi est, sit eorum municeps. Etiam Delphis hoc idem tributum. Etiam Ponticis hoc ex beneficio datum. Id quod ad vulgo quaesitos quidam, sed falso restringunt. Et IVLIANVS caesar rescripsit: *Eos indulserunt veteres Principes ex materno genere curialibus Antiochenis adscribi, quos patris conditio* * *nullius vindicaret iuri ciuitatis.* Apud *Lycios* illud peculiare, quod a matribus filii sibi nomina induant. Et si quis obuium percunctetur, quisnam sit, quaue familia patris, a matribus, auiisque protinus genus suum repetet. Adde, quod si qua ingenua seruo nupserit, liberi, qui ex his suscipiuntur, ingenui existimabantur: sin autem vir ingenuus, et quidem inter eos primarius, vxorem duxerit externam, aut pellicem, suscepti ex his liberi reputabantur minime ingenui. Similem legem apud *Xanthos* esse, vt non a patribus, sed a matribus nomina sumant, tradit PLVTARCHVS: ** Id vero exinde ortum esse videtur, quod apud eosdem viri vxorum imperio parebant, vt scribit Heraclides, vel quod ad familiae certitudinem facere videretur. In Hispania quoque atque Gallia, aliisque Regnis atque Prouinciis obtinere, HÖPPING, *** et TIRAQVELLVS, **** tradunt, vt liberi matrum nobilium denominationem adsumant, vt ideo dictum sit, *ventre annoblit.* Idem apud *Andegauienses* consuetudine esse introductum tradit RENATVS CHOPPINVS.***** Idem *Pictaviensium* legibus fuit statutum. ****** *Si aucun roturier prend femme noble, les enfans succederent a celuy, qui sera*

* *l. 22. C. de Decurionibus, l. 1. ff. ad Municipalem et ibi commentatores et* GVNDLING. *an nobilitet venter? Cap. III. §.* XI.

** *de virtutibus mulierum* p. 248.

*** *de Iure Insignium c. VII. §. 11. n. 87.*

**** *de Nobilitate c.* XIX. §. XXV.

***** *in LL. Andium, L. II. C. 3. n. 14. 15.*

****** *LL. Pictaviensium, Art. 286.*

sera noble. Apud Andegauenses, Campanos, Trecenses, Senonenses, Clauimontanos, Meldenses, idem consuetudine obtinet. Sic enim de Campanis FRANCISCVS CONANVS. * *Male Campani vicini nostri, qui nobilitatem etiam a matre sibi sumunt, patre licet ignobili. Sed sic est vsus. Eam illi causam adferunt, quod attrita quondam bellis multis et pene exhausta eorum nobilitate conuentum fuisset, vt matre nobili natus, quanquam patre plebeio, splendorem generis consequeretur. Quod ipsis nobilibus in bonum conuertit. Parua enim dote possunt filias ditissimis ex plebe hominibus collocare, nobilitatis cupidissimis. Ego autem existimo, nobiles eorum esse, qui olim erant liberi.* Potius vero PAVLVS CHRISTIANAEVS, ** hanc adfert rationem, *quod post magnam nobilium Campanorum in fossis Iannensibus prope Brayam cladem, Comes Campaniae ipsorum viduis concessit facultatem, matrimonium cum ignobilibus, dato priuilegio, quod venter nobilitaret; ex quo priuilegio dictae viduae plebeiis, aut in perpetua viduitate consenescere, quam ignotis, aut extraneis procis adhaerere maluerunt.* Eadem ratione CAROLVS LOYSEAV *** scribit: *Vrai est, que les coustumes de la Prince de Champagne, a scauoir Troyes, Sens, Meaux, Chaumont, Vitry portent expressement: que pour estre noble il suffist d' estre descendu de mere noble.* Auctor iste hoc priuilegio tribuit Caroli Calui, ob sexus sequioris in proelio ad Fontanaium fortitudinem et virtutem. Eandem rationem affert THIERRIAT ita differens: *Cette coustume se glissa parmy la Champagne, aprés la Bataille de Fontenay pres d' Auxerres entre Charles le Chauue et ses freres ou la plus part de la noblesse de Champagne fut tuée et furent données lettres de priuilege aux Dames et Demoiselles, de pouuoir donner leur noblesse a leurs enfans, encore que leurs marys ne fussent nobles.* Addit tamen, hoc priuilegium postea fuisse abolitum, dum ita pergit: *Il est aduenu que la cour recognoissant le remplacement*

* *in Comment. iuris, L.* XII. *C. II.*

** *LL. Pictauiensium art.* CCLXXXVI.

*** *in libro des ordres de simples Gentil hommes chap. V. p. 55. 56.*

cement de noblesse assez suffisant en la Champagne, a coupé la broche à toutes mesailliances par l' abolissement de ce priuilege. * Sic etiam PERE DANIEL: ** *Selon les anciennes coûtumes de Champagne le ventre, c' est à dire la mere, annoblit les enfans, quoique le pere soit roturier et l' on prétend que cette Coûtume a tiré son origine de cette bataille, où il périt tant de Noblesse de cette Province, qu' il n' en restoit presque plus pour perpétuer les Familles Nobles et que ce fut pour y suppléer et remplir le corps de la Noblesse, que ce priuilege fut accordé aux femmes nobles:* Idem adserit BOCQVETVS *** ita scribens: *Et pour le iour d' huy on n' a point d' egard aux dites coûtumes et on tient pour certain en France; que le ventre annoblit point: tellment qui sont issus de pere roturier et de mere noble, sont roturiere s' ils n' ont obtenu arrest de cour des aides*: Contrarium tamen scilicet hanc consuetudinem adhuc durare vult EXPILLY. ****

§. XXXVI.

Apud *Calecutios*, Indiae populos, Reges etiamnum ac Patricios, quos Nairas ipsi appellant, vix vnquam suos imperii, aut bonorum, sed nobilium foeminarum liberos, etiamsi spurii fuerint, haeredes habere, auctor est IO. BODINVS: ***** Quod sic supra dictus EXPILLY, ex OSORIO, ****** expressit: *Le Naires Gentilhommes de Calecut sont touiours heritiers les enfans de leurs soeurs, et non les leurs, pource qu' ils ne scauent si ceux que leurs femmes leur ont faits, sont à eux, et ils sont au moins asseurees, que ceux de leurs soeurs les touchent de cette costé là.* Sic etiam IVSTVS LIP-

* *à la Noblesse I. part. n. 16.*

** *Histoire de France Tom. I. p. 661.*

*** *du droict de Francs fiefs p.* XII. *c.* XI. *n. 4. sq.*

**** *en son plaidoy, I. n. 25. sqq.*

***** *de Republ. lib. I. c. III.*

****** *de Regn. Portug. lib. II.*

LIPSIVS, * *idem* de septem primariis *Louaniensium familiis adserit, quibus tradit ius esse, vt nobilitatem per foeminas transmittant, et quidem sic, vt si quis plebeius, aut impar, talem nobilem ducat, liberi e tali coniugio nati habeantur nobiles, et senatoria atque alia munia vsurpent;* Licet CHRISTINAEVS ** auctor sit, *quod mater ex tali natiuitate, non aliud transmittat in liberos, quam priuilegium, quo habiles redduntur, vt possint deseruire officium Magistratus, seu Decurionum, et alia id genus munia, ad quae nemo nisi ex hac Patricia familia ex aliquo latere paterno, vel materno, oriundus, venit admittendus.* In *Hispania* quibusdam familiis idem ius est indultum, sicuti de *Antonia Garsia Taurinensi* iure Hispanico fuit cautum, vt descendentes, tam ex masculis, quam ex foeminis dictae *Antoniae*, matris gaudeant priuilegiis. *** Immo in Hispania moris esse, vt in masculorum defectu foeminae quoque conseruent et tueantur nomina et insignia familiae, tradit *Burgensis* SALON **** Idemque in multis *Italiae* locis conseruari referunt *Scriptores*, ***** Idem contigisse in filiis *Mariani* BOFFAE, Doctoris Legum, qui nominatur de domo Standensi, respectu matris, testatur MATTHAEVS DE AFFLICTIS. † Quamuis eiusmodi consuetudines plurimum oppugnet, IO. BODINVS. †† Limitatur etiam praefata assertio, si ex singulari Imp. privilegio liberis concedatur, vt maternam prosapiam, nomen atque titulum adsumant, id quod accidere solet, quando familiae illustris de Republica bene merita in foemina defineret, vt memoria per nuptias ab interitu vindicaretur. †††

§. XXXVII.

* *in Louanio, L. II. C. 3.*

** *Iurisprudent. Heroica, Lib. I. §. LI.*

*** MYLER AB EHRENBACH, *c. V. §.* XXXV.

**** *Consf.* XXIX. *n. 73.*

***** HÖPPINGK *de iure insignium c. VII. n. 50.*

† *ad §. mulier n. 1. Lib. II. F.* XXVI.

†† *de Republ. lib.* VII. *n. 738.*

††† ALPH. CARNALZA, *de partu c. III. §. III. n. 17.* FRANCIS-

CVS

§. XXXVII.

Germani in propaganda quidem nobilitàte matris reſpexerunt natales, nobilitatemque, * aſt nunquam in ea fuere opinione, quod ſola matris nobilitas liberos nobilitet. Potius ad auorum imagines conſequendas in coniugibus ordinis paritatem ſemper deſiderarunt, liberosque ex impari matrimonio natos deteriorem ſequi conditionem ab antiquiſſimis crediderunt temporibus.** Hinc femina illuſtris ex illuſtrium ordine prognata viro nubens inferioris nobilitatis ſeu plebeiae conditionis non niſi liberos edit plebeios et inferioris ordinis nobiles. ***

§. XXXVIII.

Inde ſi forſan femina Regalia habeat feuda et viro inferioris ordinis nuberet, quaeri poſſet, an liberi exinde nati ſucceſſionis ſint capaces? Quod omnino negandum vedetur. Germani enim liberos ex inaequali prognatos matrimonio deteriorem ſequi conditionem ſemper voluerunt, et inde quae de, matrimonio inaequali illuſtr. virorum iam ſuperius diximus, quoque veniunt applicanda. Hinc liberi matre illuſtri et patre minus illuſtri geniti omnino ſucceſſionis in illuſtres dignitates, inſignia familiae et eis connexa feuda ſunt incapaces cap. I. II. ſect. I. §. 31. fieri tamen poſſunt capaces per imperatoris et agnatorum conſenſum cap. II. Sect. I. §. 42. In minoribus feudis et allodio illuſtri feminae liberos ſuccedre inaequales, indubitati eſt iuris. CAP. IV.

CVS AB AMAYA *ad Leg. Exemplo 38. n. 58. C. de decurionib.* NOLDEN *de Nobilitate c. XI. n. 21. ſqq.* MYLER AB EHRENBACH *c. V. §. XXXV.*

* vide Cap. II. Sect. I. §. 23.

** vide Cap. II. Sect. I. §. 31.

*** De hac quaeſtione inter ſe concertarunt GVNDLINGIVS et de LVDEWIG. Hic in diſſ. *de differentiis iuris Roman. et Germanici. in dignitate vxoria contendit.* ventrem nobilitare, quam tamen ſententiam GVNDLING in diſſertat. *an venter nobilitet?* prolixe refutauit.

CAPVT IV.

DE MATRIMONIO INTER PERSONAS DIVERSAE RELIGIONIS.

SVMMARIA.

§. I.

Iure naturali nuptiae cum personis diuersae religionis non sunt illicitae.

§. II.

Iure diuino positiuo et quidem V. T. sunt permissae.

§. III.

Quod et in *nouo testamento* haud mutatum est.

§. IV.

Iure Rom. nuptiae cum Iudaeis, ast non cum aliis diuersae religionis prohibitae videntur.

§. V.

Ius vero *Canonicum* nuptias cum infidelibus non permittit.

§. VI.

In *Germania* non tolerantur nuptiae inter personas vnam ex receptis religionibus non profitentes.

§. VII.

Ast licitae sunt nuptiae inter Lutheranos, Catholicos et reformatos.

§. VIII.

Non desunt rationes, quae matrimonia cum personis diuersae religionis suadent.

§. IX.

Ast fortiores sunt, quae illas dissuadent.

§. X.

Quomodo sibi consulere possint matrimonia ineuntes cum personis diuersae religionis.

§. XI.

Inter exempla huiusmodi matrimoniorum media aetate sunt nuptiae *Cosrois* R. Persarum, *Siram* ducentis.

§. XII.

Clodouaeus Ethnicus *Chrotildem* Christianam duxit.

§. XIII.

Alphonsi V. Legionis R. soror *Abdallae* Maurorum R. nupsit. *Ingundis* cum *Ermenigildo* Gothorum R. Arrianae sectae nuptias init.

§. XIIII.

Stephanus Hung. R. Henrici III. sororem *Giselam* matrimonio ducit et Christianam profitetur religionem.

§. XV.

Exempla graecorum imperatorum, qui ex occidentali ecclesia feminas quaesiuerunt.

§. XVI.

Margaretha Henrici III. Gall. R. filia Catholica inuita coacta est ad nuptias *Henrici* Nauar. reform. relig.

§. XVII.

Iacobus Stuartus filio Carolo I. nuptias quaerit cum *Maria* Philippi III. Hisp. R. filia, et obiectiones Kheuenhulleri contra hocce matrim:

§. XVIII.

Ast postea Henrici IV. G. R. filiam *Henr. Mariam* duxit.

§. XVIIII.

Carolus II. R. Ang. matrimonio sibi coniunxit *Catharinam* Lusitanicam R. P. filiam.

§. XX.

Philippo duci Aurelianensi nuptum dabatur *Elisab. Charlotta* Palatina, quae auitis sacris repudium misit.

§. XXI.

In Polonia *Hedwigis Iagelloni* Lithuan. principi nubit; qui tamen sacris Christ. accedit.

§. XXII.

In Suecia *Ioannes* III. cum *Catharina* Polonica, Romano-Catholica nuptias celebrat, quae tamen *Sigismundo* filio fuere infaustae. Christianus II. Daniae R. vxorem habuit Isabellam Austriacam.

§. XXIII.

De *Eman.* Proregis Indiarum matrimonio cum *Aemilia,* Mauritii principis Arausion. sorore hic agitur, qui hae vxore e viuis sublata, *Louisam Osoram* illustri Hispania stirpe natam, sibi consortem vitae esse voluit.

§. XXIV.

Ex Ducibus *Henricus* D. Lothar. catholicus *Catharinam* Borbon. sibi sociauit.

§. XXV.

De matrimonio inter *Io. Frider.* I. elector. primogenitum Io. Frid. II. seu medium atque *Eleonoram* Ferdin. I. Reg. Rom. filiam saepe agitatum, ast res successu caruit. De aliis nuptiis huius principis.

§. XXVI.

Philibertus Badensis *Mechtildem* Bavaricam Cath. vxorem eligebat.

§. XXVII.

Wolfgang Wilhelm Neob. vxorem *Magdal.* Guilielmi ducis Bav. III. filiam habuit.

§. XXVIII.

Ioannem Im. principem Nassov. in castra pontif. transiisse vxoris suae *Arenbergicae* adiutorio constat.

§. XXIX. - XXXVII.

Varia exempla Germanorum principum, qui sibi matrimonio personas diuersae religionis iunxerunt.

§. XXXVIIII.

Caroli VI. nuptiae cum *Elisabetha Christina* Brunsuicensi, quae Augustanam cum Catholica mutauit religione.

§. XXXIX.

Nuptiae *Charlottae Christinae Sophiae* Brunsuicensis cum *Alexio Petrowiz* Russorum principe.





CAP. IV.

CAPVT IV.

DE

MATRIMONIO INTER PERSONAS DIVERSAE RELIGIONIS. †

§. I.

Quemadmodum omne id iustum est, quod τὸ suum aliorum non violat, ita quoque nuptias inter personas diuersae religionis iustas esse, minime poterit dubitari. Dum enim personae diuersae religionis inter se matrimonia contrahunt, exinde aliis nec laesiones oriuntur, nec eorum τὸ suum violatur, et hinc legi naturae huiusmodi nuptiae haud sunt contrariae. Deinde nec fini matrimonii nuptiae cum personis diuersae religionis contrariantur. Diuersae enim religionis personas, sobolem procreare, illam educare, sibique mutuo adsistere posse quis dubitabit?

§. II.

IVRE DIVINO POSITIVO nuptiae inter personas diuersae religionis variis interdicuntur locis. Sic Deut. VII. v. 3. *Ne affinitatem cum gentibus contrahitate, aut filias vestras illorum filiis ducendo, aut illorum filias vestris filiis coniungendo.*

 Et

† Hanc materiam varia illustrant scripta. FRANCISCVS DVYSSELDORPIVS *de matrimonio non incundo cum iis, qui extra ecclesiam sunt* Antw. 1636. 8vo L. B. de LYNCKER in diss. *de eo quod iustum est circa personas diuersae religionis.* IO. AD. GREGOROVII diss. *de matrimonio personarum diuersae religionis.* FRID. BEN. CARPZOV. binis dissertationibus Witebergae 1735. ventilatis *de eo quod iustum est circa nuptias personarum diuersae religionis*, quarum priori *quid iustum*, alteri *quid consultum* sit in huiusmodi nuptiis, pertractavit. Adde ALBERICVM GENTILEM *de nuptiis* Lib. II. c. XX. et GEORGII NIC. OCKELII diss. *de matrimonio cum infideli* Rostochii 1706.

Et alio loco: * *Si cum reliquis his nationibus, apud vos relictis, cohaeseritis, cumque eis connubia miscueritis et mutuam habeatis necessitudinem, scitote, Iebouam Deum vestrum non iam vobis istas omnes nationes expulsurum esse, sed eas vobis fore tanquam decipulam quandam, et obicem et laterum stimulum et ad oculos spinas, vsque dum auferamini ex hac tam bona terra, vobis a Iebova Deo vestro data.* Et MALACHIAS conqueritur: ** *Proditor est Iudaeus, fitque nefas in Israelitis ac Hierosolymis siquidem profanat Iudaeus sanum Dei quod amauit, peregrinique Dei puellam maritat. Euertet Ieboua virum, qui id fecerit.* Hasce prohibitiones licet sint, qui vniuersales esse credant, *,* ex ipsa tamen textuum collatione satis clare patet, illos solas Iudaeorum cum incolis Canaae, Hettaeis nempe, Gergesaeis, Amorraeis Chananaeis, Pheresaeis, Hetaeis et Iebusaeis, interdicere nuptias, et sic particulares esse prohibitiones: Quod et exinde perspicuum est, quod nuptiae cum Edomitis, Egyptiis et Persis fuerint permissae. † Confirmant idem exempla. Sic Iacobus Patriarcha Labani, qui idololatra fuit, †† filias Leam atque Rahelem duxisse satis constat. Aegypti proprinceps Iosephus, a Pharaone Rege Asnath Potipherae Pontificis Heliopolitani filiam, obtinuit vxorem. ††† Moses, Hebraeorum legislator, Ziporam, Pontificis Medianitarum Iethronis filiam duxit vxorem. †††† De Dauide dicit Samuel, quod vxorem

* Iosua 23. v. 12. et. 13. cum quo conferatur Exod. 34. v. 16.

** C. II. v. 11. 12.

, SPENERS *leztes Theol.* Bedencken P. II. p. 235. GERHARDVS *de coniugio* §. 393. p. 585.

† HEINR. ARNISAEVS de *iure connub.* p. 283. n. 13. 13. et CARPZOV. diss. *de nuptiis diuersae religionis p. 30.*

†† prout patet Exod. 29. v. 16.

††† Genes. 41. v. 45.

†††† Exod. II. v. 21.

vxorem habuerit Moacham Thalmai Regis Gesuris filiam; † Salomon, Pharaonis Aegyptii filiam sumsit in matrimonium. †† De Ahasueri Xerxis matrimonio cum Esthera Ebraea satis constat. ††† Haecce matrimonia, licet cum infidelibus contracta, nusquam in sacris litteris leguntur improbata.

§. III.

Deinde qui nuptias cum personis diuersae religionis initas licitas esse negant, ad noui quoque foederis textus prouocant, eamque in rem afferunt verba PAVLLI: * *Vxor alligata est matrimonio quamdiu viuit maritus eius, quod si dormierit maritus illius, libera est ad cui velit nubendum*, MODO IN DOMINO. Ast verba, *μόνον ἐν κυρίῳ, modo in domino*, quae valde exagitant contradicentes, non idem denotant ac nubere personae suae religionis, sed innuunt potius, matrimonia in Dei nomine esse ineunda, ac sancta nec profana seu libidinosa esse debere, quod omnino et inter personas diuersae religionis fieri posse, vix erit, qui neget. Deinde iterum verba PAVLLI afferunt, qui dicit: ** *Ne ducatis iugum cum incredulis: quod enim consortium Iustitiae cum iniustitia, aut quae communio lucis cum tenebris? aut quae concordia Christo cum Belial, aut quae pars fideli cum infideli.* Ast hic textus non de ciuili et sociali, sed potius de fidei communione intelligendus videtur. Si enim de ciuili et sociali communione intelligeretur, omne plane cum infidelibus commercium, omnia cum iis foedera, pactaque forent illicita. De matrimonio vero hunc textum plane intelligi non posse, monente ARNISAEO

 vel

† II. Sam. III. 3.
†† II. Reg. II. v. 1.
††† confer librum Esther.
* 1. Corinth. VII. v. 39.
** II. Cor. VI. v. 14.

vel exinde patet, quod in sequentibus Paullus iubeat, exire ab infidelibus et se separare ab iis, quod in matrimonio fieri, expresse prohibet ipse PAVLLVS.* Rursus alia PAVLLI verba afferunt haecce: *Haereticum hominem deuita*, ** exinde et nuptias cum haereticis vitandas esse concludunt. Ast de spirituali haereticorum fuga hic textus est intelligendus, prout ipse se explicat PAVLLVS, *** et eum interpretatus est GERHARDVS **** magni nominis theologus. Tandem Ioannis adducunt verba: ***** *Si quis venit ad vos, qui hanc doctrinam secum non ferat, eum in domum non recipite neque saluere iubete; qui enim saluere iubet, participat eius praua facta.* Si igitur alienae religionis homines non sunt recipiendi in domum, multo minus in societatem coniugalem eos esse recipiendos, argumentantur. Ast nec hunc textum generaliter esse intelligendum, vel exinde patet, quod ipse seruator officia amoris et charitatis disparis etiam religionis hominibus praestare expresse iussit, † nec omne consortium et cum infidelibus consuetudo est prohibita, sed illa solum, quae est coniuncta cum contemtu dei et aliorum scandalo. †† Ergo quoque Iohannis non omne cum diuersae religionis hominibus consortium interdicit, hoc enim idem esset, ac Christianos mundo exesse iubere, sed solum iubet ne iis aures prebeant, eorumque dogmata assumant, qui suis sint contraria. Potius non prohiberi Christianos infideles in lecto coniuges ferre, claris testatur verbis PAVLVS: ††† *Reliquis autem ego dico,*

non

* I. Cor. VII. v. 12.
** *in epistola ad Titum* III. v. 10.
*** I. Cor. V. v. 9. et 10.
**** *loco de coniugio* §. 682. p. 1135.
***** In epistola II. v. 10. et 11.
† Luc. X. v. 36. 37.
†† I. Corinth. V. 9. 10.
††† I. Corinth. VII. v. 12.

non dominus, si quis frater vxorem habet infidelem, et haec assentitur, vt habitet cum illo, ne dimittat eam. Et mulier, quae habet maritum infidelem et is assentitur, vt habitet cum illa, ne dimittat eum. Ex quibus abunde satis patet nec nouo foedere nuptias inter diuersae personas religionis esse interdictas.

§. IV.

Romanis, matrimonia in consortio omnis vitae, in diuini et humani iuris communicatione consistebant. Hinc vbi nulla diuinorum iurium et sacrorum communio, ibi nullae quoque nuptiae, et sic inter diuersae religionis personas nullae erant nuptiae. Posteaquam Christianorum sacris Romani accessere, nuptiae cum Iudaeis sub seueris prohibitae leguntur poenis. Exstat in hanc rem constitutio VALENTINIANI THEODOSII et ARCADII cuius haec sunt verba: * *Ne quis Iudaeus mulierem Christianam in matrimonium accipiat, neque Iudaeae Christianus coniugium sortiatur; neque si quis aliquid huiusmodi admiserit, crimen huiusmodi vicem commissi adulterii obtinebit, libertate in accusandum publicis quoque vocibus relaxata.* Ast hoc respectu Iudaeorum solum ex singularibus obtinuisse rationibus, quoad reliquos vero infideles religionis diuersitatem nuptiis impedimento haud fuisse, ex legibus ** aeque ac variis rationibus euincere conatur BACHOVIVS. ***

§. V.

Ast IVRE CANONICO eo minus dubium habet, quod abstinendum sit a nuptiis eorum, qui erroneam profitentur religionem. Clare hoc patet ex decreti verbis: *Caue Christiane Gentili aut Iudaeo filiam tuam tradere. Caue inquam gentilem aut*

* L. 6. C. *de Iudaeis.*

** L. 16. C. *de Episcopali audientia* L. 5. §. pen. C. *de sponsalibus.*

*** ad *Treutlerum* V. 2. d. b. th. 112.

aut Iudaeam atque alienigenam hoc est haereticam et omnem alienam a fide tua vxorem arcessas tibi. * et paulo post. *Non oportet cum hominibus haereticis miscere connubia et vel filios vel filias dare sed potius accipere.* ** Cum qua doctrina conciliorum quorundam canones consentiunt, collecti a GERHARDO.***

§. VI.

In Imperio nostro Romano Germanico non nisi tres illae religiones, Lutherana nimirum, reformata ac Catholica tolerantur, reliquae damnantur et ex imperio proscribuntur. Clara in hanc rem exstant pacis Religiosae verba **** Dass alle so obgemeltem beyden Religionen (nempe Catholicae et sub Lutheranis reformati comprehenduntur,) nicht anhängig, in diesen Frieden nicht gemeinet, sondern gänzlich ausgeschlossen seyn sollen. Eadem tabulae pacis Westphalicae disponunt ***** *sed praeter religiones super nominatas nulla alia in sacro imperio Romano recipiatur vel toleretur.* Ex legibus igitur Germaniae publicis non tolerantur nuptiae cum personis, vnam ex tribus receptis religionibus non profitentibus, initae, ast non eam ob caussam huiusmodi nuptiae non tolerantur, quod eas in se nullas seu iniustas crederent Germani, sed quia in imperio commorari non patiuntur personas religionem a tribus receptis diuersam profitentes.

§. VII.

Ast licitae in Germania sunt nuptiae inter personas, quae vnam ex tribus in S. R. I. receptis profitentur religioni- bus

* c. 15. C. 28. qu. 1.

** C. 16. C. 28. qu. 1.

*** *ad locum de coniugio* §. 388. p. 574. confer. quoque CARPZOVII diss. *de eo quod iustum circa matrimonium cum personis diuersae religionis.* C. VII.

**** de anno CIↃ IↃ LV. §. 4.

***** Artic. VI. fine.

bus, Catholicam nempe, reformatam aut Lutheranam. Ex pacis enim Westphalicae dispositione, qui vni ex tribus hisce religionibus accedunt, pro haereticis haberi non debent, et hinc, quae de haereticorum nuptiis vulgo afferuntur, ad matrimonia inter personas, vnam ex tribus hisce religionibus profitentes, applicari nequeunt. Deinde omnes, qui vnam ex hisce religionibus assumunt, tanquam vnius reipublicae ciues in S. R. I. tolerantur et proinde huc faciunt, quae plebeii contra patricios Romanos monuerunt: * *An esse vlla maior aut insignior contumelia potest, quam partem ciuitatis veluti contaminatam, indignam connubio haberi. Quid est aliud, quam exsilium intra eadem moenia, quam relegationem pati? Ne affinitatibus, ne propinquitatibus immisceamur, cauent, ne sanguis societur.* Tertio tam pace religiosa ** quam Westphalica Lutherani aeque ac reformati et Catholici iubentur, ea omnia facere, quae ad conciliandam amicitiam familiaritatemque inter tres receptas religiones facere possunt; debent tres religiones aequalibus frui iuribus et nulla pars aliquid suscipere, quod in alterius vergere possit contemtum, *** ast quae potest esse amicitia, si remedia ad illam conciliandam idonea, qualia nuptiae sunt, penitus interdicerentur? quae iurium esset aequalitas, si non aequo connubiorum iure receptae in Germania religiones fruerentur? qui tandem maior potest esse contemtus, quam coniugii societatem spernere? Quis igitur an nuptiae inter personas religionem toleratam profitentes licita sint, adhuc dubitaret? Tandem si et ipsae pacis Westphalicae tabulae nihil, quod ad hasce nuptias posset applicari, haberent, sufficeret, nuptias inter toleratarum religionum personas non prohiberi, sicque cessante prohibitione vigere libertatem.

§. VIII.

* apud *Liuium* lib. IV. c. IV.

** Art. 14.

*** Artic. I. Art. V. n. 2. 35. et alibi.

rentes non paciscuntur, educatio ex legum naturalium praeceptis vtrique parenti, patri aeque ac matri est relinquenda, ita tamen vt patri, tamquam familiae capiti, semper votum sit decisiuum. Patrem igitur tibi finge heterodoxum, et huncce liberos in erronea educare religione, nonne ob violata Deo liberisque debita officia quotidiani conscientiae morsus matrem, si quae ei est religio, cruciabunt? et quomodo tandem mater, de vera religione satis informata, coram Dei se excusabit tribunali, quod amore, quem ipsa indidit natura tenerrimum, neglecto, liberos, quorum salus praecipua eius cura esse debebat, erroneis religionis principiis educari permiserit? Et si quoque vel maxime patrem tibi fingis orthodoxum, nonne periculum est, fore vt liberis cum ipso lacte et prima educatione, matri relinquenda, erronea religionis maternae principia instillarentur. Sed dicis, his omnibus per pacta potest consuli. Finge igitur in pacto de liberorum religione esse cautum, tunc locum omnino habebunt illa DANHAVERI:* *Aut educatio tota orthodoxo, aut tota heterodoxo, aut dimidiate e. gr. puerorum orthodoxo, puellarum heterodoxae, per pacta connubialia permittetur. Si orthodoxo tota; periculosa est, saltem ob casum mortis praeuentaneae, ante solidam educationem accidentis. Qua enim conscientia abibit defuncturus a prole, quam suo vitio permittere cogitur disciplinae Allophylorum? si sola heterodoxa; heu vulnera conscientiae perpetua, toties viuacia, quoties natos intuetur candidatos vel potius sordidatos inferni, haeresin cum ipso lacte imbibentes, quos eripere nequit. Si dimidiate; dimidiatum est periculum et vulnus conscientiae mordens, vbi nondum cauterio obduruit.* Denique & tristissimi euentus fuere matrimonia cum personis diuersae religionis, omni licet adhibita diligentia inita. Sic Alphonsus Legionis Rex sororem Abdallae Maurorum R. in matrimonium dedit, ast erepta a Mauro pudicitia matrimonium est dissolutum. (§. XIII.) Henrici Nauarreni nuptiae cum Margaretha Catholica, et laniena Parisiensi, et dissidiis perpetuis, quas

diuortium

* *theol.-conscient.* T. I. P. II. qu. 20. fol. 693.

diuortium sequebatur, fuerunt infaustae. (§. XVI.) Caroli I. Angliae R. nuptiae cum Henrica Maria catholica non solum regem ad religionis mutationem commouerunt, sed quoque post innumeras exinde ortas in Anglia turbas, ei et regni et capitis iacturam conciliarunt. (§. XVII.) Carolus, praecedentis filius, Catharinam Lusitanam duxit, ast non sterile solum fuit hoc matrimonium, sed perpetuae quoque dissidiae inter coniuges fuere. §. XIX. Nuptiae Elisabethae Charlottae Palatinae, cum Philippo Aurelianensi sponsam non ad Catholicam solum religionem amplectendam commouerunt, sed quoque cruentas vastationes Palatinatui arcesserunt. §. (XXI.) Ioannis III. matrimonium cum Catharina Polonica, natum exinde filium Catholicae Religioni addictum Sigismundum a successione in Regnum Sueciae exclusit. (§. XXII.) quod et reliqua in sequentibus adducta confirmant exempla. Tandem si haec omnia ex matrimoniis cum personis diuersae religionis non euenirent, nemo tamen negabit, tutius omnino esse pericula euitare, quam eorum incerto se committere euentui, et melius omnino inter personas paris religionis, quam inter illos, quae diuersam profitentur, procedere educationem. Hinc cum vel ipsa recta ratio iubeat, vt bonum maius praeferamus minori, imo minus bonum respectu melioris tanquam malum agnoscat, satis certo argumentari licet, praeferendas esse nuptias cum personis suae religionis. Praecipue vero illustres hasce, quantum fieri potest, euitare debent nuptias. Recte enim de illis iudicat AVCTOR VITAE CAROLI LVDOVICI Palatini: * Ceux que la prouidence de Dieu place sur de thrones sont vus de loin, leurs exemple est contagieux, principalement s'il est mauuais: et ils sons responsables non seulement de leurs mauuaises actions, mais aussi de celles, qui se fonten les imitant.

* p. 103.

§. X.

Aſt ſuadent interdum et neceſſitas et ratio ſtatus nuptias cum perſona diuerſae religionis. Quo caſu et ſibi et liberorum educationi, quantum fieri poteſt, pactis eſt proſpiciendum. Prae caeteris vero coniungenda cum diuerſae religioni addicta perſona orthodoxa in vera fide fundetur, vt perſuaſionibus, ad falſam doctrinam ducentibus, valide reſiſtat nec facile ſeduci patiatur, deinde liberum ſibi ſuisque religionis exercitium et vt ceremoniarum ordinatio a ſe pendeat ſtipuletur. Tertio, iuramento promitat heterodoxa coniux, nec ſe nec ſuo permiſſu alium, perſuaſionibus ad ſeducendam coniugem orthodoxam eſſe vſurum, et tandem quoque orthodoxa coniux, vt ſibi liberorum educatio, donec ad diſcretionis annos venerint, permittatur, promitti, illamque poſt mortem non heterodoxo parenti, ſed aliis veram religionem profitentibus relinqui curet. Exemplo ſint pacta inter Carolum I. Angliae et Henricam Mariam de tolerantia religionis inita catholicae. (§. XVIII.) *

§. XI.

Ad exempla nunc progredior. De iis, quae in ſcriptura occurrunt ſacra, iam ſupra (§. II.) quod ad profana attinet media aetate non defuerunt Reges pagani, qui Chriſtianas ducerent vxores. In Perſarum Hiſtoria *Coſroes* Rex Perſarum *Siram* Chriſtianam duxit vxorem, de quo votum fecit ad Sergium Martyrem: ** *Etenim felicitatem meam interpretor, nomen meum in ſacris vaſis tuis conſpici, cum verſarer Berramis, oraui te,* vir ſancte, *vt me auxilio tuo adiuuares, et Sira conciperet. Et quanquam illa Chriſtiana eſſet, ego vero Graeco-*

rum

* Hae paragraphi a I. vsque ad X. ſunt editoris.

** THEOPHYL. SIMOCATTA. lib. V. c. XIV.

tio fiat religionis, ante quam illa sit matura viro. Posterius hoc valde fuit arcanum, et magno silentio tegebatur vtrinque, sic, vt ne Landgrauius quidem atque socii quicquam de eo scirent, nam acta res fuit a paucis consiliariis, et Caesar Granuellanum, Ferdinandus Hofmannum, Saxo Pontanum atque Burcartum adhibuit. Interim dum haec sponsalia sub conditione saltim fuerint contracta, post biennium Henricus II. tunc Galliae *Delphinus*, per Christophorum, Würtenbergensem Ducem, Herculis II. Ferrariensis Ducis filiam primogenitam *Annam*, Io. Friderici primogenito fecit offerri. Mater Renata Ludouici XII. Gallorum Regis filia, Herculi, Ferrariae Duci nupta, Evangelicae Religioni aures praebuerat, cui fauebant in aula, M. Antonius Flaminius MARCELLVS POLINGENIVS. Saxoniae vero Elector hanc conditionem oblatam non plane detrectabat, saltim Duci Würtenbergico significabat, se cum Ferdinando I. ratione filii sui, certa pacta iniuisse, a quibus ipsi sine Ferdinandi consensu cedere haut liceret, dum vero Ferdinandus sine dubio ad Comitia Ratisbonnam a. 1546. indicta venire debeat, se per legatos suos Caesaris atque Ferdinandi mentem velle explorare. Hoc facto, se cum Würtenbergico Duce super hoc matrimonio vberius acturum. Dum igitur in dictis comitiis Ratisbonensibus a. 1546. satis adpareret, nil nisi bellum esse expectandum, de matrimonio Austriaco non amplius cogitabat Elector, potius cum Würtenbergico de *Ferrariensi* matrimonio agebat. DELPHINVS etiam Io. Friderici effigiem non solum Ferrarum, sed etiam duos nobiles eo mittebat, nec alienos se gerebat Ducissa vna cum Ducis fratre, cardinale Ferrariense, in tantum vt etiam legatum Polonicum, qui principem Iuuenem pro filio regio peterent dimitterent. Euanuit tamen hoc negotium post cladem Mühlbergensem, atque princeps iuuenis Ferrariensis cum Francisco Guisio fuit maritata. Post Electoris liberationem a. 1553. Albertus Borussiae Dux e Marchionibus Brandenburgensibus

ex Sigismundi Augusti Poloniarum sororibus vnam Io. Friderico iuniori in matrimonium proponebat, respondebat tamen Elector: se prius cum Ferdinando super matrimonio Austriaco loqui velle. Dum igitur Elector Ferdinandi mentem exploraret, iste plane renuebat, eo quod de religione nondum fuisset compositum, atque status plane immutatus, et licet Albertus Dux Polonicum Principem denuo proponeret nihil tamen effecit, quin potius Io. Fridericus der Mittlere oder II. dictus a. 1535. Agnetem Mauritii Electoris viduam sibi matrimonio copularet. Hac vero circa anni dimidium defuncta, resuscitabat negotium Albertus, atque Io. Friderico non solum sed etiam fratri ipsius Ioanni Guilielmo denuo filias Polonicas proponebat, vtrisque tamen hoc matrimonium partim quod in communione adhuc viuerent, partim ob religionis diuersitatem recusantibus. Potius Io. Fridericus, cum fratris Io. Guilielmi consensu, ex rationibus politicis, vt vires attritas magis firmaret matrimonii Austriaci negotium resuscitabat, causamque per *Wilhelmum* Iuliacensem, qui Eleonorae Austriacae sororem *Mariam* habebat in matrimonio, agebat, Ferdinando tamen, tunc Caesare, renuente. Inde Würtenbergicus Dux per Petrum Paulum Vergerium, Lucretiam, Herculis II. Ferrariensis Ducis filiam secundo-genitam proponebat. Huius causa Lucam Tangelium ad Würtenbergicum et Vergerium Io. Fridericus Dux mittebat, vt de statu principis filiae, religionis fauore atque dote notitiam adquireret. Agitatum etiam per *Vergerium* fuit de matrimonio Polonico, atque inde impetranda successione in Regnum Polonicum, singula tamen Consilia penitus euanuerunt. *

§. XXVI.

* de his singulis IO. IOACHIMVS MÜLLERVS *Staats-Cabinet*, P. III. c. III. vberius agit.

§. XXVI.

PHILIBERTVS Badensis Marchio a. 1559. matrimonio sibi iunxit Mechtildem, Wilhelmi IV. Bauariae Ducis filiam, quae in religione Romana equidem permansit, concessit tamen, vt liberi ex eodem matrimonio in Euangelica religione educarentur, quo ipso eadem Religio in Badensi linea fuit introducta. *

§. XXVII.

Philippi Ludouici Principis Neoburgici filius natu senior WOLFGANGVS GVILIELMVS, vt partes suas in Iuliacensi successione magis firmaret, a. 1613. nuptias celebrauit cum *Magdalena*, Guilielmi Bauariae Ducis filia, nec multo post d. 15. Maii. anni sequentis 1614. neglecta Augustana, quam hactenus coluerat, confessione, Romano-Catholicam religionem amplexus est, et, Missa in parochiali templo Düsseldorpiensi magna solennitate celebrata, Eucharistiae Sacramentum, cum coniuge sua, more Pontificio accepit:** Hoc de matrimonio sic scribit PAVLVS PIASECIVS:*** *praecipue ibi pro iuliacensi haereditate distrahenda principes possidentes et viciniores nouis artibus certarunt, oborta suspicione de Wolfgango Wilhelmo Neoburgico principe, post connubium cum filia Ducis Bauariae, et Religionem Romanam Catholicam per ipsum susceptam, ne consentiret Hispanis, qui omnes modos potiundi illa Prouincia Iuliacensi, quaerebant.* Altera vero coniux, *Carolina Catharina*, Ioannis II. Bipontini Ducis filia, ipsi a. 1631. nupta a Catholicis, licet ab iis adhuc in mortis agone constituta valde agitaretur, nulla ratione a fide sua se abduci fuit passa.****

* conf. IMHOF. *Not. Proc. Imp. Lib. IV.* c. 8. n. II. p. 333.

** apud PAREVM Hist. Palat. p. 204.

*** *Chron.* p. 287. MERCVR. GALLO-BELGICVS Tom. X. lib. II. p. 50. HELVICVS V. B. p. 144. LVDOLPH XIV. B. c. II. n. 13. FRAGERS Histor. Eccles. lib. IV. c. II. n. 229. *Historie der Religions-Beschwerden* p. I. cap. III. §. XC.

**** IOANNIS Ap. *Poster.* p. 506.

§. XXVIII.

Ioannes Iunior Princeps Nassouius lineae Siegensis duxit a. 1618. in matrimonium Ernestinam Arembergicam, quae etiam maritum ad sacra Catholica permouit. *

§. XXIX.

Anno 1628. *Elisabetha Sophia*, Io. Georgii, Electoris Brandenburgici Filia, Ianuii Radziuilii vidua, *Iulio Henrico* Duci Saxo-Lauenburgensi fuit nupta neque religionem mutauit ** An. 1686. Francisci II. Ducis Saxo-Lauenburgensis filia, Hedwigis Maria, Hannibali Gonzagae S. R. I. Principi fuit elocata. ***

§. XXX.

Anno 1639. *Io. Anton. Eggenbergius* Princeps duxit in matrimonium Annam Mariam Christianam, Brandenburgici Marchionis filiam, tamen in Religione Evangelica constantissima, de qua IO. WOLFGANG RENSH **** und ist die Durchlauchtigste Fürstin in den Wittben-Stand Asylum Vngariae gewesen, derer man es nechst Gott allein zu dancken, dass das Exercitium August. Confessionis in König-Reich erhalten worden, nachdem sie ihre Wohnung in Oedenburg genommen, und durch vielerley Handlungen am Käyserlichen Hoffe und Intercessions theils durch ihre abgeordnete, theils durch die vnirte hohe Häuser Sachsen und Brandenburg die Sache recommendiret.

§. XXXI.

* IMHOF. lib. V. cap. V. p. 426.

** IMHOFF. lib. IV. c. X. de Duc. Saxo-Lauenb. n. II. RENSCHENS *Brandenburg Cedernhayn*. pag. 476.

** c. I. n. 9. p. m. 286.

*** *Brandenburg. Cedernhayn*, p. 721.

§. XXXI.

Die VIII. Maii 1646. *Ericus Adolphus* Comes in Salm-*Bedbur*, matrimonium contraxit cum Magdalena, Mauritii Hassiae Landgrauii lineae Cassellensis filia. *

§. XXXII.

Philippus Guilielmus Elector Palatinus a. 1653. matrimonio *Elisabetham Amaliam* Georgii II. Landgrauii Hasso-Darmstadii, filiam Kl. Septembr. sibi copulauit, quae paulo post Pontificiorum religioni accessit, ast eandem vidua reliquit. Eodem Anno 1653. *Augusta Sophia*, Augusti, Principis Solisbacensis filia *Wenceslao* Principi *Lobkowitzio*, Duci Saganensi in manum conuenit, quae in religione Euangelica constans post mariti fata, Noribergam habitatum concessit, ibidem a. 1682. defuncta. **

§. XXXIII.

CHARLOTTA Georgii Ludouici Principis Nassouiensis lineae Dillenburgensis filia anno 1661. AVGVSTO Comiti a *Ligniz*, postea *Ferdinando Goberto* Comiti *Asperimontii* et *Reckheimii* anno 1680. nupta Vinarini in Hungaria anno 1686. mortem obiit. ***

§. XXXIV.

FRIDERICVS Dux Holsato-Wisenburgensis Catholicus, anno 1673. sibi copulauit *Carolinam* ex Ducibus Lignicensibus gentis Piasteae vltimam Lutheranam, cum qua mox dissedit, vt postea ambo segregem vitam agerent; **** Huius vero Patris

* IMHOF. *Notit. Procerum.* lib. IX. c. X. d. Comit. Salm. n. 13. p. m 633.

** IOHANNES ad PAREI *Histor. Palatin.* p. 509.

*** IMHOF. *lib.* V. cap. VI. n. 46. p. m. 341.

**** IMHOF. *Notitia Procerum* lib. IV. c. IX. n. 42. p. 277.

Patris Philippi Ludouici filia nata senior, *Dorothea Elisabetha*, Euangelica, *Georgio Ludouico Sintzendorfio* Catholico in manum conuenit. Tertia vero ex filiabus Friderici Duc. Holst. Wisenburg. *Eleonora Margarita*, a. 1674. Lichtensteinio Principi Maximiliano fuit nupta. *

§. XXXV.

Die IV. Iun. 1678. *Carolus* Hassiae Landgrauius, Wanfridae ad Werram sedem habens, in secundo matrimonio duxit *Alexandrinam Iulianam*, Comitem *de Leiningen*, Emiconis et Dorotheae Waldecciae filiam, Georgii Hassiae Landgrauii, e linea Darmstadtiensi viduam, ** quae mariti religioni paullo post quoque accessit. De *Dorothea Elisabetha*, Philippi Ludouici Ducis Holsatiae, lineae *Wiesenburgensis* filia scribit IMHOFIVS *** ea anno 1661. d. 20. Octobr. *Georgio Ludouico Comiti* Sinzendorfio *in manum conuenit, eoque praecipiti a. 1681. fato functo, sequenti anno Ludouico* de Rabutin, *Ioannis* de Rabutin, *Domini* de Selles *filio natu minori*, in exercitu Caesareo eximium gradum Generalis equitum praefecti obtinenti nupsit.

§. XXXVI.

AVGVSTI, qui Io. Georgium I. Elect. Saxon. patrem tanquam filius secundo genitus colebat, Magdeburgensis Archiepiscopatus Administratoris *filius quartogenitus Henricus*, Capituli Magdeburgensis **** Praepositus, *Elisabetham Albertinam* Reformatam Io. Georgii Principis Anhaltini filiam eo tempore Abbatissam Heruordiensem d. 30. Martii 1686. duxit

* c. I. n. 41. p. 276. et 277.

** IMHOF. *lib. IV. cap. VII. p. 248.*

*** c. I. cap. IX. p. 276.

**** huius vitam singulari cura scripsit IO. CHRIST. BECKMANN *Anhalt. Hist.* p. I. lib. III. c. VIII. p. 272. 273.

duxit vxorem; ideoque a. 1688. eandem reformatam religionem fuit amplexus, quam tamen publica auctoritate à Theologis Lipsiensibus videmus confutatam apud SCHERTZIVM.*

§. XXXVII.

Minime nos morantur exempla recentiora, dum *Mauritius Guilielmus* Dux *Saxo-Citicensis* a. 1689. matrimonio sibi copulauerit Mariam Amaliam, *Friderici Guilielmi* Electoris Brandenburgici filiam, Caroli Megapolitani Ducis viduam, religionis *Reformatae*. *Io. Ernestus Dux Saxo-Vinariensis* a. 1694. duxit *Carolam Dorotheam*, Friderici Hassiae Landgrauii filiam *Reformatae* Religionis. *Io. Guilielmus* Dux *Saxo-Isenacensis* a. 1690. duxit *Amaliam* Guilielmi Friderici Nassouici Principis filiam, Religionis *reformatae*. Hodiernus Dux Regens *Guilielmus Henricus* a. 1726. sibi copulauit *Annam Sophiam Carolam*, Alberti Friderici Brandenburgici Marchionis filiam. Inter hodiernos Dominos Marchiones Brandenburgicos, *Carolus Guilielmus Fridericus* Onolsbacensis d. 18. Maii. 1729. matrimonio sibi iunxit *Fridericam Ludouicam*, hodierni Borussorum Regis Potentissimi filiam secundo genitam. Princeps vero haereditarius, nunc vero Marchio Baruthinus, primogenitam *Fridericam Augustam* Regis Borussiae filiam d. 20. Nou. 1730. duxit in matrimonium.

§. XXXVIII.

Recentissimum est exemplum Augustissimi Imperatoris nostri CAROLI VI. qui a. 1708. *Iosepho* Imp. procuratore, cum *Elisabetha Christina* Brunsuicensi matrimonio fuit iunctus. Qua ratione ista iam ante quam Guelferbyto discederet in secreto religionem *Catholicam* fuerit amplexa, postea vero KL. Maii facta solenni

* *Select. Disp. Theol. p. 1137. seq.*

ni confessione, Religionem Euangelicam abiurauerit; docet AVCTOR DIARII HISTORICI: * Elle avoit déja embrassé la Religion Romaine avant de partir de Wolffenbüttel, mais comme cela s' étoit fait en particulier, et qu' il en falloit un Acte public et solemnel; elle fut obligée de faire une seconde abjuration à Bamberg entre les mains de l'Electeur de Mayence, qui s' y trouva pour cet effet. Cela se fit le 29. Avril dans l' Eglise Cathedrale en presence de tout le peuple, au son des Cloches, et au bruit du Canon. Le Chant *du Te Deum* suivit l' Acte d' Abjuration, et le lendemain la Princesse reçût la Communion des Mains du même Electeur, après s' être auparauant confessée dans les formes. Le soir elle partit pour Ratisbonne, et ensvite s' étant embarquée sur le Danube, elle continua son voyage pour Vienne, où elle arriva comme j' ai dit le 13. May. Ipsam vero solennem fidei Catholicae confessionem exhibet FAMA EVROPAEA ** tali modo: *Diese Hochfürstl. Wolffenbüttel. Printzeßin ist vorgestern Mittags zwischen 11. und 12. Uhr nach vorhero eingelangten Bagage-Wägen und 8 Kutschen in hiesige so genante neue Hoffhaltung, ohne einige Einholung* per posto *eingezogen, Dero in Abwesenheit Ihrer Churfürstl. Gnaden zu Mäintz der Bambergl. Ober-Marschall von Schrottenberg mit allen Cavallieren entgegen gangen, und Deroselben das* Compliment *abgeleget, worauf der Käyserl. Abgesande, Herr Graf von Parr, höchstgedachte Printzeßin, der geheime Rath Baron von Imhoff, die Obrist Hofmeisterin Gräfin von Rindsmaul, und noch eine andere vornehme Dame, der hiesige Obrist-Stallmeister, Baron von Stauffenberg, in die Zimmer geführet, worbey noch viele Officianten, Cavaliers und Dames gewesen, denen die völlige Hofhaltung eingeräumet worden. Gestern Nachmittags um 3. Uhr seynd Ihro Churfürstl. Gnaden vom Seehof hereingefahren, und haben der Printzeßin die Visite gegeben, und seynd sodann wieder in Seehoff hinaus gefahren; Heute früh um 8 Uhr aber haben sie sich wieder herein begeben, und im Dom-Stifft vor dem Altar Kaysers Heinrichs und Kunigundae das hohe Amt solenniter unter trefflicher Music celebriret, welchem die Printzeßin mit höchster Erbaulichkeit in Beyseyn vieler 100. Personen beygewohnet, unter dem Amt aber, nach dem*

Credo

* Lettres Hist. Iuin 1707. p. 653.

** P. LXI. p. 423. seqq.

Credo hat dieselbe professionem fidei catholicae mit lauter Stimme deutlich abgeleget, und so dann, ehe das Amt gar vollendet, das hochwürdigste Gut empfangen. Nach geendigtem Amt ist das Te Deum laudamus gesungen, und so fort Ihro Churfürstl. Gnaden in Pontificalibus wieder in die Sacristey begleitet worden, worauf erst die Predigt gehalten wurde. Ihre Churfürstl. Gnaden begaben sich wieder in Seehoff, die Printzeßin hingegen blieb in der Predigt. Zu Ende des Gottesdiensts, nach welchen dieselbe durch Begleitung des völligen Hof-Staats nacher Hoff gefahren, allda 12. arme Weiber gespeisset, denen sie die erste Speisse aufgetragen, und alles Geschirr, Krüge, Teller, nebst einem Ducaten in einem Beutel mitgegeben. Morgen wird sie zu denen P. P. Soc. Iesu fahren und allda Meße hören. Uebermorgen oder längstens Mittwochs aber wird sie von hier aufbrechen, und ihre Reiße ferner gegen Regenspurg fortsetzen. Offtgedachte Printzeßin hat die Zeithero gantz allein nebst Dero Groß-Hoffmeisterin und noch einer Dame gespeisset. Das obgedachte Glaubens-Bekändniß aber bestund in diesen Worten: Ich Elisabetha Christina, Hertzogin von Braunschweig und Lüneburg, glaube mit steiffen und festem Glauben und bekenne öffentl. alle und iede Stücke, so in den Christl. Glauben, den die Heil. Röm. Kirche auf die Weise gebrauchet, verfaßet seynd, nemlich: Ich glaube in einen GOtt Vater, Allmächtigen Schöpffer Himmels und der Erden, aller sichtbahren und unsichtbaren Dinge. Und in einen HErrn IEsum CHristum, den Eingebohrnen Sohn GOttes, aus dem Vater gebohren von Ewigkeit, GOtt von GOtt, Licht von Licht, einen wahren GOtt vom wahrem GOtt, gebohren und nicht erschaffen, gleicher Substantz und Wesens mit dem Vater, durch ihn seynd alle Dinge erschaffen, der um uns Menschen und unsers Heyls willen von den Himmel gestiegen ist, und hat durch den heiligen Geist aus Maria der Iungfrauen Fleisch an sich genommen, und ist Mensch worden. Er ist auch für uns unter Pontio Pilato gecreutziget worden, hat gelitten, und ist begraben, und am dritten Tage, laut der heil. Schrifft, wieder auferstanden. Er ist gen Himmel gefahren, sitzt zu der Rechten GOttes Vaters, und wird wiederum kommen mit Herrlichkeit, zu richten die Lebendigen und die Toden, dessen Reich kein Ende wird seyn. Ich glaube auch in den heiligen Geist, einen HErrn und Lebendig-

macher, so von dem Vater und Sohn ausgehet, der, samt den Vater und Sohn zugleich wird angebetet und geehret, der geredet hat durch die Propheten. Ich glaube, eine einige, heilige und Apostol. Kirche. Ich bekenne eine Tauffe zur Vergebung der Sünden, und erwarte die Aufferstehung der Toden, und ein Leben der künfftigen Zeit. Amen! Die Apostolischen und Kirchen-Satzungen samt allen andern Ordnungen und Gebräuchen der Kirche lasse ich zu, und nehme sie festiglich an. Item: Die heilige Schrifft verstehe ich, und lasse sie zu in und nach den Verstande, welchen hält, und bißhero gehalten hat die Kirche, unsere heilige Mutter der da zugehöret, von dem rechten Verstand und Auslegung der heil. Schrifft zu urtheilen, und dieselbe will ich auch nimmermehr anders, als nach dem einhelligen Verstande der heil. Väter annehmen und auslegen Ich bekenne auch, daß wahrhafftig und eigentlich sieben Sacramente des neuen Gesetzes seynd von Christo IEsu unserm Herrn, eingesetzet, und zur Seeligkeit des menschlichen Geschlechtes (wie wohl nicht allen Menschen alle zugleich) nothwendig: Als nemlich: die Tauffe, Firmung, das Sacrament des Altars, die Buße, letzte Oehlung, die Priester-Weihe und die Ehe: und das die Sacramente dem Menschen Gnade mittheilen, auch daß die Tauffe Firmung und die pristerliche Weihung ohne Gotteslästerungen und schwere Sünden nicht mögen wiederhohlet werden. Ich nehme auch an, und laße zu alle gewöhnliche und bewährte Gebräuche der Catholischen Kirche, die sie bey öffentlicher Darreichung dieser hochermeldetan heil. Sacramenten gebrauchet. Desgleichen nehme ich auf und an alles sammentlich und sonderlich was von der Erb-Sünde und Rechtfertigung des Sünders im heiligen allgemeinen Concilio zu Trient erkläret und beschloßen worden ist. Ich bekenne auch zugleich, daß in dem hochheiligen Amt der Meße GOtt dem HErrn ein wahres, eigentliches und versöhnliches Opffer für die Lebendigen und Todten aufgeopffert werde. Daß auch im allerheiligsten Sacrament des Altars wahrhafftig, leiblich und wesentlich seye der Leib und Blut mit Seel in Gottheit unsers HErrn IEsu Christi, und daß die gantze Substanz des Brodes in dem Leib, und die gantze Substanz des Weins in das Blut Christi verwandelt werde, welches die allgemeine Kirche eine Verwandlung einer Substanz in die andere nennet. Ich bekenne, daß auch unter einer jeden Gestalt

allein

allein der gantze unzertheilte Christus und das wahre Sacrament seines Frohnleichnams genoßen und empfangen werde. Ich halte festiglich dafür, daß ein Feg-Feuer seye, und daß denen Seelen, so darinnen verhafftet, durch die Fürbitte, Allmosen, und andere guten Wercke der Glaubigen geholffen werde. Deßgleichen daß man auch die lieben Heiligen, so mit Christo regieren, ehren und anruffen soll, und daß sie auch GOtt für uns bitten, darzu auch, daß ihre Heiligthümer in Ehren gehalten werden sollen. Ich bekenne beständiglich, daß man die Bildnüße Christi, der Mutter GOttes, allezeit Jungfrauen, und andere Heiligen haben, und behalten, auch denenselben gebührende Ehre und Reverenz, (um das, so sie uns für halten und fürbilden,) erzeigen soll. Ich glaube auch für gewiß, daß Christus den Gewalt des Ablaßes in der Kirchen gelaßen habe, und daß deßen Gebrauch dem Christlichen Volck hoch nützlich und heilsam seye. Die heilige Cathol. und Apostol. Römische Kirche erkenne ich als eine Mutter und Meisterin aller andern Kirchen. Und dem Röml. Bischoff, als des Heil. Petri, Fürsten der Apostel, Nachkömmlinge, und Christi JEsu Stadthalter, gelobe und schwöre ich wahren Gehorsam. Item alle andere Stücke, so von den Heil. Kirchen-Gesetzen, und allgemeinen Concilien und fürnemlich von dem Tridentinischen Concilio verordnet, nehme ich ungezweiffelt an, hergegen aber alle Irrthümer und Ketzereyen, welche von der Kirchen verdammet, verworffen und verflucht seyn, dieselbe verdamme, verwerffe und verfluche ich gleichfalls. Diesen wahren allgemeinen Glauben, außer welchen niemand seelig kan werden, den ich da gegenwärtig, freywillig, öffentl. bekenne, und wahrhafftig halte, denselben will ich auch mit GOttes Hülffe biß an mein letztes Ende gantz unverletzt und beständiglich halten und bekennen. Ich will auch so viel mir möglich, allen Fleiß anwenden, damit dieser Glaube von meinen Unterthanen oder von denen, welche meiner Sorgen befohlen seynd, gehalten, gelehret und geprediget werde. Das verheiße, gelobe und schwöre ich Elisabetha Christina, also wahr mir GOtt helffe, und diese heilige GOttes Evangelia. Quid Helmstadtienses Theologi hac de re consulti, senserint, docet AVCTOR DIARII HISTORICI. * *Sur la demande faite, si une Princesse Protestante, peut en conscience, (à cause d'un mariage*

* La CLEF DV CABINET des Princes, Mars. 1708. p. 187.

ge à Contracter avec un Prince Catholique) se faire Catholique; ne pouuant s' y resoudre avant qu' on ait decidé sur ces deux questions; I) Si les Catholiques sont dans l' erreur, dans le fond ou principa de la Foi, II) si la Doctrine catholique est telle, qu' en faisant professions de cette Religion, on n' à point la vraye Foi, et qu' on ne peut pas faire son salut. On répond que les Catholiques ne sont point dans l' erreur dans le fond de la Doctrine, et qu' on peut se sauver dans cette Religion; Premierement, parce que les Catholiques ont avec nous, (c' est le Docteur Lutherien qui parle) *le même principe de la Foi; car ce principe solide de la foi et de la Religion Chrétienne consiste en ce que nous croyons en Dieu le Pere qui nous à créé; au Fils de Dieu le Messie et Sauveur qui nous avoit été promis, lequel nous à effictivement sauve de la Mort, du peché, du Diable, et de l' enfer: Et aut Saint Esprit qui nous à éclairez. Nous aprenons de Commandemens de Dieu, la maniere dont nous devons vivre envers Dieu et le prochain; le* Pater noster *nous aprend comment nous devons prier, nous aprenons aussi que nous devons nous servir du Baptême et de la sainte Cene, puis que le Seigneur les à instituez et ordonnez. Il faut ajoûter à cela, que IEsus Christ donna aux Apôtres et à leurs Successeurs le pouvoir d' annoncer aux Pecheurs penitens le pardon de leurs pechez, et aux impenitens l' ire de Dieu et son châtiment, et par consequent la puissance de retenir les pechez de ceux-ci, et de les remettre aux autres, et c' est pour cela que voulant être absolus au nom de Dieu, nous nous trouvons quelquefois au confessional, pour declarer et confesser nos pechez etc. Tout ceci se trouve dans nôtre petit Catechisme, qui est un abregé de la Doctrine Chrêtienne, tirée des Saints Peres et des Apôtres: Ce Catechisme qui est commun aux Catholiques et aux Protestans, renferme tous les preceptes du Decalogue, le* Pater noster, *les parolles de nôtre Seigneur Iesus-Christ touchant, le Baptême et la cene etc. Dans la Préface de la Confession d' Auxbourg, nous y lisons, que les Catholiques et les Protestans combattent tous sous un même IEsus-Christ. Elle dit encore dans la conclusion du second Articles, que nôtre Doctrine n' est pas contraire à la Doctrine de l' Eglise Romaine; nous sçavons même que parmi les Catholiques on trouve des gens doctes et vertueux, qui n' obseruent pas exactement les Droits des hommes, et qui n' aprouvent pas l' hypocrisie que les autres pratiquent. Nous*

répondons

répondons en second lieu; que l'Eglise Catholique est veritable Eglise; parce que c'est une assemblée qui ecoute la parole de Dieu et qui reçoit les Sacrements instituez de Iesus Christ, de même que les Protestans; c'est ce que personne ne peut nier, autrement il faudroit dire, que tous ceux qui ont été et qui sont encore dans l'Eglise Catholique, seroient damnez ce que nous n'avons jamais dit ou écrit. Au contraire Philippe Melanchton dans son abregé de l'examen, veut montrer que l'Eglise Catholique à toujours été la vraye Eglise, ce qu'il prouve par la parolle de Dieu; la Doctrine de leurs Catechismes le persuade, en ce qu'ils admettent les commandement de Dieu, le Symbole des Apôtres, l'oraison Dominicale, le Baptême, les Euangiles et les Epîtres: d'où les fideles ont appris les principes de la vraye Foi. L'Eglise Catholique enseigne aussi bien que nous, dans les écrits et dans les Sermons de leurs Docteurs, qu'on ne peut être sauvé que par IEsus-Christ, et que Dieu n'a pardonné un autre nom aux hommes, par lequel ils puissent être sauvez que le nom de IEsus; Que les hommes ne sont pas seulement justifiez devant Dieu, par l'accomplissement de ses Commandemens, mais aussi par la misericorde de Dieu et par la Passion de nôtre Seigneur IEsus-Christ. Car l'Eglise Catholique croit comme nous et à toujours enseigné, que dépuis la creation du monde jusques à present personne n'a pû être sauvé que par IEsus-Christ mediateur entre Dieu et les hommes. Les Docteurs Catholiques et ceux de la confession d'Auxbourg enseignent également, que les pechez ne peuvent être remis que par les merites et par la Passion de IEsus-Christ. A l'égard de la penitence et des bonnes oeuvres, je crois que les Protestans et les Catholiques conviennent de toutes ces choses, et que toute la difference qu'on y peut rencontrer, ne consiste que dans l'expression et la maniere de parler. Ayant examiné toutes ces choses serieusement, nous déclarons que dans l'Eglise Catholique Romaine, il y a le veritable principe de la Foi et qu'on y peut vivre et mourir Chrêtiennement; Que par Consequent, la Serenissime Princesse de Wolfenbuttel peut l'embrasser et se marier avec l'Archiduc; principalement si nous considerons qu'elle n'a pas cherché à se procurer ce mariage directement ni indirectement; mais qu'il lui est presenté par un effet de la Divine Providence, en second lieu, parce que ce Contract de mariage poura être utile à son Duché et peut-être contribuer à obtenir une heureuse Paix. Il faut pourtant

uant considerer, qu'on ne doit pas la contraindre d'abjurer la Religion Protestante, qu'on ne lui fasse point de controverses, qu'on ne lui propose point d'Articles de foi contraires à la sienne, mais il faut l'instruire brievement et simplement des choses qui sont necessaires à son salut; par exemple de l'anéantissement de soi-même, de la penitence continuelle, de l'humilité devant Dieu, des miseres de la vie humaine, de la charité envers les pauvres, de l'amour de Dieu et du prochain, tout cela sont des bonnes oeuvres qu'enseignent aussi les Catholiques. Licet insequenti anno, Helmstadtienses Theologi hoc scriptum pro suo non adgnouerint, de quo alius AVTOR DIARII HISTORICI: * *La cour de Vienne est dit-on mécontente de l'université d'Helmstad, au sujet d'une Declaration qu'elle vient de faire, et qui n'est pas du goût des Ecclesiastiques Catholiques Romains, mais de la quelle pourtant, elle ne pouvoit guerres se dispenser. Vous avez sçeu que dans le tems du Mariage de la Princesse Elizabeth de Brunsuic-Wolfenbüttel avec le Roi d'Espagne, il parut dans le monde une Consulte de cette université datée à Helmstad le vingt-huitiéme Avril 1707. par laquelle on déclaroit que cette Princesse pouvoit en surete de conscience embraser la Religion Catholique Romaine. Messieurs de l'université d'Helmstad desavouent cet Ecrit, et afin que personne n'enpretende cause d'ignorance, ils en ont dressé un acte autentique le 7. Septembre, et l'ont envoyé aux principales universités Protestantes de l'Europe, entr' autres à celle de Cantorbery en Angleterre. Quoique ces deux Pieces soint assez publiques, j'avoüe qu'elles ne sont point venües jusqu'à moi en leur entier, autrement je les insererois ici, et ceux qui les ont m'obligeroient de mes les communiquer.* Quid de eiusmodi matrimoniis sit sentiendum, grauibus argumentis exposuit pientissimus Theologus PHILIPPVS IACOBVS SPENERVS **

§. XXXIX.

* LETTRES HISTORIQVES. Nou. 1708. p. 585.

** *Theologisches Bedencken* p. IV. p. 381. *letztes Theol. Bedencken* p. II. p. 178. 334. Idem SPENERVS c. l. p. 255. vbi longum matrimoniorum diuersae religionis exhibuit Catalogum.

§. XXXIX.

Qua ratione *Alexius Petrowitz*, Russorum Princeps haereditarius d. XXV. Octobr. a. 1711. cum *Charlotta Christina Sophia* Principe Brunsuicensi, Torgauiae matrimonio fuerit iunctus * satis constat, quae tamen constans mansit in Religione Euangelica.

* Caeremonias describit LVNIGIVS *Theatr. Caerem. Tom. II. p.* 479.

CAPVT V.

DE

MATRIMONIIS ILLVSTRIVM PER PROCVRATOREM.

SECTIO I.

PRAECIPVA IVRIS CAPITA CIRCA HAECCE MATRIMONIA EXHIBENS.

§. I.

Matrimonia per procuratorem ab antiquissimis iamdum temporibus obtinuere, quod Abrahae exemplo probatur.

§. II.

Huiusmodi matrimonia subsistunt ex legum Rom. dispositione.

§. III.

Cum quo et Ius canonicum conspirat.

§. IV.

Nec Germanorum consuetudines matrimonia per procuratorem reprobant.

§. V.

Nec illustres solum sed quoque priuati nuptias per procuratorem ineunt.

§. VI.

Diuersa illustrium ratio est, nos vero de iis potissimum loquimur, qui superiorem non agnoscunt.

§. VII.

Galli nuptias per procuratorem Maximiliani I. risu habebant.

§. VIII.

Legibus Dei positiuis Nuptiae per Proc. sunt permissae.

§. IX.

Iure naturali nuptiae solo consensu perficiuntur, et nulla necessario requiruntur solennia.

§. X.

Nihilominus differentia inter sponsalia et nuptias remanet.

§. XI.

§. XI.

I. N. nuptiae fieri possunt per procuratores: Procurator quis sit.

§. XII. - XIV.

I. N. ex consensu in nuptias oritur ius et obligatio perfecta coniugalis.

§. XV.

Quid sit matrimonium consummatum.

§. XVI.

Iura matrimonialia non a consummato sed perfecto matrimonio pendent.

§. XVII.

Ergo per procuratorem matrimonialia iura adquiruntur, licet matrimonium nondum sit consummatum.

§. XVIII.

Matrimonium per procur: initum omnia iura et effectus veri et legitimi matrimonii producit.

§. XIX.

Qui huiusmodi procuratorem constituant?

§. XX.

Qui possit ad nuptias ineundas constitui procurator?

§. XXI.

Nec feminae prohibentur procuratores esse.

§. XXII.

Procuratores mittendi sunt, qui in splendida sunt dignitate.

§. XXIII.

Potest procurator constitui vel vnus, vel pluribus hoc negotium potest committi, et quomodo a pluribus sit agendum.

§. XXIV.

Procurator debet habere mandatum, de quo si dubitatur iuramento procuratores illud confirmarunt, seu de rato cauerunt, sub hypotheca bonorum.

§. XXV.

Mandatum potest dari vel generale vel speciale. Ast certius est si speciale.

§. XXVI.

Mandatum coram parocho legendum est.

§. XXVII.

Procurator mandati fines excedens non obligat committentem, vnde et Vladislaus Pol. Rex nuptias procuratorias cum Anna Cilia impugnauit.

§. XXVIII.

Substitutio hic non habet locum.

§. XXIX.

Nuptiis nondum perfectis, mandatum licet reuocare eoque reuocato procurator amplius agere nequit.

§. XXX.

Consensus in nuptiis procuratoriis signo quodam externo est declarandus.

§. XXXI.

Benedictio sacerd. non quidem est necessaria, at inter Catholicos absque illa nuptiae fieri nequeunt.

§. XXXII.

An necessario annulus sit dandus inter illustres et quomodo a procuratore detur.

§. XXXIII.

Osculum interdum tanquam firmati matrimonii signum accessit nuptiis procuratoriis.

§. XXXIV.

Interdum quoque thalami a procuratore fit conscensus, vt de perfecto

co

eo minus dubitetur matrimonio.

§. XXXV.

Singularis ritus, coemtioni vxorum similis, apud Gallos seruatur.

§. XXXVI.

Matrimonium per procuratorem inter absentes contractum, est perfectum nec reiteratione indiget.

§. XXXVII.

Qui iura matrimonii coniugi, per procuratorem desponsatae, denegat aut aufert, illam laedit.

§. XXXVIII.

Adulterii definitio.

§. XXXIX.

Coniux per procuratoriam copulationem cum alio concumbens adulterium committit, datque alteri coniugi bellandi caussam.

§. XXXX.

Quam bellandi causam et is dat, qui cum huiusmodi coniuge adulterium committit, et inde iusta fuisset bellandi causa Maximil. imp. contra Gallos.

§. XXXXI.

Violata fide coniugali, laesae coniugi ius est a nuptiis procuratoriis recedere.

§. XXXXII.

De Germanorum nuptiis per procuratorem.

SECTIO II.

EXEMPLA MATRIMONIORVM PER PROCVRATOREM.

§. I.

Chlodoueus Fr. Rex cum Chrotechilde per procuratorem matrimonio fuit iunctus.

§. II.

Inter Raymundum Tholosae comitem et Lanciam Raymundi prouinciae comitis filiam a. 1240. matrimonium fuit contractum Iacobo Arragoniae R. procuratorem agente.

§. III.

Matrimonium inter Amedeum IV. Sabaudiae comitem et Caeciliam de Beaux procuratore Hamberto de Seysello 1244.

§. IV.

Inter Manfredum Friderici II. imp. filium naturalem et Beatricem Sabaudicam procuratorio nomine fuit contractum.

§. V.

Matrimonium Eduardi Angliae R. primogeniti cum Eleonora Ferdin. III. Castellae R. filia procuratorium fuit.

§. VI.

Ludouicus II. Rex Hierosolymarum 1399. matrimonium per procuratorem init cum Yolanda, Iohannis Arrag. R. filia.

§. VII.

Ludouicus Dux Bauriae, Ludouici Sabaudiae ducis filiam per procuratores sibi iungit.

§. VIII.

Matrimonium inter Philippum Mariam Anglum ducem Mediol. et Mariam Sabaudicam factum est per procuratores.

§. IX.

Ludouici Siciliae atque Hierosolymarum R. matrimonium cum Margaretha Sabauda est procuratorium.

§. X.

Friderici III. imp. matrimonium cum Eleon. Lusitana per Iac. Motzium procuratorem.

§. XI.

Matrimonium Galeacii Mariae, Ducis Mediolanensis cum Bona de Sabaudia per procuratorem.

§. XII.

Philibertus I. D. Sabaud. nuptias per procuratorem contraxit cum Maria Sfortia Mediol.

§. XIII.

Maria Burgundica cum Maximiliano Archid. per procuratorem matrim: contraxit.

§. XIV.

Io. Coruinus cum Blanca Maria Mediol. celebrat nuptias per procurat.

§. XV.

Maximiliani I. nuptiae cum Anna Britannica per procuratorem sunt initae.

§. XVI.

Plura de hoc matrimonio.

§. XVII.

Margaretha Austriaca Philiberto Sabaudiae duci simili ritu fuit iuncta.

§. XVIII.

Matrimonium inter Carolum V. Archid et Mariam R. Anglici filiam, vtrosque impuberes, per procuratorem.

§. XIX.

Ludouicus XII. Gall. Rex cum Maria Henr. VII. Angl. R. filia matrimonium contraxit per procuratorem.

§. XX.

Philippi II. R. Hisp. procuratori tradebatur Elisabetha Henr. II. R. Fr. filia.

§. XXI.

Eiusd. matrimonium procur. cum Anna Maxim. II. imp. filia.

§. XXII.

Matrimonium inter Caroli IX. R. Fr. et Elisabeth. Maximil. II. imp. filium per procuratores fit.

§. XXIII.

Ferdinandus Medices Etruriae Dux Christiernam Lotharingicam per procuratorem ducit.

§. XXIV.

Nuptiae Margarethae Austriacae cum Philippo III. Hisp. R. per procuratorem celebrantur.

§. XXV.

Vlterius de his nuptiis.

§. XXVI.

Albertus Austriae Archid. procuratorio nomine cum Isabella Clara Eugenia Philippi III. Hisp. filia copulatur.

§. XXVII.

Henricus IV. Galliae R. cum Maria Medicea, Rogerio Bellogardo procuratore iungitur.

§. XXVIII.

Pseudo Demetrius in Moscouia cum Maria matrimonium contraxit per procuratorem.

§. XXIX.

Philippus IV. R. Hisp. cum Isabella Henrici IV. R. G. filia et Ludouicus XIII. R. G. cum Anna Maria Philippi III. R. Hisp. filia diuersis locis per procuratorem contrahunt.

§. XXX.

Philippi IV. R. Hisp. cum Maria Anna

na Ferd. III. Imp. filia per procuratorem.

§. XXXI.

Ludouici XIV. R. Gall. matrimonium cum Maria Theresia per procuratorem.

§. XXXII.

Emanuelis II. ducis Sabaudiae nuptiae cum Francisca Mar. Aurelianensi per procuratorem sunt contractae.

§. XXXIII.

Leopoldi imp. matrim. procur. cum Maria Theres. Hispan. Eiusd. cum Claudia Felicitate Tyrolensi.

§. XXXIV.

Nuptiae proc: inter Alphonsum VI. Portug. R. et Mariam Fr. Elisab. Sabaudicam.

§. XXXV.

Philippus dux Aurelian. cum Elisabetha Charlotta Palatina per procuratorem copulatur.

§. XXXVI.

In tractat: matr. Caroli II. R. Hispan et Mariae Ludouicae Philippi Aurel. filia de matrimonio procur. fuit conuentum.

§. XXXVII.

Delphini matrimonium cum Maria Anna Ferdinandi Max. Elect. Bauar. filia per procurat.

§. XXXVIII.

Victoris Amadei D. Sab. matr. cum Anna Aurelianensi procurat.

§. XXXIX.

Petrus Lusitaniae R. Heidelbergae cum Maria Soph. Elis. Pal. per procurat. iungitur.

§. XXXX.

Procuratoriae nuptiae Ferdinandi III. principis Flor. haeredit. cum Viol. Beatrice Bauarica.

§. XXXXI.

Caroli II. R. Hispan. matr. cum Maria Anna Palatina, procuratore Iosepho.

§. XXXXII.

Leopoldi Iosephi Car. Ducis Lothar. matrim. cum Elisab. Carola ducis Aurel. filia per procurat.

§. XXXXIII.

Iosephi R. imp. matrimonium cum Wilhelmina Amalia Brunsuicens. procur.

§. XXXXIV.

Carolus VI. cum Elisabetha Christina Brunsuicensi procuratore Iosepho imp. copulatur.

§. XXXXV.

Ioannis V. Lusitaniae R. nuptiae cum Maria Anna Iosepha procuratore Iosepho imp. fiunt.

§. XXXXVI.

Friderici I. Bor. Regis matrimonium cum Sophia Ludouica Megapolitana Suerini 1708. per procuratorem contractum Berolini confirmatum.

§. XXXXVII.

Philippus V. R. Hisp. A. 1714. Elisab. Parmensem per procurat. ducit vxorem.

§. XXXXVIII.

Franciscus Maria Princeps heredit. Modenensis cum Charlotta Aigle Valesia Aurel. per procurat. copulatur.

§. XXXXIX.

Ludouicus Dux Aurel. cum Maria Augusta Ioh. Badensi per procuratorem init matrimonium.

L.

Matrimonium Caroli Eman. Subaudi cum Polixena Rheinfelsensi per procuratorem.

§. LI.

Ludouici XV. Gall. R. matrimonium procurator. cum Maria, Stanislai filia.

§. LII.

Per iuramentum saepe confirmantur matrimonia per procuratores inita.

§. LIII.

Accedebat hisce matrimoniis annuli benedictio et osculum.

§. LIV.

Mandata dantur sub clausula substitutoria et citra reuocationem.

§. LV.

Diuersis locis subinde haec matrimonia sunt inita.

§. LVI.

Exempla mandatorum procuratoribus datorum scilicet in nuptiis Caroli Vice Com. Mediol. cum primogen. Comitis Armaniac.

§. LVII.

Multa singularia continet procuratio Iohannae Ducacii Ducisse cum Ludouico de Nauarra et ideo adducitur integra.

§. LVIII.

Confirmatur hoc matrimonium et litterae confirmatoriae exhibentur.

SECTIO I.

PRAECIPVA IVRIS CAPITA CIRCA HAECCE MATRIMONIA EXHIBENS ELABORATA.

A

IO. AVGVSTO HELLFELD.

§. I.

Non nostris demum temporibus nuptiae inualuerunt per procuratorem, sed ab antiquissimis iam dum eorum vsus obtinuit, nec vnquam veri et legitimi matrimonii effectus huiusmodi nuptiis sunt denegati. Vt profana taceamus ex sacris huc spectat exemplum ABRAHAE, * qui seruo suo dedit mandatum ad quaerendam filio suo Isaaco vxorem, id quidem ex patriae potestatis iure, quae apud Patriarchas maior erat ac nostra aetate. Seruus procuratorio nomine Rebeccam duxit, quae deinde in longo eoque felici fuit matrimonio cum Isaaco.

§. II.

* *Geneseos* c. XXIV.

§. II.

Valent quoque huiusmodi nuptiae ex Romanorum principiis. clare enim de iis testatur PAVLVS: * *Vir absens vxorem ducere potest, femina absens nubere non potest.* Docet huius diuersitatis rationem POMPONIVS ** *mulierem absenti per litteras eius vel per nuncium posse nubere, placet; si in domum eius deduceretur. Eam vero, quae abesset ex litteris vel nuncio duci a marito non posse: deductione enim opus esse in mariti non in vxoris domum: quasi in domicilium matrimonii.* Romani enim sponsalia aeque ac nuptias consensu perfici voluerunt. Sic enim VLPIANVS: *** *Nuptias non concubitus, sed consensus facit.* qui cum per procuratorem aeque ac ipsum sponsum declarari possit; satis patet nuptias quoque per procuratorem fieri potuisse. Imo deductio ad domum per procuratorem peragi poterat, modo ad domum mariti vxor deduceretur.

§. III.

Eadem quoque disponit ius Canonicum, quippe quod matrimonia per procuratorem non improbat, sed potius vbique sat claris permittit verbis. Sic enim BONIFACIVS VIII. Pont. in decreto de anno CIↃ CC LXXXXIX. verbis: **** *Procurator non aliter censetur idoneus ad matrimonium contrahendum, quam si ad hoc mandatum habuerit speciale. Et quamuis alias is, qui constituitur ad negotia procurator, alium dare possit, in hoc tamen casu (propter magnum quod ex facto tam arduo posset peri-*

* *lib. II. Sentent. tit. 19.*

** L. 5. D. *de ritu nuptiarum.*

*** in L. 30. de *Regulis iur.* cum qua consentit L. 15. D. *de conditionibus et demonstrationibus.*

**** C. fin. de *procuratoribus* in 6. quod capitulum IOSEPHVS VELA de ORENNA ICtus, Professor et senator Hispalensis in pr. de *matrimonio contracto per procuratorem* vberius explicauit, quem deinde de LVDEWIG suo de *matrimoniis per procuratorum libello* adiecit.

periculum imminere, non poterit deputare alium, nisi hoc eidem specialiter sit commissum. Sane si procurator, antequam contraxerit a domino fuerit revocatus, contractum postmodum matrimonium ab eodem, licet tam ipse, quam ea cum qua contraxit reuocationem huiusmodi penitus ignorarent, nullius momenti existit, cum illius consensus defecit, sine quo firmitatem habere nequiuit. Cum quo consentit INNOCENTVIS III. in decreto de anno CIↃCCX. * Fiunt enim et Canonico iure matrimonia per consensum, et licet hic consensus in ecclesia coram paracho ad eius interrogationem sit declarandus, non impedit tamen, quo minus procurator consensum in ecclesia a parocho interrogatus, declarare possit, ac proinde matrimonia per procuratorem iniri posse, dubium non est. ** Ast sunt tamen, qui dubia mouent circa huiusmodi matrimonia, ob auctoritatem concilii Tridentini, ex cuius decreto: *** *matrimonia contrahantur viro et muliere interrogatis a parocho et eorum mutuo consensu intellecto.* Ex quo loco argumentantur: **** Vbi vir et mulier a parocho non interrogati nec eorum mutuus consensus intellectus, ibi quoque nullum est matrimonium. Atqui in matrimonio per procuratorem, non ipsius viri vel ipsius mulieris sed alterius, procuratoris nempe consensus a Parocho intelligatur, ergo matrimonia per procuratorem subsistere haud posse, sibi persuadent. Ast monstrauit iam ill. de LVDEWIG: ***** patres concilii Tridentini clandestinis nuptiis obuiam ire voluisse, ideoque citata constitutione nouella, trinam proclamationem, testium ac parochi praesentiam, imo praesentium interrogationem ac responsionem non alia ex ratione desiderasse, quam vt

* *C. XIV. de concess. coniug.*

** *E.* PIRRINGH *ius Canon. Lib. I. tit. 38. §. 4. n. 26.*

*** *Sessione XXIV. c. I.*

**** TIRAQVELLVS *in Legibus connubialibus* ad v. consentement.

***** in libello de *matrimonio illustr. per procuratorem.* diff. I. Cap. III. §. 3. & 4.

vt clandestina cohiberentur sponsalia, minime vero congregatos concilii patres prohibuisse aut sustulisse matrimonia per procuratorem. Potest parocho praesente ad interrogationem responderi, potest clare consensus declarari et intelligi, licet sponsus vel sponsa praesens haud sit, sed per procuratorem agat. Hoc tamen necesse est, vt in ecclesia parochus de consensu certior reddatur, et inde procuratorium clare ac verbatim praesente parocho consecratore, solet praelegi. Prout ex variis infra adductis patet exemplis.*

§. IIII.

Ast magna de matrimoniis per procuratorem est dubitatio ex Germanorum principiis. Hi enim matrimonii effectus non ex consensu sed concubitu enasci et conscensu genialis thori, per alium facto contumeliam inferri semper putarunt. Ex quibus colligunt, matrimonia Germanorum per procuratorem fieri non posse perfecta. Ast nunquam ad matrimonii perfectionem Germani concubitum desiderarunt, sed solam thalami conscensionem omnes matrimonii effectus producere semper voluerunt. ** Hanc vero per procuratorem fieri posse, quis praefracte negabit? Non inde fides coniugalis violatur, non soboles procreatur, sed totus actus in solemnitate consistit. Inde etiam varia Germaniae principum exempla monstrant per pro-

* vide Paragr. Sect. II. (29. 30. 31. sqq.)

** Speculator Saxo lib. IV. tit. 45. das Weib ist ihres Mannes Genoßin, wann sie in sein Bett tritt. cum quo consentit Land-Recht p. IIII. tit. 28. §. 1. Nec priuati solum in hacce fuere opinione, sed illam quoque penes illustres obseruamus. De nuptiis Friderici III. AENEAS SYLVIUS *Hist. Friderici* III. p. 84. *Quibus verbis Caesar commotus, iussit theutonico more stratum apparari, iacentique sibi Leonoram in vlnas complexusque dari, ac praesente Rege cunctisque proceribus adstantibus superduci culcitram, neque aliud actum est nisi datum osculum. Erant autem ambo vestiti, nunquam inde surrexerint. Sicque consuetudo theutonicorum se habet cum principes primo iunguntur.*

§. IX.

Ex rectae rationis principiis matrimonium dicitur perfectum, si negotium eo peruentum est, vt matrimonii officia ab altera parte remediis violentis exigere possimus. Iam vero iure naturali inter omnes constat, solum, pactum solum consensum nobis ius dare exigendi ab altero, quae pacto sunt promissa. Ergo quoque matrimonium solo pacto seu consensu fit perfectum. Simulac igitur in duraturam de procreanda et educanda sobole societatem mas et femina consensere, simulac quoque vni parti ius est ab altera exigendi, vt media ad procreationem sobolis necessaria adhibeat, sicque perfectum adest matrimonium. * Hinc ad matrimonii perfectionem nulla desiderantur solemnia seu ceremoniae, quippe quae superfluae sunt omnes. Hinc quoque nec benedictio sacerdotalis, nec deductio ad domum, nec conscensus thalami, ** nec concubitus accedat absolute necesse est.

§. X.

Nuptiae consensu perficiuntur (§. 9.) idem quoque de sponsalibus est dicendum, et inde videri posset, nullam plane inter sponsalia et nuptias remanere differentiam, quam tamen esse omnes vno fatentur ore. Ast licet sponsalia aeque ac matrimonia consensu perficiantur, aliter tamen in matrimonium, aliter in sponsalia consentimus. In matrimonium damus consensum, vt alter statim iura consequatur ex matrimonio oriunda omnia, in sponsalibus vero hacc nondum concedimus, sed

* conspirant proinde cum iure naturae ius Romanum et canonicum. De hoc testatur. c. I. C. 27. qu. 2. de illo vero L. 30. de R. I. L. 15. *de condit: et demonstr.* Idem de Hebraeis asserit SELDENVS lib. V. c. IV.

** in illustrium tamen nuptiis sunt exempla, quibus conscensum thalami ad perfectionem matrimonii necessarium crediderunt. Sic in nuptiis Friderici III. imperatoris cum Eleonora Lusitanica conscensio thala vrgebatur a parte sponsi, prout P. I. c. III. §. 62. docet.

sed solummodo consentimus, vt aliquando haec iura consequi altera pars debeat, et sic inter sponsalia et nuptias iure quoque naturae remanet omnino differentia.

§. XI.

PROCVRATOR dicitur, qui volente altero eius negotia in se suscipit. Inde sequitur, procuratorem negotia gerere aliena, eaque ex alterius voluntate. Hinc, qui contra alterius voluntatem aliquid suscipit, procurator non est.

§. XII.

Matrimonia consensu perficiuntur (§. 9.) Iam vero per alios aeque ac nos ipsos nostrum valide declaramus consensum. Ergo et nostra per alios perficere possumus matrimonia. Aliena volente domino in se suscipiens negotia, procurator dicitur. Ergo et nuptiae per procuratores possunt valide contrahi, et quidem perinde est, siue vna tantum pars siue vtraque consensum declaret per procuratorem.

§. XIII.

Ex consensu legitime declarato oritur obligatio. Et cum perinde sit, siue quis ipse, siue per alium declaret consensum (§. 12.) satis patet, quod is, qui per procuratorem consensum in matrimonium declarat, ex negotio obligetur procuratoris. Et cum ius obligationi respondeat; satis clarum est, procuratorem, qui nomine alterius in matrimonium consensit, alteri parti ius concedere perfectum, extorquendi officiorum matrimonialium implementum.

§. XIV.

Ex primis iuris naturae principiis constat, consensum in alterius promissum ius operari, alterum ad implendum promissum cogendi. Iam vero consensum non ipsi praesentes solum, sed quoque per procuratores valide declaramus (§. 12.) Et inde quoque per procuratoris consensum ius adquirere

 possu-

§. IX.

Ex rectae rationis principiis matrimonium dicitur perfectum, si negotium eo peruentum est, vt matrimonii officia ab altera parte remediis violentis exigere possimus. Iam vero iure naturali inter omnes constat, solum, pactum solum consensum nobis ius dare exigendi ab altero, quae pacto sunt promissa. Ergo quoque matrimonium solo pacto seu consensu fit perfectum. Simulac igitur in duraturam de procreanda et educanda sobole societatem mas et femina consensere, simulac quoque vni parti ius est ab altera exigendi, vt media ad procreationem sobolis necessaria adhibeat, sicque perfectum adest matrimonium. * Hinc ad matrimonii perfectionem nulla desiderantur solemnia seu ceremoniae, quippe quae superfluae sunt omnes. Hinc quoque nec benedictio sacerdotalis, nec deductio ad domum, nec conscensus thalami, ** nec concubitus accedat absolute necesse est.

§. X.

Nuptiae consensu perficiuntur (§. 9.) idem quoque de sponsalibus est dicendum, et inde videri posset, nullam plane inter sponsalia et nuptias remanere differentiam, quam tamen esse omnes vno fatentur ore. Ast licet sponsalia aeque ac matrimonia consensu perficiantur, aliter tamen in matrimonium, aliter in sponsalia consentimus. In matrimonium damus consensum, vt alter statim iura consequatur ex matrimonio oriunda omnia, in sponsalibus vero haec nondum concedimus, sed

* conspirant proinde cum iure naturae ius Romanum et canonicum. De hoc testatur. c. 1. C. 27. qu. 2. de illo vero L. 30. de R. I. L. 15. *de condit: et demonstr.* Idem de Hebraeis asserit SELDENVS lib. V. c. IV.

** in illustrium tamen nuptiis sunt exempla, quibus conscensum thalami ad perfectionem matrimonii necessarium crediderunt. Sic in nuptiis Friderici III. imperatoris cum Eleonora Lusitanica conscensio thala vrgebatur a parte sponsi, prout P. I. c. III. §. 62. docet.

sed solummodo consentimus, vt aliquando haec iura consequi altera pars debeat, et sic inter sponsalia et nuptias iure quoque naturae remanet omnino differentia.

§. XI.

PROCVRATOR dicitur, qui volente altero eius negotia in se suscipit. Inde sequitur, procuratorem negotia gerere aliena, eaque ex alterius voluntate. Hinc, qui contra alterius voluntatem aliquid suscipit, procurator non est.

§. XII.

Matrimonia consensu perficiuntur (§. 9.) Iam vero per alios aeque ac nos ipsos nostrum valide declaramus consensum. Ergo et nostra per alios perficere possumus matrimonia. Aliena volente domino in se suscipiens negotia, procurator dicitur. Ergo et nuptiae per procuratores possunt valide contrahi, et quidem perinde est, siue vna tantum pars siue vtraque consensum declaret per procuratorem.

§. XIII.

Ex consensu legitime declarato oritur obligatio. Et cum perinde sit, siue quis ipse, siue per alium declaret consensum (§. 12.) satis patet, quod is, qui per procuratorem consensum in matrimonium declarat, ex negotio obligetur procuratoris. Et cum ius obligationi respondeat; satis clarum est, procuratorem, qui nomine alterius in matrimonium consensit, alteri parti ius concedere perfectum, extorquendi officiorum matrimonialium implementum.

§. XIV.

Ex primis iuris naturae principiis constat, consensum in alterius promissum ius operari, alterum ad implendum promissum cogendi. Iam vero consensum non ipsi praesentes solum, sed quoque per procuratores valide declaramus (§. 12.) Et inde quoque per procuratoris consensum ius adquirere

possumus perfectum. Procurator igitur dum in promissum alterius, de officiis matrimonii adimplendis, consentit, ius adquirit mandanti, quo promittentem ad officia matrimonialia exhibenda cogere potest. Hinc quoad perfectionem matrimonii et inde oriunda iura nil interest, siue ipsi, siue per procuratorem negotia geramus. Vtroque casu alterum ad obseruantiam officiorum matrimonialium, ad vires procreandae educandaeue soboli adhibendas, ad corporis vsum praestandum cogere possumus.

§. XV.

Ille actus, per quem declaramus, nos esse in fruitione iurium perfectorum matrimonii, dicitur CONSVMMATIO MATRIMONII. Si hic actus declaratiuus fit per certa symbola, CONSVMMATIO dicitur SYMBOLICA. E. gr. conscensio thori genialis per procuratorem est species consummationis symbolicae.

§. XVI.

Iura, quibus frui cupimus, iam habeamus necesse est. Iam vero in consummatione matrimonii declaramus, nos actu esse in fruitione iurium matrimonialium (§. 15.) E. ante consummationem matrimonii, iura, quibus frui volumus, iam habeamus necesse est. Dum ante consummationem iura iam habeamus matrimonialia, satis patet, nos illa per consummationem matrimonii non accipere, ideoque iura et obligationes matrimonii non dependere a consummato matrimonio, sed a sola eius perfectione, quae pacto seu consensu fit. (§. 9.)

§. XVII.

Iura et obligationes matrimonii ex eius consummatione non pendent (§. 16.) Inde etiam in matrimonio per procuratorem celebrato iura et obligationes matrimonii perfecte adesse queunt, licet nulla accesserit consummatio. Non igitur in matrimoniis per procuratorem necessario requiruntur

con-

conſcenſio thalami, oſculi datio, aliique ſymbolici ritus, cum omnia iura ex ſolo iam oriantur matrimoniali conſenſu.

§. XVIII.

Initum per procuratorem matrimonium eſt verum, legitimum et perfectum (§. 12.) Inde omnia, quae de vero et perfecto praedicantur matrimonio, ſunt quoque praedicanda de matrimonio per procuratorem, et omnes effectus, quos verum ac perfectum habet matrimonium, minime quoque denegandi ſunt matrimonio per procuratorem. Inde ex matrimonio per procuratorem inito, mutuum coniuges in corpora ius accipiunt, obligantur ſibi inuicem ad procreandam educandamue ſobolem vires commodare, vxor participat mariti dignitatem, * liberi pro legitimis habentur, coniuges ſibi inuicem tenentur ad mutuum adiutorium fidelitatemque praeſtandam et quae ſunt aliae matrimonii obligationes.

§. XIX.

* Inde ſimulac copulatio facta dignitatem mariti coniux per procuratorem coniuncta tenuit, quod varia probant exempla. Sic in nuptiis CIↃ IↃC LXXXXVIII. inter *Leopoldum Ioſephum Carolum*, Lotharingiae ducem et *Eliſabetham Carolam*, Philippi I. ducis Aurelianenſis filiam, celebratis, ſponſa dignitatem ducíſſae Lotharingiae independentis ſtatim poſt copulationem cum procuratore factam eſt conſequuta, ideoque Regem Galliae videre amplius nec voluit nec potuit. Sect. II. §. 42. Nuptiae *Caroli* II. Regis Hiſpaniarum cum *Maria Ludouica*, Philippi Aurelianenſis filia CIↃIↃCLXXVIII. Pariſiis per procuratorem celebrabantur, et peractis per procuratorem caeremoniis principiſſa tanquam Regina habebatur, de quo LIMIERS *hiſtoire de Louis XIIII. pour l'Eſpagne*. *Maria Thereſia* Philippi IV. Hiſpaniae Regis filia, poſt copulationem procuratoriam pro Rege Franciae eſt habita. Sic enim DIARIVM EVROPAEVM T. IV. p. 572. *Nach vollbrachten Gepraenge gieng der Koenig zu erſt aus der Kirche und dies der Infantin als Koenigin von Franckreich die rechte Hand, sezten ſich darauf in die Kutſche, wo der Koenig der Koenigin den vornehmſten plaz lies.*

possumus perfectum. Procurator igitur dum in promissum alterius, de officiis matrimonii adimplendis, consentit, ius adquirit mandanti, quo promittentem ad officia matrimonialia exhibenda cogere potest. Hinc quoad perfectionem matrimonii et inde oriunda iura nil interest, siue ipsi, siue per procuratorem negotia geramus. Vtroque casu alterum ad obseruantiam officiorum matrimonialium, ad vires procreandae educandaeue soboli adhibendas, ad corporis vsum praestandum cogere possumus.

§. XV.

Ille actus, per quem declaramus, nos esse in fruitione iurium perfectorum matrimonii, dicitur CONSVMMATIO MATRIMONII. Si hic actus declaratiuus fit per certa symbola, CONSVMMATIO dicitur SYMBOLICA. E. gr. conscensio thori genialis per procuratorem est species consummationis symbolicae.

§. XVI.

Iura, quibus frui cupimus, iam habeamus necesse est. Iam vero in consummatione matrimonii declaramus, nos actu esse in fruitione iurium matrimonialium (§. 15.) E. ante consummationem matrimonii, iura, quibus frui volumus, iam habeamus necesse est. Dum ante consummationem iura iam habeamus matrimonialia, satis patet, nos illa per consummationem matrimonii non accipere, ideoque iura et obligationes matrimonii non dependere a consummato matrimonio, sed a sola eius perfectione, quae pacto seu consensu fit. (§. 9.)

§. XVII.

Iura et obligationes matrimonii ex eius consummatione non pendent (§. 16.) Inde etiam in matrimonio per procuratorem celebrato iura et obligationes matrimonii perfecte adesse queunt, licet nulla accesserit consummatio. Non igitur in matrimoniis per procuratorem necessario requiruntur

con-

consensio thalami, osculi datio, aliique symbolici ritus, cum omnia iura ex solo iam oriantur matrimoniali consensu.

§. XVIII.

Initum per procuratorem matrimonium est verum, legitimum et perfectum (§. 12.) Inde omnia, quae de vero et perfecto praedicantur matrimonio, sunt quoque praedicanda de matrimonio per procuratorem, et omnes effectus, quos verum ac perfectum habet matrimonium, minime quoque denegandi sunt matrimonio per procuratorem. Inde ex matrimonio per procuratorem inito, mutuum coniuges in corpora ius accipiunt, obligantur sibi inuicem ad procreandam educandamue sobolem vires commodare, vxor participat mariti dignitatem, * liberi pro legitimis habentur, coniuges sibi inuicem tenentur ad mutuum adiutorium fidelitatemque praestandam et quae sunt aliae matrimonii obligationes.

§. XIX.

* Inde simulac copulatio facta dignitatem mariti coniux per procuratorem coniuncta tenuit, quod varia probant exempla. Sic in nuptiis CIↃ IↃC LXXXXVIII. inter *Leopoldum Iosephum Carolum*, Lotharingiae ducem et *Elisabetham Carolam*, Philippi I. ducis Aurelianensis filiam, celebratis, sponsa dignitatem ducissae Lotharingiae independentis statim post copulationem cum procuratore factam est consequuta, ideoque Regem Galliae videre amplius nec voluit nec potuit. Sect. II. §. 42. Nuptiae *Caroli* II. Regis Hispaniarum cum *Maria Ludouica*, Philippi Aurelianensis filia CIↃIↃCLXXVIII. Parisiis per procuratorem celebrabantur, et peractis per procuratorem caeremoniis principissa tanquam Regina habebatur, de quo LIMIERS *histoire de Louis XIIII pour l'Espagne*, *Maria Theresia* Philippi IV. Hispaniae Regis filia, post copulationem procuratoriam pro Rege Franciae est habita. Sic enim DIARIVM EVROPAEVM T. IV. p. 372. *Nach vollbrachten Gepraenge gieng der Koenig zu erst aus der Kirche und dies der Infantin als Koenigin von Franckreich die rechte Hand, sezten sich darauf in die Kutsche, wo der Koenig der Koenigin den vornehmsten plaz lies.*

§. XIX.

Procuratores nuptiis ineundis constituere possunt omnes, quibus nuptias celebrare non est prohibitum. Et quidem constituendi sunt procuratores ab iis ipsis, qui inter se coniugii societatem ingredi cupiunt, non a patre seu a tertio quodam. Procurator enim non nisi volentis negotia *suscipit, non nisi volentem obligat, et non nisi* volenti iura adquirit (§. XI.) Ponas igitur procuratorem inuito eo, qui nuptias inire debet, constitui, is quoque ad implenda matrimonii officia inuitum nec obligat, nec illi matrimonii iura adquirit, sed imperfectum init matrimonium. Hinc licet magna sit parentum in liberos potestas, illa tamen in liberorum nuptiis locum habere nequit, quippe quae in sola educandi potestate consistit. Ad educationem vero liberorum pertinere matrimonia, nemo affirmabit.

§. XX.

Procurator declarat consensum alterius. Qui igitur consensum alterius in nuptias potest declarare, ille quoque in nuptiis ineundis potest esse procurator. Inde pater pro filio, filius pro patre, mater pro filia, frater pro fratre, *senex et impotens recte in se potest suscipere procuratoris matrimonialis munia.

§. XXI.

Feminae iure naturali a suscipiendis alienis negotiis non excluduntur, quippe quae alterius voluntatem aeque ac masculi possunt declarare. Inde apertum est, quod femina procuratorias vices masculi in matrimonio celebrando et mas illas

* Quod factum in nuptiis *Caroli* VI. imper. quas Iosephus frater Caroli procuratorio eius nomine d. 23. Apr. CIϽ IϽ CCVIII. cum *Elisabetha Christina* ducissa Blanckenburgensi celebrauit. Simili modo *Iosephus* princeps hereditarius Hasso Rheinfeldensis nomine principis hereditarii Sabaudiae procuratorio, sororem *Polyxenam* copulari sibi fecit.

illas feminae possit sustinere: * Hinc duo etiam masculi vt procuratores matrimonium celebrare queunt, id quod etiam valet de duabus feminis, procuratorio nomine matrimonium celebrantibus, vna personam maris altera feminae sustinentis.

§. XXII.

Procurator consensum alterius declarat et ratione huius consensus repraesentat alterum. Iam vero ipsa recta ratio iubet, vt inter repraesentantem et repraesentatum sit similitudo; inde et in matrimoniis per procuratorem necesse est, vt haec obseruetur similitudo. Proinde procuratoris dignitas quodam modo committentis respondeat dignitati, et quo eminentiori dignitate committens est, eo eminentioris quoque generis legatum, mittat necesse est. De quo B. DE LVDEWIG: ** *praestò sunt exempla et exemplorum vnanimis concentus*, *quod in* commu-

* inde THOMAS SANCHEZ *de matrimonio* lib. II. disp. XI. n. 15. *Diuersitas sexuum in procuratoribus ad contrahendum matrimonium non est impertinens. Ast nullum exstat exemplum, quod femina circa matrimonium contrahendum egerit procuratorem.* Mas vero feminae personam sustinuit in nuptiis *Alberti* Austriae ducis cum *Isabella Clara Eugenia* initis, quibus Dux Sesae coram pontifice, repraesentans Isabellam, Alberto est copulatus. vide Sect. II. §. 26. Singularia sunt, quae de Alphonso VI. Portugalliae R. narrant *Memoires historiques et Politiques par Amelot de la* HOSSAYE T. II. Articl. *ceremonies* p. 65. En 1666. *Alphonse VI. Roi de Portugall epousant la Princesse Marie Françoise, Elizabet de Sauoie Duchesse de Nemours et Aumale, ne voulut pas souffrir que le Marquis de Sande, son Ambassadeur extraordinaire donnat la main a cette Princesse dans la ceremonie des epousailles en qualité de procureur, comme se pratique ordinairement dans ces rencontres: de sorte qu'il falut, que la ieune Reine donnat procuration au Duc de Vendome, pour la representer en cette ceremonie, ou par vne singularité nouuelle l'Eueque duc de Laon maria les deux procureurs ensemble sauoir le Duc et l'Ambassadeur. Ce mariage ce fit a la Rochelle.*

** in diss. de *matrim. per procurat.* diss. VI. c. II.

connubiali procuratione adhibiti homines nonnisi amplissimorum munerum et imaginum auitarum. Deinde personae desponsandae habenda ratio, ne cum alio in colloquium descendat, quam cum eo, qui inter purpuratos: Tum ipsa dextra polluenda quodammodo, si danda iungendaque esset procuratorio licet nomine homini indigno. Porro cum in solemnibus nuptialibus primas occupet in itu ac reditu procurator connubialis, aegre hoc ipsum ferent, comitae, si praeiret homo vilis ac leuis notae, quem proceres sequerentur. etc. Sic in matrimonio inter *Raymundum* Tolosae comitem atque *Lanceam* Raymondi Berengarii, prouinciae comitis filiam CIϽCCXXXX. procurator fuit *Iacobus* Rex Arragoniae. * In matrimonio inter *Carolum VI.* imper. cum *Elisabetha Christina* Brunsuicensi An. CIϽIϽCCVIII. procuratorem egit *Iosephus* Imp. ** Idem etiam in matrimonio *Ioannis V.* Portug. Regis cum *Maria Anna Iosepha* exstitit procurator ***. *Maximiliani I.* procurator matrimonii cum *Maria Burgundica* A. CIϽCCCCLXXVII. fuit Ludouicus Dux Bauariae. **** Eiusdem imperatoris cum Anna Britannica procurator Engelbertus Nassouius fuit. ***** Sabaudiae Nothus procurator fuit *Philiberti* Sabaudiae Ducis cum *Margaretha* Austriaca † *Ferdinandi Medices*, Magni Etruriae Ducis, in matrimonio cum *Christiana* Caroli Lotharingiae Ducis filia procurator fuit Carolus Egolismensis, Caroli VIIII. Regis Gallorum filius naturalis. †† *Albertus* Austriae Archidux Philippi III. R. Hispaniarum fuit procurator in matrimonio cum *Margaretha* Caroli Austriae Archi-

* vide Sect. II. §. 2.
** vide Sect. II. §. 44.
*** Sectio II. §. 45.
**** Sectio II. §. 13.
***** Sectio II. §. 15.
† Sectio II. §. 17.
†† Sectio II. §. 23.

chiducis filia. * Et licet subinde alii legati, qui ex illustrium ordine non essent, ad hunc actum fuerint destinati, tales tamen fuerunt, qui in officiis eminentioribus erant constituti, prout *Henrici IV.* Gallorum R. procurator fuit in matrimonio cum Maria Medicea Rogerius Bellogradus, Magnus Franciae Hipparchus. ** *Philippi* Aurelianensis procurator in matrimonio cum Elisabetha Charlotta Palatina A. cIↃDCLXXI. fuit Marechallus Dux de Plessis. *Fridericus* III. imp. ad matrimonium cum Eleonora Lusitana contrahendum misit Iacobum Mozium. *** *Eduardus* Angliae primogenitus Io. Mansell Cancellarium Londinensem et propositum generalem misit procuratorem eidemque Io. Clarell clericum suum substituit, **** prout suadebat illorum temporum religio. Ignominiosum sine dubio haberetur, si persona inferioris seu infimae sortis procurator ad personas eminentissimae dignitatis mitteretur. Prout grauiter tulit Maria Burgundica legatum Regis Galliae, chirurgum olim, eique dixit: se illo non indigere et sanam esse. *****

§. XXXIII.

Procurator suscipit ex voluntate committentis eius negotia (§. XI.) Inde ex voluntate committentis pendet, an vni seu pluribus negotia expedienda committere velit. Hinc et in matrimonii negotio ad voluntatem constituentis redit, vni seu pluribus coniunctim procuratorias demandare partes. †

* Sect. II. §. 26.

** Sect. II. §. 27.

*** Sect. II. §. 10.

**** Sect. II. §. 5.

***** *Excerpta Amelgardi ex gestis Ludouici XI.* cap. VI.

† Galli in matrimonio Maximiliani I. cum Anna Britannica putarunt matrimonium tanquam rem spiritualem per vnicum modo esse per-

Sic *Clodouaeus* vnicum saltem misit * *Amadeus* Dux Sabaudiae Humbertum de Seyssello ** *Fridericus II.* Imp. Manfredi filii sui naturalis matrimonium cum Beatrice Sabauda per vnicum saltem procuratorem *Gualterium* nempe *d'Ocra* conciliauit. *** LVDOVICVS II. Rex Hierosolymarum tres constituit procuratores hac formula: *et ipsos tres et duos ipsorum fecimus, creauimus et ordinauimus nostros veros et indubitatos procuratores.* **** LVDOVICVS Dux Bauariae ad matrimonio sibi iungendam Mathildem, Ludouici Sabaudiae Ducis filiam A. CIↃ CCCC XVII. quinque misit procuratores. ***** PHILIPPVS MARIA ANGLVS MCCCCXXVII. ad matrimonium cum *Maria Sabaudica* contrahendum, quatuor reliquit procuratores. † *Anna* Britannica, vt copularetur MAXIMILIANVS I. quatuor misit procuratores, inserto tamen procuratorio clausula: *de pour et au nom de nous les trois ou les deux des dits sieurs, qui mieux vaquer y pourront.* †† Si pluribus mandatum de matrimonio ineundo datur, absolute aut omnes coniunctim agere iussi sunt, aut absentibus reliquis, vni seu paucioribus agendi permissa est facultas. Si omnibus coniunctim agendi data est facultas, vnus absente altero valide concludere et matrimonium perficere nequit. Si vero vni seu paucioribus absentibus reliquis gerere est permissum, tunc presentes valide agunt.

§. XXIIII.

ficiendum, ideoque matrimonium cum Anna inualidum habuerunt, quod quatuor constituti legati, nec vni perficiendum negotium commissum Sect. II. §. 54. fine.

* Sect. II. §. 1.

** Sect. II. §. 3.

*** Sect. II. §. 4.

**** Sect. II. §. 6.

***** Sect. II. §. 7.

† Sectio II. §. 8.

†† Sectio II. §. 15.

§. XXIIII.

Procuratori vt fides habeatur, mandatum litteris consignatum, ei tradi solet. Hoc in forma probante conceptum omnibus quibus interest, illudque exigentibus, monstrari oportet, qui si forsan de quibusdam dubitant, iuramentum interdum a procuratore de veritate exigunt. Factum hoc in nuptiis inter *Amedeum* Sabaudiae comitem et *Caeciliam* de Beaux initis.* Interdum quoque ipsi procuratores de ratihabitione cauerunt, suaque omnia bona hypothecae constituerunt. Exempla habemus in nuptiis *Philippi Mariae* Angli, ducis Mediolanensis, et Mariae Sabaudicae. ** In quorum contractu matrimoniali haecce verba: *Pro quo nihilominus sub iuramento et obligatione omnium bonorum suorum promiserunt, quod ipse Dominus Dux praesentem contractum ratificabit, et vltro ratificationem suam faciet.* Idem quoque factum in nuptiis Ludouici Bauari et Mathildis Ludouici Sabaudici filiae.*** Simile obseruamus in matrimonio Ludouici Hierosolymitani Regis cum Margaretha Sabaudica, quo procurator promisit, se effecturum, vt omnia seruentur sub obligatione omnium suorum bonorum. ****

§. XXV.

Mandatum est vel generale vel speciale. Vtrumque in nuptiis potest ineundis locum habere. Specialium exempla mandatorum, plura in sectione secunda sunt obuia, generale vero mandatum fuit illud, quod dedit Abraham seruo, de filio Isaaco vxore procuranda. Ex vtroque committens ad exhibenda matrimonii officia perfecte obligatur, et hinc spe-

* Sectio II. §. 3.
** Sectio II. §. 8.
*** Sectio II. §. 7.
**** Sectio II. §. 6.

ciale mandatum in nuptiis absolute haud est necessarium. Ast securε magis procedit, qui speciale mandatum a procuratore exigit, dum negotia cum procuratore ex generali mandato contracta, facile possint impugnari et opposita exceptione: procuratorem de non cogitatis contraxisse, dolose egisse, spem de se conceptam non adimpleuisse, euerti. Hinc et ius Canonicum in nuptiis per procuratorem ineundis speciale exigit mandatum * verbis: *Procurator non aliter censetur idoneus ad matrimonium contrahendum, quam si ad hoc mandatum habuerit speciale.* **

§. XXVI.

Formula huius mandati, postεaquam vsu inualuit, vt matrimonialis consensus in ecclesia coram parocho declaretur, plerumque ante benedictionem sacerdotalem clare ac verbatim praesente parocho solet praelegi. Fit haec praelectio rogante seu iubente parocho vel a secretario quodam vel ab ipso parocho, cui eum in finem a secretario quodam traditur. *,*

§. XXVII.

Procurator suscipit negotia ex voluntate committentis, (§. XI.) quicunque igitur alterius negotia ex committentis voluntate non gerit, ille nec procurator est, nec consensu suo committentem obligat. Inde qui in matrimonio contrahendo alterius procurator existit, nec praeter committentis consensum agere nec fines mandati excedere potest. Procurator igitur, qui aliam, quam dominus voluit, ad matrimonium ineundum personam eligit, qui nuptias sub aliis, quam quae prae-

* cap. fin. *de procurat.* in 6.

** huncce locum illustrauit vberius VELA de ORENNA lib. cit. Parte II.

, Exempla huc facientia vide Sectione II. §. 24. 33. 41. 43. 45. 47. 52.

praescriptae sunt condirionibus, contrahit, qui inuito constituente, alium substituit procuratorem, aut modum ineundi matrimonii conuentum negligit, inualide agit, et inuitum haud obligat contrahentem. Sic Iagello postea Vladislaus dictus mortua priore coniuge Hedwige, suasu procerum imperii A. CIↃCCCCXI Annam Ciliae comitem in matrimonium per procuratores rogauit, obtinuitque, ast quia visa puellae forma illi minime placebat, iratus est legatis et de dissoluendo cogitauit matrimonio. De quo DLVGOSSVS:* *Desponsationem apud Ciliam factam innouant et matrimonium inter Wladislaum et Annam virginem nouis pactis nouisque foederibus stabiliunt et confirmant. Abnuere enim et respondere illud Wladislaus Poloniae Rex aliquanto tempore, quod Anna virgo parum praestantis formae sibi appareret, moliebatur. Vnde et in procos suos Iwanum de Obichow, Hinczkam de Rogow et Ioannem de Naschian, quod visa virgine, conclusionem sanxerant matrimonii, fuit iratior: nec indignationem propterea acceptam non nisi post annos aliquot, multorum consiliariorum precibus expugnatus, remisit.*

§. XXVIII.

Negotia nostra non cuilibet homini committimus, sed certas personae respicimus qualitates, certam eligimus personae industriam. Hinc ordinarie ex nostra voluntate non nisi is, cui negotia nostra commisimus, illa expedire potest. Idque eo magis in matrimonio ineundo locum habeat necesse est. Est enim matrimonium arduum admodum negotium, ex quo magnum enasci potest periculum, ideoque omni circumspectione peragendum, quod non a quolibet nec ab alio, sed ab illo ipso, cui est commissum, expediri volumus. Negotia alicui ita commissa vt per eum, non per alium, expedienda sint, substitutionem non admittunt, ac proinde procurator,

* *historia Polonica* libr. X. p. 167.

ciale mandatum in nuptiis absolute haud est necessarium. Ast securre magis procedit, qui speciale mandatum a procuratore exigit, dum negotia cum procuratore ex generali mandato contracta, facile possint impugnari et opposita exceptione: procuratorem de non cogitatis contraxisse, dolose egisse, spem de se conceptam non adimpleuisse, euerti. Hinc et ius Canonicum in nuptiis per procuratorem ineundis speciale exigit mandatum * verbis: *Procurator non aliter censetur idoneus ad matrimonium contrahendum, quam si ad hoc mandatum habuerit speciale.* **

§. XXVI.

Formula huius mandati, posteaquam vsu inualuit, vt matrimonialis consensus in ecclesia coram parocho declaretur, plerumque ante benedictionem sacerdotalem clare ac verbatim praesente parocho solet praelegi. Fit haec praelectio rogante seu iubente parocho vel a secretario quodam vel ab ipso parocho, cui eum in finem a secretario quodam traditur. ***

§. XXVII.

Procurator suscipit negotia ex voluntate committentis, (§. XI.) quicunque igitur alterius negotia ex committentis voluntate non gerit, ille nec procurator est, nec consensu suo committentem obligat. Inde qui in matrimonio contrahendo alterius procurator existit, nec praeter committentis consensum agere nec fines mandati excedere potest. Procurator igitur, qui aliam, quam dominus voluit, ad matrimonium ineundum personam eligit, qui nuptias sub aliis, quam quae prae-

* cap. fin. *de procurat.* in 6.

** huncce locum illustrauit vberius VELA de ORENNA lib. cit. Parte II.

*** Exempla huc facientia vide Sectione II. §. 24. 33. 41. 43. 45. 47. 52.

praescriptae sunt condirionibus, contrahit, qui inuito constituente, alium substituit procuratorem, aut modum ineundi matrimonii conuentum negligit, inualide agit, et inuitum haud obligat contrahentem. Sic Iagello postea Vladislaus dictus mortua priore coniuge Hedwige, suasu procerum imperii A. CIↃ CCCCXI Annam Ciliae comitem in matrimonium per procuratores rogauit, obtinuitque, ast quia visa puellae forma illi minime placebat, iratus est legatis et de dissoluendo cogitauit matrimonio. De quo DLVGOSSVS:* *Desponsationem apud Ciliam factam innouant et matrimonium inter Wladislaum et Annam virginem nouis pactis nouisque foederibus stabiliunt et confirmant. Abnuere enim et respondere illud Wladislaus Poloniae Rex aliquanto tempore, quod Anna virgo parum praestantis formae sibi appareret, moliebatur. Vnde et in procos suos Iwanum de Obichow, Hinczkam de Rogow et Ioannem de Naschian, quod visa virgine, conclusionem sanxerant matrimonii, fuit iratior: nec indignationem propterea acceptam non nisi post annos aliquot, multorum consiliariorum precibus expugnatus, remisit.*

§. XXVIII.

Negotia nostra non cuilibet homini committimus, sed certas personae respicimus qualitates, certam eligimus personae industriam. Hinc ordinarie ex nostra voluntate non nisi is, cui negotia nostra commisimus, illa expedire potest. Idque eo magis in matrimonio ineundo locum habeat necesse est. Est enim matrimonium arduum admodum negotium, ex quo magnum enasci potest periculum, ideoque omni circumspectione peragendum, quod non a quolibet nec ab alio, sed ab illo ipso, cui est commissum, expediri volumus. Negotia alicui ita commissa vt per eum, non per alium, expedienda sint, substitutionem non admittunt, ac proinde procurator,

* *historia Polonica* libr. X. p. 167.

tor, cui matrimonii ineundi cura demandata, alium, per quem negotium hocce peragatur, substituere nequit. Huic et alia accedit ratio, ob quam substitutio locum habere nequit. Nemo enim est procurator, nisi qui ex domini voluntate negotia suscipit, committens vero, dum in constituendo procuratore personalem respexit industriam, non voluit, vt per alium negotium expediatur, et sic qui substitutus est a procuratore, contra committentis voluntatem suscipit negotium, ideoque nec procurator est, nec obligare suo consensu potest principalem. Cum quo consentit IVS CANONICVM verbis: * *Et quamuis alias is, qui constituitur ad negotia procurator, alium dare possit, in hoc tamen casu, propter magnum, quod ex facto tam arduo posset periculum imminere, non poterit deputare alium, nisi hoc eidem specialiter sit commissum.* Ast si voluntate domini, substituendi concessa est potestas, procurator alium posse substituere, eumque mandantem obligare vix est dubium. Exemplum huius substitutionis in nuptiis *Caroli II.* Hispaniarum regis cum *Maria Anna*, Philippi Guilielmi Palatini electoris filia obseruamus. Rex enim procuratorem constituit Leopoldum imperatorem, cum potestate substituendi, qui filium Iosephum, Rom. tunc Regem, substituit, et hic d. 28. Aug. 1689. procuratorio Caroli nomine dictam Mariam Annam sibi iunxit. ** Pertinet huc quoque mandatum Eduardi Angliae R. primogeniti, in quo sunt verba: *Et si forte, quod absit, praedictus procurator in via deficiat, loco sui Ioannem substituimus eidem in omnibus. Eandem dantes potestatem circa praedictum negotium connubiale prosequendum.* ***

§. XXIX.

* C. fin. de *procuratoribus* in 6.

** vid. infra Sect. II. §. 41.

*** mandatum est Sect. II. §. 5.

§. XXIX.

Obligatio oritur ex consensu ab altera parte acceptato. Quamdiu igitur vna pars alterius nec accessit consensui, nec eum acceptauit, tamdiu altera quoque perfectam non habet obligationem, sed suam libere mutare potest voluntatem et reuocare consensum. Hinc fingas consensum in matrimonium alicui per procuratorem esse declaratum, ex sola hac consensus declaratione, nec ius nec obligatio enascitur perfecta, nisi ab altera parte acceptatio accesserit. Vbi ad negotium perficiendum perfecta non datur obligatio, ibi ab arbitrio alicuius pendet, velit nolitue negotium perficere. Hinc licet declaratus per procuratorem consensus in matrimonium, eo tamen nondum acceptato, committenti a negotio recedere et consequenter mandatum reuocare, omnino liberum est. Reuocato mandato, cessat consensus committentis, et sic procurator nec amplius procurator manet, nec obligare potest mandantem. Et perinde est, siue procurator mandati reuocationem sciat siue ignoret. * Vtroque enim in casu cessat consensus constituentis, sine quo nec procurator esse nec committentem obligare potest. Ast tamen aequitas iubet, vt procurator, qui ignorans mandati reuocationem, ex mandato egit ac inde damnum sensit, eius restitutionem accipiat, v. g. si sub hypotheca bonorum de rato cauerit etc. liberandus omnino erit ab hac obligatione. Consentit Ius Canonicum in verbis textus a nobis iam varie adducti: *sane si procurator antequam contraxerit a domino fuerit reuocatus, contractum postmodum matrimonium ab eodem, licet tam ipse quam ea, cum qua contraxit, reuocationem huiusmodi penitus ignorarent nullius*

* Huc pertinet exemplum *Eduardi* Angliae R. qui per procuratorem cum Sabaudiae principe de nuptiis agens, perfecto licet negotio, recessit et Elisabetham de Woodeuille duxit: vid. Cap. II. Sect. II. §. 14. p. 72.

lius momenti existit, cum illius consensus defecit, sine quo firmitatem habere nequit. Inde et in illustrium nuptiis, interdum ea adhibita est cautela, vt ante declaratum consensum legati interrogarentur, vtrum eorum mandatum sit reuocatum: Factum hoc in matrimonio Galeacii Mariae, Ducis Mediolanensis, cum Bona de Sabaudia, de quo verba instrumenti: * *in multitudine copiosa adstantium antedictus Christianissimus D. noster Rex interrogauit praedictum Dominum Tristanum se gerentem procuratorem dicti Dn. ducis, an procuratorii sui mandatum esset reuocatum a praedicto Dn. duce Mediolanensi eius Domino, qui quidem Dn. Tristanus respondendo asseruit, quod non erat reuocatum et continuo etc.* Ex quibus tamen patet, reuocationem mandati locum tunc non habere, si procuratorio consensui ex altera parte iam consensus et acceptatio accesserit, tunc enim acceptatione facta alteri perfectum ius est quaesitum, quod inuito auferri nequit.

§. XXX.

Matrimonium consensu perficitur. Hic vero vt intelligatur, externo quodam declarandus est signo. Quodnam vero adhibeatur signum, an litterae, an verba seu aliud quoddam, perinde est, modo de consensu exinde clare constet et distincte. Nec iure Naturali interest, quomodo declaretur, in ecclesia seu extra illam, coram parocho seu eo absente, ad interrogationem parochi, seu absque praeuia interrogatione, testibus praesentibus siue absentibus, modo consensus declaretur. Ast pacto de modo consentiendi omnino potest conueniri. ** Quod si factum, conuentis omnino standum modusque adhibendus est praescriptus.

§. XXXI.

* Sect. II. §. XI.

** Sic in nuptiis illustrium saepe conuentum, vt fierent in sacrosanctis ecclesiis, more ritibusque consuetis. Factum hoc in nuptiis Henrici IIII. Gallorum R. cum Maria de Medices initis, quarum diploma

§. XXXI.

Illustrium summorum imperantium nuptiae licet solo perficiantur consensu (§. 9.) plerumque tamen praeter consensum, vt de eo clarius constet, alia quaedam accedere solent signa externa. Inde benedictio sacerdotalis in illustrium nuptiis necessario quidem haud desideratur, ast vt eo melius de consensu constet matrimoniali, tanquam ritus, qui ab antiquissimis inualuit temporibus, inter illustres quoque adhibetur, et consensus coram parocho in ecclesiae facie declaratur. Illustres vero, qui catholicam profitentur religionem, ex principiis religionis suae non pro arbitrio, sed necessario nuptias mediante sacerdotis benedictione celebrare oportere, vel exinde patet, quod ipsi subsint ecclesiae legibus, et concilii Tridentini patres clare sanxerunt, *nuptias neglecta sacerdotis benedictione initas, subsistere non posse.* Inde quoque illustrium procuratoribus in mandatis saepe datum inuenimus, vt matrimonia in ecclesiae facie contrahant. Sic Ludouicus II. * Rex Hierosolymitanus cum Iolanda, Iohannis Arragonum Regis filia, matrimonium celebrauit, vbi in tabulis procuratoriis haec obseruamus: *creauimus et ordinauimus nostros veros procuratores, factores, negotiorum gestores et nuncios speciales, ad transferendum se personaliter nomine nostro et pro nobis ad praesentiam praefati Regis et serenissimae dominae Golandae Reginae Arragonum tractandum et contrahendum nomine nostro et pro nobis cum praefata illustri Golanda, per verba de praesenti et in facie sanctae matris ecclesiae, vt est moris, huiusmodi matrimonium solemnisandum.*

Ii 2 §. XXXII.

ploma extat apud *du* MONT. Tom. V. P. II. p. 4. Simile quoque in nuptiis Elisabethae Charlottae, Caroli Ludouici, Palatini Electoris filia cum Philippo Aurelianensi Duce est conuentum *Recueil.* Tom. IIII. p. 287.

*. Sect. II. §. VI.

§. XXXII.

Non necessario quidem, sed in signum firmati matrimonii externum accedit quoque annulus, qui apud Catholicos est benedictus. Obseruamus solemnem annuli dationem factam, in nuptiis *Friderici III.* cum *Eleonora*, Lusitanica de quibus Motzius imperatoris legatus sic loquitur * *ego praenominatus M. Jacob Motzius nomine praefati Friderici Regis Romanorum, tanquam procurator eius ad hunc actum constitutus, recipio infantissam Dominam Leonoram in suam legitimam vxorem, sicut mandat sacra ecclesia Romana, atque te hoc annulo subarrhabo ad laudem et gloriam omnipotentis* etc. In instrumento nuptiarum inter Galeacium Mariam Mediolanensem et Bonam de Sabaudia per procuratorem initarum haec sunt: ** *Dicto Cardinale stipulante, prout stipulatus est a dictis illustrissima domicella Bona et Magnifico Domino Tristano nomine quo supra per verba de praesenti ad matrimonium contrahendum, cum responsione affirmativa subsecuta annulum benedictum in altero digitorum illustrissimae domicellae posuit.* Ex quibus simul patet, annulos modo ipsum dedisse procuratorem, modo, qui benedixit, parochum illos imposuisse. Sicuti et singulare est, quod ipse sponsae pater annulum digito imposuit, prout factum anno 1660. in nuptiis Mariae Theresiae, Philippi IV. R. Hispanorum filiae cum Ludouico Gallico celebratis, vbi de annuli datione Diarium Europaeum: *** *Der Bischoff fragte nach diesen die Infantin zu dreyen mahlen, ob sie den König in Franckreich zu ihrem Gemahl haben wollte? Worauf sie sich jedes mahl zu ihrem Herrn Vater dem König wandte, anzuzeigen, daß sie dessen Willen begehrte. Als der König drein willigte, antwortete sie auch mit ja zu dreyen mahlen, gleich auch der Printz von Haro thäte. Der König ihr Herr Vater*

* Sectio II. §. X.
** Sectio II. §. XI.
*** Sectio II. §. XXXI.

Vater steckte mit bedecktem Haupte der Infantin seiner Tochter den Ring selber an Finger, und sie fiel darauf vor ihm nieder.

§. XXXIII.

Aliquando osculum in signum perfecti matrimonii et ad illud magis firmandum accessisse, ex variis colligi potest exemplis. Sic in contractu matrimoniali * inter Carolum I. Sabaudiae ducem et Blancam Montisferatensem haecce sunt verba: *Vocata et interrogata praefata illustrissima Blanca per spectabilem I. V. Doctorem Dominum Georgium Natam et similiter dictus Dom. Antonius de Foresta dicto procuratorio nomine, utrum vellent illud matrimonium contrahere et in illud consentire, per verba de praesenti secundum leges Romanas et decreta apostolica, qui cum ambo respondissent se illud velle: mutuo etiam interueniente oscula in vehementius signum firmati matrimonii, decreuerunt dictae partes ad conuentiones.* Per osculum quoque firmauit matrimonium procurator Caroli V. postea Rom. imperatoris, Iohannes de Berg, de quo instrumentum matrimonii: ** *Quibus peractis immediate post huiusmodi verborum hinc inde prolationem idem orator et procurator nomine quo supra in signum sponsalium huiusmodi, eandem clarissimam dominam Mariam deosculatus est.* Simile factum in nuptiis *Margarethae* Austriacae cum Philiberto Sabaudiae duce initis. ***

§. XXXIIII.

Imo vt penitus perfectum haberetur matrimonium, interdum inter illustres accessit thalami conscensio. Obseruamus in domo Austriaca quatuor, quae huc pertinent, exempla. Primum est Maximiliani I. imp. cuius procurator Ludouicus Bauarus lectum Mariae Burgundicae conscendit. ****

Ii 3 Alterum

* Exstat apud du MONT. T. III. P. II. p. 144.
** Sect. II. §. XVIII.
*** Sect. II. §. XVII.
**** Sect. II. §. XIII.

Alterum in eiusdem imp. nuptiis cum Anna Britannica habemus.* Tertium exemplum praebet Margaretha Austriaca, quae secundis nuptiis CIↃ IↃI. Philiberto Sabaudiae duci nubens cum procuratore Sabaudiae Notho lectum conscendit.** Quartum habet AMELOT *de la* HOVSSAYE verbis: *** *le Cardinal George Radziuil epousa l' Archiduchesse Anne d' Autriche, en qualité de procureur du Roi Sigismund III. de Pologne. Vn autre seigneur Polonois, Herera qui raporte ce fait, n' en dit point le nom, alla se couché tout armé a coté de la nouvelle Reine. Aquella misma noche, dit cet historien, vno de los Ambaxadores del Rey sa puro todo armado en la cuna a lado de la Regna per ceremonia que les Reyes de Polonia en tal caso acostumbran. Cela arriva a Vienne en 1592. au mois d' Avril.* Ast nec necessitatis est concubitus procuratorius nec amplius vsu seruatur.

§. XXXV.

Obseruant tandem et Galli ritum, qui a veterum coemtione vxorum originem trahere videtur, et in signum perfecti adhibetur matrimonii: Sic de nuptiis Caroli II. Hispanniarum Regis cum Maria Ludouica Philippi Aurelianensis filia per procuratorem initis LIMIERS: † *M. le Cardinal de Bouillon commenca les ceremonies du mariage. M. de los Balbates lui avoit presenté dans un Bassin treize pieces d' or et un armeau d'or et d' argent melez ensemble; et le tout aiant eté beni par le Cardinal M. le Prince de Conti mit l' armeau au quatrieme Doigt de la main gauche de Mademoiselle et lui donna les treize pieces d' or en foi de mariage pour le Roi d' Espagne.* Simile quid factum in nuptiis Delphini Ludouici atque Mariae Annae Christinae Ferdinandi Mariae Electoris Bauariae filiae, de quo LVNIG.**

Nach-

* Sect. II. §. XV. XVI.

** Sect. II. §. XVII.

*** *Memoires historiques et politiques* T. I. art. Ambassadeurs p. 76.

† Sect. II. §. XXXVI.

†† Sect. II. §. XXXVII.

Nachdem nun erwehnter Cardinal dreyzehen Goldstücken und einen Ring, welcher von Gold und Silber unter einander vermischt war, geweyhet, fragte er Bräutigam und Braut mit erhabener Stimme: Ludewig Dauphin von Franckreich wollet ihr Mariam Annam Christinam, so allhier gegenwärtig ist, zu euren Gemahl etc. als sie nun beyderseits mit Ja geantwortet, hat der Cardinal die obgenannte 13 Goldstücken und den Ring dem M. le Dauphin überreicht, welcher den Ring der Madame la Dauphine an den Finger gesteckt, und ihr die Gold-Stücke auf die Ehe gegeben.

§. XXXVI.

Licet autem matrimonia per procuratorem contracta ob consensum matrimonialem praestitum vera sint atque legitima, subinde tamen videmus ista a praesentibus coniugibus fuisse confirmata. Factum hoc MCCCCLXXVII. dum Maximilianus Austriae Archidux in Belgium delatus, matrimonium, antea per Ludouicum Bauarum contractum, Gandaui confirmauit, sacra operante antistite Tornacensi. * Idem quoque factum in nuptiis Ludouici Delphini cum Maria Anna Christina Bauarica MDCLXXIX. celebratis, in quibus procuratorem agente Electore Palatino, et sacra operante Coadiutore Frisingensi matrimonium Monachii fuit perfectum, posteaquam vero sponsa in Galliam venit, sacra rursus sunt repetita, ** de quibus antecedenti diximus Paragrapho. Idem factum cIↃ IↃ CCVIII. quo anno Fridericus I. Rex Borussiae cum Sophia Ludouica Megapolitana Suerini fuit matrimonio iunctus, Carolo Leopoldo fratre duce Regente, procuratorem agente. Hoc vero matrimonium die XXVIII. Nouembr. Berolini solemni ritu fuit confirmatum. *** Ast patet, nec necessitatis fuisse hancce repetitionem benedictio-

* Sect. II. §. XIII.
** Sect. II. §. XXXVII.
*** Sect. II. §. XXXXVI.

dictionis nec per illam maiorem accepisse validitatem nuptias, quam antea habuerint ex solo consensu per procuratorem declarato. De quo LVDEWIG: * *Alii existimant, si nuptiae celebratae per procuratorem, opus porro non esse aliqua iteratione aut renouatione. Quoniam connubii sacramentum perfici poterit per procuratorem, perfectumque ita non requirat solemnia alia nouae instaurationis. Contra alii perhibent; matrimonium per procuratorem initum, eo habendum pro imperfecto vsque illud ab vtraque parte praesente habitum ratum. Si quid de moribus ac vsu dicendum, olim certe reiteratio semel contracti per procuratorem matrimonii, fuerat rarior, contra seculi nouissimi institutis, legis instar introductum, vt matrimonia absentium a praesentibus deinceps instaurarentur habeaturque ita connubium perfectum, nulla ratione in dubium vocandum.*

§. XXXVII.

Laedit alterum, qui illi aufert vel denegat, quae iure debentur perfecto. Iam vero ex matrimonio procuratorio coniugibus ius quaesitum est perfectum, vsum corporis ad procreationem sobolis necessarium, mutuum adiutorium, fidelitatem aliaque iura exigendi. Ergo quicunque haec iura coniugi per procuratorem desponsatae aufert aut denegat, laedit illam et per laesionem dat causam belli iustificam.

§. XXXVIII.

Adulterium est concubitus coniugis cum persona extranea contra fidem coniugalem datam celebratus.

§. XXXVIIII.

Coniuges, quae cum persona extranea contra fidem coniugalem concumbunt, adulterium committunt. (§. 38.) Iam vero matrimonium procuratorium vere coniuges efficit (§. 9.) quae

* diss. de *matrim. illustr. per procuratorem* diss. VII. c. 2.

quae sibi inuicem fidem debentur coniugalem. Hinc si post matrimonium per procuratorem initum coniux concumbit cum persona extranea, huiusmodi concubitus erit adulterium. Qui fidem violat coniugalem, officia violat, quae coniugi debentur perfecta, quod dum in adulterio fit (§. 38.) per adulterium violantur officia coniugii perfecta. Hoc qui facit, alterum laedit, eique dat causam belli iustificam, ergo coniux per procuratorem copulata adulterium committens, laedit virum eique bellandi suppeditat causam iustificam.

§. XXXX.

Auferens, quae iure debentur perfecto, laedit alterum. Iam vero coniux ex matrimonio procuratorio ius habet quaesitum excludendi alios ab exercitio iurium matrimonialium penes suam coniugem. Hoc ius qui intercipit, ius intercipit perfectum (§. 39.) ac per consequens laedit datque causam belli iustificam. Hinc cum Anna Britannica, quae Maximiliano I. Rom. Regi per procuratorem erat desponsata, a Carolo VIII. Rege Gallorum caperetur, et ad matrimonium cum Rege Galliae ineundum cogeretur; Maximilianus recte bellum aduersus Gallos parabat, et Henricus I. Angliae Rex Germanos ad bellum excitabat, eius verba haec sunt: * Quocirca vestras Celsitudines hortamur, vt auita sua et confoederatorum potentia, pro tanta macula et nota infamiae abradenda totis viribus incumbant et bellum hosti indicant, quo talis vltio sumatur, qua imposterum maior semper Germani imperii ratio sit habenda.

§. XXXXI.

Matrimonium est pactum bilaterale. Iam vero omnia haec pacta sunt conditionata, et obligatoria, si ex altera quoque

* in litteris ad Rom. imperii status apud DATT. *de iure publico*, lib. III. Cap. II. §. XIII.

que parte obligatio adimpletur. Vna vero parte suam non adimplente obligationem, altera quoque non obligatur. Hinc vna coniuge pactorum violante fidem in arbitrio alterius est, pactis vtrum stare et in matrimonio manere aut illud deserere velit. Idem quoque in matrimoniis obtinet per procuratorem initis. Matrimonio enim per procuratorem celebrato et vna coniuge suam non adimplente obligationem, in laesi arbitrio est a matrimonio ob violatam fidem vel recedere vel illud continuare, et remediis coactiuis ad continuationem alteram partem adigere. Postquam igitur Anna Britannica in nuptias Caroli VIII. R. Fr. consensit, mere ab arbitrio Maximiliani pependit, ex sua quoque parte vel ab obligatione recedere vel ad continuandum matrimonium Annam bello adigere et armis iniuriam vindicare. Hinc peccat, qui primus datam pactorum fidem alteri denegat, non peccat, qui fracta ex altera parte fide, ex sua quoque parte ad pacti obseruantiam se adstrictum haud credit et a pacto recedit.

§. XXXXII.

Quod ad Germaniae status attinet, illi aut pontificum profitentur religionem, aut eorum haud sequuntur castra. Status imperii, qui Catholicae religionis partibus accedunt, in matrimonii causis pontificis et episcoporum legibus viuunt. Hisce vero legibus matrimonia per procuratorem sunt permissa (§. 3.) et inde varia matrimoniorum inter illustres catholicos habemus exempla. Ast tamen eorum matrimonia, si rata esse debent, ex praescriptis legum in facie ecclesiae, secundum mores, ritus et solemnia ecclesiae sunt celebranda. Illi vero status, qui protestantium nomine veniunt, pontificem et Episcopos in rebus ecclesiasticis nec iudices agnoscunt, nec eorum legibus viuunt, et imperator de causis matrimonii vinculum concernentibus, ex principiis suae religionis cognoscere nequit; hinc protestantes principes aut natu-

rae

riae aut propriis legibus in matrimonii causis viuunt, et sic inter illos matrimonia per procuratorem subsistere et recta ratio et exempla satis probant.

SECTIO II.

EXEMPLA MATRIMONIORVM PER PROCVRATOREM COLLECTA A B. B. G. STRVVIO.

Matrimonia illustrium per procuratores ab antiquissimis iam fuerunt temporibus. Haec per exempla ex media et recentiori aetate desumta hic illustrabimus. Seculo quinto iam dum CHLODOVAEVS Francorum Rex cum Chrotechilde Chilperici Burgundiae Regis filia a 492. matrimonium per procuratorem contraxit, de quo FREDEGARIVS: * *Porro Chlodouaeus legationem in Burgundiam saepius mittens ambiebat Chrotechildem. Et cum non esset licitum eam videre, Chlodouaeus Aurelianum quemdam ex Romanis, ingenio, quo poterat, ad Chrotechildem praeuidendam direxit. At ille nisi singulus, ad instar mendici peram ad dorsum ferens, veste deformi, illis porrexit partibus, annulum Chlodouei, quo ei potius crederetur, secum portans. Cumque ad Ianuam ciuitatem, vbi Chrotechildis cum germana Saedeleuba sedebat, venisset, et illae hospitalitate peregrinos sectantes eum causa mercedis suscepissent et pedes eius Chrotechildis lauaret, Aurelianus verbo secreto inclinans ad eam dixit: Domina mi grande verbum tibi nuntiaturus sum, si locum dare dignaris vbi secretius suggeram. Illa annuens, inquit, loquere, dixitque Aurelianus, Chlodoueus Rex Francorum me direxit, ad te; si voluntas Dei fuerit, te vult ad culminis sui sociare conjugium. Vt certa fias, hunc anulum tibi direxit. Quem illa accipiens, gauisa est gaudio magno. Dixitque ad eum: Accipe centum solidos pro laboris*

* *Hist. Franc. Epit. c. XVIII.* p. 728. edit. CHESN.

boris tui munere, et anulum hunc meum. Festinans reuertere ad Dominum tuum, et dic ei: si me vult matrimonio sociare, protinus per legatos a patruo meo Gundobado postuletur. Legati qui venient, obtenta ad praesens firmitate placitum sub celeritate instituant. Nisi ad perficiendum festinent, Aridii cuiusdam sapientis de Constantinopoli aduentum vereor, cuius consilio, si prius venerit, haec omnia dissipabuntur. Aurelianus eodem habitu quo venerat, rediit ad propria. Cum iam prope Aurelianense territorium, nec procul a Domo prope accessisset, quemdam pauperem mendicum, in via secum itineris socium habebat, cum iam securus Aurelianus sopore depressus esset, a Collega suo pera cum solidis eiusdem furatur. Cumque a somno expergefactus fuisset, moerore plenus cursu veloci perrexit ad propria: dirigensque pueros ad inquirendum mendicum, qui peram eius portabat. Quem adprehensum Aureliano praesentant, eumque fortiter triduo caesum permisit ire mendicum. Protinus Aurelianus Chlodoueo regi per singula narrans successionem, suggestiones nuntiat. Quod cum Chlodoueo vtilitas et consilium Chrotechildis placuisset, legatos ad Gundobadum dirigit, petens, vt Chrotechildem nepiem suam ei in coniugium sociandam traderet. Quod ille denegare metuens, et sperans amicitiam cum Chlodoueo inire, eam se daturum spondit. Legati offerentes solidum et denarium, vt mos erat Francorum, eam partibus Chlodouei sponsunt: placitum ad praesens petentes, vt ipsam ad coniugium traderet Chlodoueo. Nullo stante mora, inito placito Cabillono, nuptiae praeparantur. Venientes cum celeritate Franci Chrotechildem a Gundobado acceptam leuantes in basternam, cum multis thesauris ad Chlodoueum dirigunt. Chrotechildin cum iam comperisset aduentum Aridii reuertentis ab Imperio, dixit ad seniores Francos: Si vultis me domino vestro praesentare, remouete me de basterna, et supra equum leuate et quantum protinus potueritis, illis partibus accelerate. In hac basterna ad suam non possum venire praesentiam. Franci leuata Chrotechilde super equum, festini ad Chlodoueum pergunt.

§. II.

Inter Raymundum Tolosae Comitem, atque Lanciam Raymundi Berengarii, Prouinciae Comitis filiam, anno 1240. matrimonium fuit contractum, Iacobo Aragoniae et Maiori-

carum

carum Rege procuratore, prout insequens declarat Instrumentum: * *Nouerint vniuersi, quod nos Iacobus Dei gratia Rex Arragoniae Maioricarum et Vallenciae, comes Barchinonis et Vigelli et Dominus Montis pessulani, Procurator nobilis viri R. Comitis Tolosae nomine ipsius R. Comitis recipimus Vos Lanciam filiam nobilis viri R. Berengarii Comitis Prouinciae in vxorem R. Comitis antedicti, si placuerit Domino Papae et super praedicto matrimonio duxerit dispensandum vsque ad septuagesimam proximo venturam. Et nos Lancia filia nobilis viri R. Berengarii Comitis Prouinciae recipimus R. Comitem Tolosae in maritum nostrum vobis Domino Iacobo, Rege Arragoniae in dicto matrimonio procuratore pro dicto Tolosano Comite existente, si placuerit Domino Papae et super dicto matrimonio duxerit dispensandum vsque ad septuagesimam proximo venturam. Et hoc iuramus per Deum et Sancta eius Euangelia nostris propriis manibus corporaliter tacta et praedicta facimus voluntate et assensu Patris nostri Domini R. Berengarii Comitis Prouinciae et matris nostrae, Dominae Beatricis Comitissae Prouinciae. Et nos R. Berengarius, comes Prouinciae et nos Beatrix Comitissa eiusdem praedicto matrimonio, gratis et ex certa scientia, nostrum praestamus assensum. iurantes per Deum et sancta Dei Euangelia a nobis corporaliter tacta, quod praedicto matrimonio, sub forma praemissa contrahendo, dabimus operam efficacem et in nullo contraueniemus aliqua ratione vel causa. Actum est hoc tertio Idus Augusti anno Domini MCCXL. primo testes sunt I. Archiepiscopus Arelatensis. R. Aquensis. F. Episcopus Tolosanus. G. Episcopus Cerpentoracensis. E. - - R. de villa noua Alberta G. Raymundi Iudex Comitatus Prouinciae R. de Albaciano Archi-Diaconus Gerundensis. Signum Guilemonti scribae, in cuius praesentia praedicta facta sunt.*

§. III.

Tali ratione Matrimonium d. 18. Decembr. a. 1244. inter Amadeum IV. Sabaudiae Comitem et Ceciliam de Baux per Procuratorem fuit contractum, de quo tale habemus Procuratorium. ** *In Christi nomine Anno incarnationis eiusdem mille-*

* extat apud Dom. de LVDEWIG. *c. l. App. n. V. p. 22.*

** extat apud du MONT. *Tom. I. p. I. n. CCCLXIII. p. 188.*

millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, et decimo quinto Calend. Ianuarii, Regnatte Friderico Romanorum Imperatore, notum sit omnibus modernis hominibus, et futuris, quod ego Humbertus de Seyssello constitutus Procurator a nobili viro Domino Amadeo Comite Sabaudiae et in Italia Marchione, sicut continetur in litteris missis per dictum Dominum Comitem, nobili viro Barralo Domino Baucii ad desponsandam Te Dominam Ceciliam Filiam Nobilis viri Barrali, Domini Baucii praedicti et ad matrimonium contrahendum, per verba de praesenti, cum Te Domina Cecilia supradicta auctoritate et mandato, et potestate mihi data, atque concessa, a dicto Domino Amadeo Comite Sabaudiae, Te dictam Dominam Ceciliam praesentem, et consentientem in dictum Dominum comitem. Ego dictus Humbertus de Seyssello, tanquam procurator ipsius, te in vxorem legitimam accipio, et in Te Ceciliam supradictam, nomine ipsius, et mandato consentio, et tecum nomine ipsius Domini Comitis, et mandato, et in personam ipsius per verba de praesenti, matrimonium contraho; et ego Cecilia Filia nobilis viri Barrali, Domini Baucii supradicti, non errans, non decepta, non coacta ab aliquo, certiorata de persona dicti Domini Amadei Comitis Sabaudiae, et Marchionis in Italia per famam, volens cum dicto Domino Comite, per verba de praesenti matrimonium contrahere, sciens te Dominum Humbertum de Seyssello, esse procuratorem constitutum a Domino Amadeo Comite praedicto, ad contrahendum matrimonium mecum, nomine, et mandato dicti Domini Comitis, per verba depraesenti te dictum Dominum Humbertum de Seyssello, tanquam Procuratorem dicti Domini Comitis, in personam dicti Domini Amadei Comitis Sabaudiae, et loco, et nomine ipsius, in virum meum accipio, et consentiens in personam dicti Domini Amadei comitis, me tibi dicto Domino Humberto recipienti procuratorio nomine dicti Domini Comitis, tanquam Procuratori ipsius Domini Comitis, et in personam eius, in vxorem legalem do, et concedo; his omnibus peractis, ad omnem dubitationem remouendam, ego Humbertus de Seyssello praedictus, supra sancta Dei Euangelica corporaliter a me tacta, me habuisse mandatum de omnibus supradictis faciendis, a Domino Amadeo Comite supradicto, sicut in litteris ipsius Domini Comitis, dicto Domino Barralo missis et sigillo dicti Domini Comitis sigillatis, expresse continetur.

tur. Factum fuit hoc in Capella Beatae Mariae in Aurasia. Praesente Domino Guillermo Capellano eiusdem castri, quo mediante, praedictum matrimonium fuit contractum. Testes alii ad hoc vocati interfuere Nobilis vir Rodulphus de Baucio Princeps Auraicae, Vbertus de Baucio nepos eius, Guido de castro nouo, Willermus de Sabrano, Dominus Aymo de Compeysio, B. de Baucio Canonicus Auinionensis, Dominus Hugo de Monziaco. Signé Lambert.

§. IV.

Eadem ratione inter Manfredum Friderici II. Imp. filium naturalem atque Beatricem, Sabaudiae Ducissam Cameraci d. 21. Aprilis 1247. per Procuratorem contractum fuit matrimonium, prout sequens Procuratorii tenor docet: * *Vniuersis tam praesentibus quam futuris, praesentes litteras visuris vel audituris: Gualterius de Ocra, Capuanus Electus, et Domini Imperatoris Notarius et Capellanus salutem, et Syncerum dilectionis affectum: Nouerit vniuersitas vestra, quod nos autoritate procurationis, et specialis mandati a Domino Imperatore nobis facti, obligauimus eundem Dominum Imperatorem, et Manfredum Lanceum Filium eius, et in anima ipsorum iurauimus, et iuramento tenemur, Domino Amedeo Comiti Sabaudiae, et in Italia Marchioni infallibiliter facere, et procurare, quod praedictus Manfredus Lancea filius eiusdem Domini Imperatoris ducet in uxorem legitimam Beatricem Comitissam Sabuciensem, filiam Comitis supradicti, usque per totum mensem Maii proxime futurum, apud Trinum, montem Calerium, Ripolas siue Cherium ad diem certam, quam praedictus Dominus Imperator cum Imberto de Saxellis, et Imberto Castellano Auillanae Nunciis et procuratoribus Comitis supradicti, duxerit praefigendum, restitutione. Castri Ripularum facienda memorato, vel vel praedictis Nunciis suis, a Domino Imperatore, infra festum Pentecostes proximo futurum, restituet eidem Comiti Sabaudiae libere castrum Rippolarum, cum omnibus iuribus, Iustitiis et pertinentiis suis tenendum ab Imperio, et ab ipso Domino Imperatore, et haeredibus suis, sibi in Imperio successoribus et faciendum ex eo, sicut de alia terra sua ad mandatum, et voluntatem eiusdem Domini*

* extat apud du MONT. *Tom. I. p. I. n. CCCLXXIV. p. 195.*

mini Imperatoris vel nunciorum suorum guerram et pacem amicis, et Inimicis Imperii. Idem obligauimus eundem Dominum Imperatorem praedicto Comiti, quod idem Dominus Imperator dabit praefato Manfredo filio in feudum et homagium, totam terram à Papia vsque ad Montes, sicut per diuisionem, et alios suos fines, usque ad maritimum Ianuae designantur; Dabit etiam ei Regnum Arelatense, quando, dicto Domino Imperatori de consilio eiusdem Comitis, videbitur expedire, et alibi in Imperio, et aliis terris suis, eidem filio suo iuxta voluntatem, et consilium dicti Comitis magnifice prouidebit. Ad huius autem rei testimonium, et perpetuam firmitatem, praesentes literas eidem Comiti, exinde fieri fecimus, sigillo nostro munitas. Actum apud Camberiacum Anno Dominicae incarnationis MCCXLVII. die Dominico 21. Aprilis 5. Indictione.

§. V.

Eduardus, Henrici III. Anglorum Regis primogenitus a. 1254. matrimonium per Procuratorem contraxit cum Eleonora, Ferdinandi III. Castellae regis filia, prout Procuratorium * habet: *hinc est, quod dilectum et specialem nostrum Iohannem Manselli Cancellarium Londonensem, ac Praepositum generalem praefati Patris nostri prudentia praelegit ad hoc negotium prosequendum, procuratorem nostrum et nuncium constituimus ad matrimonium nostro nomine contrahendum per verba de praesenti cum ante dicta nobili Alienora, praedicta Regis Castellae et Legionis sorore, et ad ea omnia agenda, quae in assensum matrimoniis contrahendis fuerint necessaria: firmiter promittentes, nos ratum et firmum habituros, quidquid super hoc nomine nostro dixerit faciendum. Ad cuius rei securitatem plenam damus eidem potestatem in animam nostram praestandi cuiuslibet generis sacramentum, quodcunque fuerit necessarium ad praemissum negotium prosequendum et complendum. Et si forte, quod absit praedictus Iohannes Mansell patris nostri secretarius in via deficiat, loco sui dilectum et specialem clericum nostrum Iohannem Clauell substituimus eidem in omnibus, eandem dantes potestatem circa praedictum negotium, quam praedicto Iohanni Mansell dedimus et praescripsimus sub forma superius declarata.*

* extat. in Domini de LUDEWIG app. dicti Tractatus n. III. p. 14.

clarata. Cuius factum in praemissa negotio nomine nostro pro sequendo tenere firmiter promisimus et obseruare et super hoc inspectis et tactis sacro sanctis Euangeliis corporale praestitimus sacramentum.

§. VI.

Ludouicus II. Rex Hierosolymitanus cum Yolanda, Ioannis, Arragonum Regis filia a. 1399. matrimonium contraxit per tres Procuratores, prout sequens Procuratorium docet *: *Ludouicus II. Dei gratia Rex Ierusalem et Siciliae Ducatus Apuliae et Principatus Capuae, Dux Andegauiae, Comitatuum Prouinciae et Forealquerii, Cenomaniae Pedemontis ac Rontiati comes, notum facimus per praesentes vniuersis et singulis tam praesentibus, quam futuris, quod cum dudum pro loco tractato et finaliter concordato matrimonio per procuratores, habentes ad hoc plenum posse et speciale mandatum inter nos et illustrem Yolandam, filiam bonae memoriae illustrissimi Principis Domini Iohannis Arrogonum Regis, cum certis pactis et conuentionibus contentum et declaratum in priuatis Instrumentis propterea factis, nos tunc existentes prout nunc sumus in nubili aetate, totis desideriis peroptantes, ut huiusmodi matrimonium compleretur de fidelitate et industria nobis notis ob experta Magnificorum ac venerabilis virorum Roberti de Drocis quondam consanguinei nostri carissimi Raymundi Bernardi Flamingi Militum, legum Doctoris maioris et secundarum appellationum prouinciae Iudicis, et Arnulphi la Taille quondam Praepositi Aquensis, Consiliariorum et fidelium nostrorum dilectorum plenissime confidentes, ipsos tres et duos ipsorum fecimus, creauimus, et ordinauimus, nostros veros et indubitatos procuratores, factores, negotiorum gestores et nuncios speciales ad transferendum se personaliter nomine nostro et pro nobis ad praesentiam praefati illustrissimi Regis et Serenissimae Dominae Yolandae, Reginae Arragonum, tractandumque et contrahendum nomine nostro et pro nobis cum praefata illustri Yolanda filia ipsorum Regis et Reginae per verba de praesenti, et in facie sanctae matris Ecclesiae, vt est moris, huiusmodi matrimonium solennisandum et complendum et super hoc nomine nostro*

* apud Dom. de LVDEWIG *c. l. n. IV. p.* 15.

nostro et in animam nostram et pro nobis iuramentum quodlibet, in talibus consuetum, praestandum et faciendum, nec non reditus annuos et quascunque villas, loca et castra, pro statu Camerae seu dotalitio ipsius Yolandae in dictis pactis et conuentionibus constitutos et ordinatos, constituta et ordinata, assignandum et tradendum, et plura alia faciendum, gerendum et exercendum, quae erunt ad perfectionem dicti matrimonii necessaria et etiam opportuna et in talibus fieri consueta, prout nostrae patentes literae nostrae maiestatis sigillo munitae super hoc factae latius continebunt. Et proinde praefati procuratores et nuncii nostri, volentes nostris obedire mandatis, ad ciuitatem Barchinonensem, vbi erant praefati Rex et Regina ac Yolanda, eorum filia, se personaliter transtulerunt, et in Ecclesia monasterii sancti Cucupharis Valenciae Barchinonensis Dioeceseos personaliter existentibus dictis Dominis Rege et Regina ac reuerendo in Christo Domino Geraldo Episcopo Ilerdensi, qui in maiori altari ejusdem Ecclesiae in Pontificalibus celebrauerat missam, tunc sacerdotaliter induto, et coram ipsis constitutis dicta illustri Yolanda, filia ipsorum Dominorum Regis et Reginae, ac praedictis Roberto de Drocis et Raymundo Bernardo Flamingi militibus, procuratoribus, et nunciis nostris, factis solitis in talibus per Ecclesiam interrogationibus eidem Yolandae et procuratoribus nostris supradictis per dictum Episcopum Ilerdensem et habita congrua responsione super eisdem interrogationibus, cum iurisiurandi religione a praefata Yolanda et Roberto de Drocis et Raymundo Bernardo, procuratoribus et nunciis nostris; ac per ipsam Yolandam in animam suam et per ipsos Robertum et Raymundum Bernardum in animam nostram in manibus dicti Episcopi corporaliter ad sancta Dei Euangelica iuramento praestari in talibus assueto memorati Robertus et Raymundus Bernardus procuratores et nuncii nostri ac nomine nostro et pro nobis praefatis Dominis Rege et Regina praesentibus volentibus et consentientibus cum dicta Yolanda filia de voluntate et consensu dictorum Dominorum Regis et Reginae Arragonum cum nobis mediantibus eisdem procuratoribus et nunciis nostris matrimonium per verba legitima de praesenti immediate post solennem celebrationem missae praedictae contraxerunt, prout de contractu huiusmodi legitimi matrimonii plenius et latius constat publico instrumento subscripto et signato, ut in eo legitur, manu Petri de Ponte Secretarii dicti Domini Regis Arragonum et nota-

ri pu-

vii publici sub Anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo secundo die vigesima secunda mensis Septembris, quod incipit in secunda eius linea, Ecclesia et finit in eadem.

§. VII.

D. 30. Nouembr. 1417. Ludouicus, Dux Bauariae, Mathildem, Ludouici Sabaudiae Ducis, Principis Achaiae filiam per Procuratores suos, Bernhardum Comitem de Thierstain, Magistrum Iohannem de Franchfordia, Sacrae Theologiae Professorem, Egenolfum de Rot Sanchiensem militem, Io. Voucherini Protonotarium, et Henricum Riederer de Miltemberg, Canonicum Ecclesiae B. Mariae Virginis in noua ciuitate Spirensi, sibi desponsauit atque per annuli traditionem subarrhauit, prout Instrumentum desuper confectum docet, * *et in super praedicti Procuratores Procuratorio, quo supra, nomine tanquam organum vitae vocis praefati Domini Comitis Palatini, et eius nomine praedictam inclytam Domicellam Mathildem in dicto nomine desponsarunt, et ipsam acceptarunt in legitimam eius uxorem per verba de praesenti, adiicientes etiam verba haec: illustris, et excelsus Dominus noster, Dominus Ludouicus, Comes Palatinus Rheni, Sacri Romani Imperii Elector, et Archidapifer, Bauariaeque Dux, vos inclytam et generosam Domicellam Mathildem de Sabaudia suam sponsam dilectissimam beneuola cordis affectione salutat, et mandat vobis, quod ipse per nos siue mediantibus nobis et nobis nunciantibus, recipit vos in suam, et consentit in vos tanquam in vxorem suam legitimam; atque praefata inclyta Domicella Mathildis de Sabaudia ibidem in continenti sine aliquo intervallo, in praesentia, qua supra et infra respondit in haec verba: Et ego Mathildis de Sabaudia vobis Procuratoribus veluti organo vitae vocis dicti Domini Comitis Palatini, praedictam salutationem facientibus et verba praedicta proferentibus vt supra, mediantibus vobis, et nunciantibus michi*

 praedi-

* extat Instrumentum apud du MONT. Tom. II. p. II. n. LXV. p. 98.

nostro et in animam nostram et pro nobis iuramentum quodlibet, in talibus consuetum, praestandum et faciendum, nec non reditus annuos et quascunque villas, loca et castra, pro statu Camerae seu dotalitio ipsius Yolandae in dictis pactis et conuentionibus constitutos et ordinatos, constituta et ordinata, assignandum et tradendum, et plura alia faciendum, gerendum et exercendum, quae erunt ad perfectionem dicti matrimonii necessaria et etiam opportuna et in talibus fieri consueta, prout nostrae patentes literae nostrae maiestatis sigillo munitae super hoc factae latius continebunt. Et proinde praefati procuratores et nuncii nostri, volentes nostris obedire mandatis, ad ciuitatem Barchinonensem, vbi erant praefati Rex et Regina ac Yolanda, eorum filia, se personaliter transtulerunt, et in Ecclesia monasterii Sancti Cucuphatis Valenciae Barchinonensis Dioeceseos personaliter existentibus dictis Dominis Rege et Regina ac reuerendo in Christo Domino Geraldo Episcopo Ilerdensi, qui in maiori altari ejusdem Ecclesiae in Pontificalibus celebrauerat missam, tunc sacerdotaliter induto, et coram ipsis constitutis dicta illustri Yolanda, filia ipsorum Dominorum Regis et Reginae, ac praedictis Roberto de Drocis et Raymundo Bernardo Flamingi militibus, procuratoribus, et nunciis nostris, factis solitis in talibus per Ecclesiam interrogationibus eidem Yolandae et procuratoribus nostris supradictis per dictum Episcopum Ilerdensem et habita congrua responsione super eisdem interrogationibus, cum iurisiurandi religione a praefata Yolanda et Roberto de Drocis et Raymundo Bernardo, procuratoribus et nunciis nostris; ac per ipsam Yolandam in animam suam et per ipsos Robertum et Raymundum Bernardum in animam nostram in manibus dicti Episcopi corporaliter ad sancta Dei Euangelica iuramento praestari in talibus assueto memorati Robertus et Raymundus Bernardus procuratores et nuncii nostri ac nomine nostro et pro nobis praefatis Dominis Rege et Regina praesentibus volentibus et consentientibus cum dicta Yolanda filia de voluntate et consensu dictorum Dominorum Regis et Reginae Arragonum cum nobis mediantibus eisdem procuratoribus et nunciis nostris matrimonium per verba legitima de praesenti immediate post solennem celebrationem missae praedictae contraxerunt, prout de contractu huiusmodi legitimi matrimonii plenius et latius constat publico instrumento subscripto et signato, ut in eo legitur, manu Petri de Ponte Secretarii dicti Domini Regis Arragonum et nota-

ri per

rii publici sub Anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo secundo die vigesima secunda mensis Septembris, quod incipit in secunda eius linea, Ecclesia et finit in eadem.

§. VII.

D. 30. Nouembr. 1417. Ludouicus, Dux Bauariae, Mathildem, Ludouici Sabaudiae Ducis, Principis Achaiae filiam per Procuratores suos, Bernhardum Comitem de Thierstain, Magistrum Iohannem de Franchfordia, Sacrae Theologiae Professorem, Egenolfum de Rot Sanchiensem militem, Io. Voucherini Protonotarium, et Henricum Riederer de Miltemberg, Canonicum Ecclesiae B. Mariae Virginis in noua ciuitate Spirensi, sibi desponsauit atque per annuli traditionem subarrhauit, prout Instrumentum desuper confectum docet, * *et in super praedicti Procuratores Procuratorio, quo supra, nomine tanquam organum vitae vocis praefati Domini Comitis Palatini, et eius nomine praedictam inclytam Domicellam Mathildem in dicto nomine desponsarunt, et ipsam acceptarunt in legitimam eius uxorem per verba de praesenti, adiicientes etiam verba haec: illustris, et excelsus Dominus noster, Dominus Ludouicus, Comes Palatinus Rheni, Sacri Romani Imperii Elector, et Archidapifer, Bauariaeque Dux, vos inclytam et generosam Domicellam Mathildem de Sabaudia suam sponsam dilectissimam beneuola cordis affectione salutat, et mandat vobis, quod ipse per nos siue mediantibus nobis et nobis nunciantibus, recipit vos in suam, et consentit in vos tanquam in vxorem suam legitimam; atque praefata inclyta Domicella Mathildis de Sabaudia ibidem in continenti sine aliquo intervallo, in praesentia, qua supra et infra respondit in haec verba: Et ego Mathildis de Sabaudia vobis Procuratoribus veluti organo vitae vocis dicti Domini Comitis Palatini, praedictam salutationem facientibus et verba praedicta proferentibus vt supra, mediantibus vobis, et nunciantibus michi*

 praedi-

* extat Instrumentum apud du MONT. Tom. II. p. II. n. LXV. p. 98.

praedicta, eundem illustrissimum Principem et Excelsum Dominum Dominum Ludouicum Comitem Palatinum Rheni in virum meum consentio; et sic per praedicta, et supra scripta verba ipsa Domicella Mathildis, et Procuratores praedicti quo supra nomine dictum Matrimonium praesentialiter contraxerunt, insuper etiam praedicti Procuratores nomine quo supra bona fide, et sub obligatione omnium bonorum praefati Domini Comitis Palatini Rheni eidem Domicellae Mathildi stipulanti, et recipienti promiserunt, quod quam primum ipsa Domicella Mathildis Deo dante venerit ad Heidelbergam iuxta puncta promissa et ordinata in Instrumento contractus, de et super hoc confecto concepta, quae ex tunc praefatus illustris Dominus Comes Palatinus Rheni, ipsam Domicellam Mathildem in propria eius persona, siue personaliter desponsabit, et dicta sponsalia et Matrimonium confirmabit per annuli traditionem, adhibitis etiam circa haec aliis solemnitatibus debitis et consuetis, ad maiorem roboris firmitatem praefata Illustris Domicella et Praedicti Procuratores in animam suam, et principis sui scilicet praefati Illustris Domini Comitis Palatini iurarunt, ad Sancta Dei Euangelia, tactis scripturis, quod contra praedicta in aliquo non fiet, sed adimplebuntur, quae supra dicta, et facta sunt super quidem omnibus, et singulis ambae partes praedictae requisierunt nos Notarios publicos, sub debito nostri Notariatus officio, sibi fieri duo, et plura eiusdem tenoris publica Instrumenta.

§. VIII.

D. 11. Decembr. a. 1427. Taurini contractum fuit matrimonium inter Philippum Mariam Anglum, Ducem Mediolanensem et Mariam Sabaudicam per Procuratores, prout Instrumentum desuper confectum * habet: *Quamobrem Magnificus et generosus Miles Dominus Vmbertus Bastardus de Sabaudia, Dominus Gaspardus Dominus Montismaioris, Dominus Manfredus*

* extat apud GVICHENON *Preuues p. 344.* ex quo habet du MONT. Tom. II. p. II. p. 195.

fredus ex Marchionibus Salutiarum, Milites, et praefati Domini Ducis Sabaudiae Marechalli, Spectabilisque Dominus Petrus Marchiandi Legum Doctor famosus, omnes ipsius Domini Ducis Sabaudiae Consiliarii, et Procuratores ad infra scripta legitime constituti, sicut constat publicis litteris signatis per Guilielmum Bolomerii eiusdem Domini Ducis Sabaudiae Secretarium vigesima quinta Octobris, Anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo septimo, ipsius Domini Ducis Sabaudiae Procuratorio nomine. Pro quo nihilominus sub iuramento, et obligatione omnium bonorum suorum promiserunt, quod ipse Dominus Dux praesentem contractum ratificabit, et vltra Ratificationem suam faciet, et operabitur, quod ipsa Domina Maria Domicella praedicta eius filia, ipsum similiter ratificabit. Et vlterius dicti Procuratores nomine etiam praefatae Domicellae Dominae Mariae, pro qua, licet mandatum non habeant iuxta morem Patriae, vt asseruerunt, similiter tamen sub iuramento, et obligatione omnium bonorum suorum de rato promiserunt ex vna parte: Et reuerendissimus in Christo pater et Dominus Dominus B. Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus Sanctae Mediolanensis Ecclesiae Maximus, dignissimusque in Ecclesia Dei Praelatus, et Venerabilis, atque magnae Religionis Vir Dominus Frater Filippus de Prouanis Praeceptor Domus Sancti Antonii Mediolanensis, nec non spectabilis Dominus Franchinus de Castilione Iuris vtriusque Doctor famosus, Consiliarius, et Aluysius Erotus vir vtique Notabilis, Secretarius Ducalis et omnes oratores et Procuratores praefati illustrissimi Domini Ducis Mediolani ad infra scripta specialiter constituti, sicuti de eorum mandato constat publico Instrumento tradito, et rogato per Donatum de Cisero de Erba, Anno praesenti, et die tertio mensis Septembr. ex altera Praefatorum duorum illustrissimorum Dominorum suorum laudabile propositum exequi volentes, ad laudem et gloriam Altissimi omnium rerum conditoris, omniumque bonorum, praesertim matrimonialis Sacramenti praecipui auctoris, qui non sine magno mysterio sexta illa die, qua Fabricam vniuersam compleuerat, Sanctissimum istud Matrimonii Sacramentum instituit pariter et benedixit, ad laudem etiam et gloriam Sanctae gloriosissimae Dei genitricis Mariae, quam Deus Matrimonialis Sacramenti vinculo non sine magno consilio constrictam esse voluit, cuius suauissimum Sanctissimumque Mariae nomen

nen vtrumque praedictorum coniugium simul stringens futuram ipsorum inuicem animorum firmissimam vnionem et abundantiam futurae in ipsis grauiter et fortissime bonae prolificationis importat; et denique ad laudem et gloriam totius coelestis Curiae triumphantis, nec non ad perpetuum stabilimentum, conseruationem, et augmentum status ipsorum Dominorum, et subditorum suorum pacem perpetuam pariter, et tranquillitatem; ex certa scientia, sponte et deliberate, nominibus quibus supra, per solemnem stipulationem in verbo Principis, et sub fide Iuramenti manu corporaliter tactis scripturis, inierunt, firmauerunt et contraxerunt, atque ineunt, firmant, et contrahunt verum, legitimum et indubitatum Matrimonium inter Praefatum illustrissimum Dominum Philippum Mariam Anglum Ducem Mediolani, etc. et praefatam illustrissimam Domicellam Dominam Mariam de Sabaudia natu maiorem filiam praefati illustrissimi Domini Sabaudiae Ducis etc. accipientes praedicti Procuratores et oratores ipsius Domini Ducis Mediolani eius nomine eandem Domicellam Dominam Mariam in veram, legitimam et indubitatam coniugem et vxorem ipsius Domini Philippi Mariae Ducis Mediolani; et versa vice praedicti Procuratores Domini Ducis Sabaudiae ipsius Domini Ducis, et praefatae Domicellae Dominae Mariae nomine, accipientes eundem Dominum Philippum Mariam, Anglum Ducem Mediolani in verum, legitimum, et indubitatum Matrimonium inter Praefatum illustrissimum Dominum, Mariam Anglum Ducem Mediolani etc. et praefatam illustrissimam Domicellam Dominam Mariam de Sabaudia natu maiorem filiam praefati illustrissimi Domini Sabaudiae Ducis, etc. accipientes praedicti Procuratores et oratores ipsius Domini Ducis Mediolani eius nomine eandem Domicellam Dominam Mariam in veram, legitimam et indubitatam coniugem et uxorem ipsius Domini Philippi-Mariae Ducis Mediolani; et versa vice praedicti Procuratores Domini Ducis Sabaudiae ipsius Domini Ducis, et praefatae Domicellae Dominae Mariae, nomine, accipientes eundem Dominum Philippum Mariam Anglum Ducem Mediolani in verum, legitimum et indubitatum ipsius Dominae Mariae coniugem et Maritum. Quae omnia prae-

dicti

dicti omnes vtriusque Partis Procuratores firmauerunt, et contraxerunt sub ista conditione in principio, medio, et fine praesentis Contractus intellecta, et non aliter, videlicet, si Sanctissimus Dominus noster Papa pro sui clementia, annuente Domino super impedimento praedicto vigentis inter eos consanguinitatis dispensauerit, taliter quod matrimonium legitimum esse possit inter praedictos.

§. IX.

D. XXXI. Augusti a. 1432. contractum atque per benedictionem sacerdotalem consummatum est matrimonium inter Ludouicum Siciliae atque Hierosolymitanum Regem et Margaretham Sabaudicam, in Castro Thononio, Regis Procuratorem agente Petro, Domino Bellevallis prout Instrumentum * habet: *Per hoc publicum Instrumentum cunctis fiat manifestum, quod cum pridem Matrimonium per verba de futuro contractum fuerit in facie Sanctae Matris Ecclesiae, Solemnizandum inter Serenissimum Principem Dominum Ludouicum Tertium Dei gratia Ierusalem et Siciliae Regem, Ducem Andegauiae, comitatuumque Prouinciae Forcalquerii, Cenomaniae Comitem, Magnifico Domino Petro Domino Belleuallis primo Cambellano, in Prouincia Regio Gubernatore, ac Procuratore ad haec specialiter constituto pro eo agente ex vna; Et inclitam Domicellam Margaretham de Sabaudia filiam naturalem et legitimam illustrissimi principis Domini nostri Domini Amedei Ducis Sabaudiae, Chablaisii et Augustae Principis Marchionis in Italia Comitis Pedemontium et Gebernarum, Valentinensisque et Dyensis, ipso illustrissimo Domino nostro Duce Patre pro ea contrahente partibus ex altera. Constante publico Instrumento dato Thononi, die vigesima secunda mensis Iulii Anni millesimi quatercentesimi trigesimi primi, nouae indictionis. Hinc est, quod ipsa inclyta Domicella Margarita ad Annos pubertatis peruenta, desiderantes praedictae partes huiusmodi Matrimonii contractum, vt conuenit, solemnizare, constituti propterea in testium subscriptorum et mei Notarii subscripti praesentia ac procerum, Peritorum et aliorum Notabilium multitu-*

* apud GVICHENON *Hist. Geneal. de Savoye Preuves p. 346.* ex qua habet du MONT. *Tom. II. p. II. p. 254.*

multitudine copiosa coram Reuerendissimo in Christo patrè Domino Ioanne de Bertrandis miseratione diuina Archiepiscopo Tarentasiensi, ad diuina celebrandum officia in Pontificalibus existente; Videlicet memoratus Magnificus Dominus Petrus Dominus Belleuallis Procurator ipsius Serenissimi Domini Regis Ludouici ad huiusmodi Matrimonium per verba de praesenti contrahendum, ipsamque Inclytam Domicellam desponsandum de nouo specialiter constitutus, vt edocebat per alias ipsius Domini Regis Patentes literas eius propria manu signatas, suoque Sigillo cera rubea impendenti sigillatas, quarum etiam tenor de verbo ad verbum inferius est insertus; tunc assistentibus secum spectabilibus et egregiis Regiis Consiliariis, qui in dicto Matrimonii Contractu cum eo affuerunt, ac etiam pluribus aliis notabilibus militibus et Scutiferis, tam per ipsum Dominum Regem, quam etiam Serenissimam Principissam Dominam Violandam Ierusalem et Siciliae Reginam ipsius Domini Regis Genitricem, ad huiusmodi solennia Matrimonii auspicia decoranda destinatis ex vna parte: Et supradicta Inclyta Domicella Margarita de et cum authoritate, iussu et licentia praefati illustrissimi Domini Ducis eius Patris, cum multorum Principum, praelatorum, Baronum, et aliorum Procerum praefulgenti Comitiua, astantis iubentisque et authorizantis ex altera parte et ibidem visis ac solerti indagine prospectis per ipsum Dominum Archiepiscopum praedictis tam dispensationis quam nouae Regiae Procurationis literis, et aliis necessariis ambabus Partibus mutuis consensibus Matrimonium fieri applaudentibus, ipse idem Regius Procurator, nomine praefati Serenissimi Domini Regis Ludouici, per formalium verborum de praesenti ad haec necessariorum expressionem, Annulique sacra benedictione infusi in digito appositionem praefatam Inclytam Domicellam Margaritam vxorem legitimam ipsius Domini Regis recipit, et vice mutua ipsa Inclyta Margarita de authoritate et consensu praefati Illustrissimi Domini Ducis dictum Dominum Regem Ludouicum in eius verum et legitimum virum in Persona memorati eius Procuratoris excipit, subsequentibus etiam Missarum solemniis benedictionisque munere. Pro quorum indubia firmitate et perpetua obseruantia, ipse Regius Procurator promisit, sub suorum omnium bonorum expressa obligatione, praemissa omnia laudari et ratificari facere per dictum Dominum Serenissimum Regem infra tres menses proximos, etc. Acta in Platea magnarum Logearum Castri Thononii, die vltima mensis Augusti. M. CCCC. XXXII.

§. X.

§. X.

Postquam in Alfonsi Siciliae Regis aula, praeterito Gallorum Delphino, Friderici III. Imp. matrimonium cum Eduardi, Lusitaniae Regis filia, Alphonsi V. qui tunc imperabat sorore, fuisset decretum, missi a. 1451. nuntii Imp. Iacobus Motzius et Nicolaus Lanckmannus in Portugalliam, quorum priori dicta Eleonora procuratorio nomine, solenni ritu fuit desponsata. Docet de eo dicti Motzii Oratio ad Alphonsum Portugalliae Regem habita, * qua ipsum sic alloquitur: *Nouit tua Maiestas antequam loquar, quae sit nostri causa aduentus, apud Neapolim quae gesta sunt inter tuos et Caesareos oratores, iam diu tibi relatum est ex his, quae illic conclusa sunt. Hoc supererat vt ad contrahendum matrimonium per verba de praesenti, cum praefata sorore tua suos procuratores Caesar transmitteret.* Inde sequitur oratio ad Eleonoram habita, quam tali ratione concludit: *dixi quae sum facturus, si accipis gloriosissimum Dominum meum, Dominum Fredericum Romanorum regem, virum tuum legitimum ex ordine rituque sacrosanctae Romanae et vniuersalis ecclesiae. Quinimo quem iam te dicis accipere, vtrumque hunc optare atque amplecti mente. Sic dic: ego infantula Domina Leonora recipio Fredericum regem Romanorum in meum maritum bonum et legitimum, sic mandat sancta Ecclesia Romana, in persona tui magistri Iacobi Motz, sui sufficientis procuratoris ad hunc actum. Et ego praenominatus M. Iacob M. nomine praefati Frederici Regis Romanorum, tanquam procurator eius ad hunc actum legitime constitutus, recipio te Infantissam Dominam Leonoram in suam legitimam vxorem, sicut mandat sacra Ecclesia Romana; atque te hoc annulo subarrabo, ad laudem et gloriam omnipotentis Dei; et ad felicem vtriusque partis statum et optimam consolationem: vt duo in carne vna longo tempore simul viuatis, generetisque filios et filias, qui Deo et hominibus sint accepti, vobisque senibus*

* extat apud FREHERVM *Tom. II. Scriptor. p.* 32.

senibus superuiuant. Repleantur et benedictionibus omnium bene viuentium, fruanturque pace aeterna. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Faciunt huc etiam verba AENEAE SYLVII: * *Fridericus autem ex legatis postquam se maritum Regiae Virginis, et ad Coronam accipiendam nihil impedimenti apud Italos cognouit esse, animum prorsus ad coronationem intendit, Viennam petit, res Austriae disponit, Sacerdotes duos in Portugalliam dirigit, qui annulo coniugali ex condicto sponsam subarreant, aduentumque suum ad Latinum portum quam celerrime fieri suadeant.* Matrimonialis igitur erat desponsatio per annuli subarrhationem, sine concubitu tamen figurato.

§. XI.

Die decima Maii 1468. celebratum fuit Galeacii Mariae Ducis Mediolanensis matrimonium cum Domicella Bona de Sabaudia, procuratorem agente fratre ipsius, Tristano Sfortia procuratore, de quo Contractus Matrimonii docet: ** *Die vero Martis decima dicti mensis Maii inde sequentis, Anno, Indictione, et Pontificatu praedictis, ante ostium Capellae dicti castri Ambasiae praedictis, illustrissima Domicella Bona de Sabaudia ex vna et D. Tristano Sfortia Procuratore, et Procuratorio nomine, quo supra parte ex alia, personaliter constitutis causa contrahendi in facie Ecclesiae, et solemnizandi Matrimonium iam dictum in praesentia Christianissimi D. nostri Regis, nec non Serenissimae D. D. Carolae Francorum Reginae, ac illustrissimarum Principum D. D. Agnetis de Burgundia illustrissimi Principis D. Ducis Borbonensis Matris, Ioannae Ducissae Borbonensis et Reuerendissimorum ac Reuerendorum D. D. Caroli Lugdunensis et Geraldi Turonensis Archiepiscoporum praedictorum, Ioannis Abricensis Episcopi, ac nobilium virorum Arnaudi du Chastelet et Yuonis du Fou Scutiferorum, aliorum quoque plurium Dominorum, et Dominarum in multitudine copiosa astantium, ante dictus Christianissimus D. noster Rex interrogauit praedictum Dominum Tristanum se gerentem Procuratorem dicti D. Ducis, an Procura-*

* *vita Friderici III. pag. 41.*

** extat apud GVICHENON. *Hist. Geneal. de Sauoye Preuves p. 377.* ex quo habet du MONT. *Tom. III. p. I. p. 381.*

curatorii sui Mandatum esset reuocatum a praedicto D. Duce Mediolani eius Domino: qui quidem D. Tristanus respondendo asseruit, quod non erat reuocatum; et continuo Reuerendissimus in Christo Pater et D. D. Ioannes tit. S. Susannae Cardinalis Andegauensis vulgo nuncupatus, praestitis iuramentis solitis hinc inde nominibus praedictis; videlicet quod dicti illustrissimus D. Dux Mediolani et illustrissima Domicella Bona sibi inuicem alter alteri fidelitatem et legalitatem tenebunt, et se se inuicem custodient in prosperitate et infirmitate, neque sese permutabunt pro alteris, aeque bonorum, meliorum aut deteriorum, dicto D. Cardinali stipulante, prout stipulatus est a dictis illustrissima Domicella Bona et Magnifico D. Tristano nomine quo supra, per verba de praesente ad Matrimonium contrahendum cum responsione affirmatiua subsecuta, Annulum benedictum in altero digitorum eiusdem illustrissimae Domicellae posuit, hisque actis, vt praefertur dictam Capellam Castri introierunt ad Missam audiendam. De quibus praemissis omnibus et singulis, Christianissimus D. noster Rex, et D. Tristanus Sfortia Procuratores, et Procuratoriis nominibus quibus supra petierunt, et requisierunt a nobis Notariis subscriptis sibi fieri seu confici vnum, seu plura publica Instrumenta.

§. XII.

Philibertus I. Sabaudiae Dux a. 1474. cum Maria Sfortia, Duce Mediolanensi matrimonium per Procuratorem contraxit, de quo SAM. GVICHENON: * „Il mourut sans „laisser aucuns Enfans de Blanche Marie Sforce son Epouse „Fille de Galeas-Marie Sforce Duc de Milan, et de Bonne „de Sauoye. Ce Mariage se fit au mois de Ianuier de l'an „mil quatre cents septante-quatre, à Milan: que sa Saintete „en auroit accordé la dispense Corio ecrit que pendant que l' „on faisoit la ceremonie du Mariage auec les Ambassadeurs „de Sauoye, une des clefs de la voute de la Chambre où „l'on estoit assemble, se détacha avec tant de violence, que „si l'on ne se fut osté promptement, il n'en fut pas échapé „un seul. Presage infallible, que ce mariage ne seroit pas de „longue durée.

* *Hist. de Sauoye Tom. I. p. 573.*

§. XIII.

Postquam Maria Burgundica ann. 1477. in pleno Senatu declarasset, sese viuo adhuc patre Carolo, per litteras sua manu scriptas, et transmissas ad amantem, Maximiliano iam dum fuisse subarrhatam, * remanserunt Gandaui e Caesaris Legatis Ludouicus Bauarus ac Cancellarius. Ast Bauarus post paucos dies semiarmatus nomine Maximiliani cum Maria, Principum more, concubuit. ** Plenius vero rem exponit FVGGERVS *** ita scribens: „Hertzog Ludwig aus Bayern, „liesse ihm, als Stellverweser, im Nahmen Ertzhertzog „Maximilians, die Printzessin an die Hand trauen, und hielte nach Fürstlichen Gebrauch, mit ihr das Beylager. Er „war am rechten Fus und Arm, mit leichten Harnisch angethan, und zwischen sie beyde, ward ein langes blosses „Schwerd geleget. Die Hertzogin Margaretha, samt der „Frauen von Halwin, stunden auf einer, und die Räthe auf „der andern Seite: und ward diese Trauung den 26. April „um Mitternacht verrichtet.„ Postquam ipse Maximilianus in Belgium aduentasset, atque die XVIII. Augusti 1477. pacta dotalia Gandaui fuissent conclusa, d. XX. Augusti ab ipso matrimonium Gandaui consummatur, sacra operante Tornacensi antistite, et praesente inter alios Legato Pontificis, Iuliano, Cardinale Ostiensi. ****

§. XIV.

Die XXV. Nouembr. 1487. Matthiae, Vngariae Regis filius, Ioannes Coruinus cum Blanca Maria Galeatii Mariae, Mediolanensis Ducis filia per Ioannem, Varadiensem Episcopum

* ROO. *libr. IX. p. 375.*

** verba sunt PONTI HEVTERI *Rer. Austr. lib. I. c. VII.*

*** *lib. V. c. XXVI. p. 855.*

**** ROO *lib. IX. p. 376.* PONTVS HEVTERVS Rer. Austr. lib. I. c. VII. MÜLLER *Maximiliano I. Vorst. c. V.*

ſcopum procuratorem fuit ſubarrhatus atque deſponſatus, prout Deſponſationis habet Inſtrumentum: * *Habita igitur ad hunc actum publica, ac ſolemni, ac ornatiſſima oratione per Magnificum, et Clariſſimum Iuris vtriusque Doctorem Dominum Ioannem Franciſcum de Marchiano Ducalem Conſiliarium noſtrum, in praeſentia praefati Reuerendiſſimi D. Epiſcopi Varadinenſis praefatorum DD. Regis Ducis Patris et Filii Oratoris, ac Mandatarii, ac illuſtriſſimi D. Ducis Mediolani, nec non illuſtriſſimae, ac excellentiſſimae Dominae Bonae Duciſſae Mediolani Matris praefatae inclytae virginis Dominae Blanchae Mariae, ac vtriusque Senatorii ordinis, Procerumque, et Aulicorum eiusdem illuſtriſſimi D. Ducis Mediolani, et per ipſum D. Ioannem Franciſcum ipſa Domina Blanca Maria, nunc aetatis, vt dicitur, annorum quindecim, vel circa interrogata fuit contenta, et ſponte contentatur accipere, et accepit ac accipit in eius legitimum ſponſum et maritum praefatum illuſtriſſimum N. Ioannem Coruinum Ducem, licet abſentem, tanquam praeſentem, ſeu praenominatum Reuerendiſſimum D. Epiſcopum Varadienſem eius Procuratorio et Mandatario nomine praeſentem, ſtipulantem, et recipientem in eum conſentiendo per verba de praeſenti. Vice verſa interrogatus idem Reuerendiſſimus D. Epiſcopus Varadienſis fuit contentatus, et contentatur Procuratorio, et Mandatario nomine praefati illuſtriſſimi D. Ioannis Coruini Ducis accipere, ac accepit, et accipit in eius illuſtriſſimi D. Ioannis Coruini Ducis legitimam ſponſam, et vxorem praefatam inclytam virginem Dominam Blancam Mariam ibi praeſentem ſtipulantem, et recipientem, in eam dicto Procuratorio, et Mandatario nomine conſentiendo per verba de praeſenti, ac idem Reuerendiſſimus D. Epiſcopus Procuratorio et Mandatorio nomine praenominati illuſtriſſimi D. Ducis in ſignum veri, et legitimi matrimonii ipſam D. Blancam Mariam cum duobus annulis auri gemmas precioſas habentibus deſponſauit, et deſponſat, quod felix fauſtumque et diuturnum ſit; Renunciantes praefati Inclyta Domina Blanca Maria et Reuerendiſſimus D. Epiſcopus Procuratorio, et Mandatario nomine praefati illuſtriſſimi D. Ioannis Ducis exceptioni non factae praedictae deſponſationis cum mutuo vtramque conſenſu per verba de praeſenti, praedictorumque omnium, et ſingulorum, non ſic actorum et ge-*

* extat. apud du MONT. *Tom. III. p. II. n. XCIX. p. 174.*

et gestorum, ac omnibus probationibus, et defensionibus in contrarium: De quibus omnibus et singulis idem inclyta Domina Blanca Maria et Reuerendissimus D. Episcopus dicto nomine, et vterque eorum iusserunt, et rogauerunt ac iubent, et rogant per nos Ioannem Antonium de Girardis Papiensem et Filippum de Comite Notarios publicos, et Cancellarios infra scriptos, et vtrumque nostrum in solidum publicum confici debere Instrumentum vnum et plura eiusdem tenoris.

§. XV.

Ineunte Ianuario a. 1491. Romanorum Rex Maximilianus, et Anna, minoris Britanniae Dux, filia natu maior Francisci, postremi Britonum Ducis, qui sine liberis masculis obiit, de ineundo matrimonio inuicem dant fidem, mittitque Romanorum Rex ad Britones Engelbertum II. Nassouiae Comitem, dictum ab historicis Aurantiae Principem, et Wolfgangum Polheimium cum duobus peditum Germanorum millibus, qui Duci Annae praesidio essent, decubuitque tunc Engelbertus cum ea, nomine Romanorum regis armatus, vt erat Principum mos. Tale autem erat Maximiliani Procuratorium Oeniponti d. 20. Martii 1489. * „Savoir faisons, „que nous confiant, à plein essens, grande loiauté, bonne pru„dence, discretion et suffisance que savons être es personnes „de nos amez et feaux le Comte de Nassau, Notre Cou„sin, le Seigneur de Polhain, Marechal, Maitre Iaques de „Gondebault, notre Secretaire, et ausi de Loupian, nostre „Maitre d' Hotel étant par delà iceux avons commis, ordon„nez et etablis, commettons, ordonnons et etablisons nos „Ambassadeurs, orateurs et Procureurs Speciaux, en leur „donnant, plein pouvoir, autorité, et mendement expres par „ces presentes, de pour et au nom de nous, les trois ou les „deux desdits Sieurs, qui mieux vaquer y pourront expres „transporter par devers la dite Duchesse de Bretagne, lui di„dire et

* extat apud MÜLLERUM *Maximiliano I. Vorst. cap. XVII. §. 2.* LÜNIGIUM *Cod. Germ. Diplom. Tom. I. n. LXVII. 467.*

„re et declarer et à ceux de ſon Sang, aux Barons, Nobles „et ſubjets de la dite Duche, ſi beſoin fait notre vouloir intention, et deſir au fait dudit Traité et Alliance de Mariage „d' entre nous et elle, entendre et Savoir ſur ce le ſien, et „paſſer et conclure de nôtre part les dits Traité et alliance, „ſelon que l' avons dit et declaré audits Ambaſſadeurs fiancer „pour et au nom de nous, la dite Dame Anne Ducheſſe et „faire promeſſe et ferment ſolennel en l' ame de nous, que la „prendrons en notre femme, et epouſe, auſſi de en ce cas recevoir le reciproque à ſavoir de nous prendre à urai et leal „époux et mari, ſelon Dieu et notre mere ſainte Egliſe et au „ſur plus faire en ce que dit eſt tout ce que bons et loiaux Ambaſſadeurs, Procureurs et orateurs peuvent et doiuent faire, „et jusques à la Conſommation dudit Mariage, ainſique faire „pourrions ſi preſens y étions, et de ce en baillès leurs lettres „telles que beſoin ſera, promettant en parole de Roi d' avoir „et tenir pour agreable ferme et ſtable, à toujours tout ce „que par les deſſus nommez les trois ou les deux, d' iceux „ſera fait jure, promis, conclu et paſſé, et d' en bailler „nos lettres de Confirmation et ratification en forme due, „quand requis en ſerons. En temoin de ce, nous avons fait „mettre noſtre ſoel à ces preſentes.„ Quatuor igitur hic memorantur Procuratores, quos etiam indicat Guido Aliexus LOBINEAU: * „Les procureurs nommez par Maximilien „pour epouſer Anne de Bretagne, furent le Comte de Naſſau, „Wolfgang Seigneur de Polhain, Iacques, de Gondebaut, „Secretaire des ordonnances et de Guerres du meſme „Prince, et de Loupian, l' un de ſes Maitres d' hoſtel. Leur „lettres de Procuration ſont dates d' Inſpruck, le 20. de Mars, „de l' an. 1489.„ Verum, dum Comitis Naſſouiae nomen haut fuerit expreſſum, ſcrupulum hoc mouet. Celeber. SCHWAR-

* *Hiſtoire de Bretagne Tom. I. p. 807.*

et gestorum, ac omnibus probationibus, et defensionibus in contrarium: De quibus omnibus et singulis idem inclyta Domina Blanca Maria et Reuerendissimus D. Episcopus dicto nomine, et vterque eorum iusserunt, et rogauerunt ac iubent, et rogant per nos Ioannem Antonium de Girardis Papiensem et Filippum de Comite Notarios publicos, et Cancellarios infra scriptos, et vtrumque nostrum in solidum publicum confici debere Instrumentum vnum et plura eiusdem tenoris.

§. XV.

Ineunte Ianuario a. 1491. Romanorum Rex Maximilianus, et Anna, minoris Britanniae Dux, filia natu maior Francisci, postremi Britonum Ducis, qui sine liberis masculis obiit, de ineundo matrimonio inuicem dant fidem, mittitque Romanorum Rex ad Britones Engelbertum II. Nassouiae Comitem, dictum ab historicis Aurantiae Principem, et Wolfgangum Polheimium cum duobus peditum Germanorum millibus, qui Duci Annae praesidio essent, decubuitque tunc Engelbertus cum ea, nomine Romanorum regis armatus, vt erat Principum mos. Tale autem erat Maximiliani Procuratorium Oeniponti d. 20. Martii 1489.* „Savoir faisons, „que nous confiant, à plein essens, grande loiauté, bonne pru„dence, discretion et suffisance que savons être es personnes „de nos amez et feaux le Comte de Nassau, Notre Cou„sin, le Seigneur de Polhain, Marechal, Maitre Iaques de „Gondebault, nôtre Secretaire, et ausi de Loupian, nostre „Maitre d' Hotel étant par delà iceux avons commis, ordon„nez et etablis, commettons, ordonnons et etablisons nos „Ambassadeurs, orateurs et Procureurs Speciaux, en leur „donnant, plein pouvoir, autorité, et mendement expres par „ces presentes, de pour et au nom de nous, les trois ou les „deux desdits Sieurs, qui mieux vaquer y pourront expres „transporter par devers la dite Duchesse de Bretagne, lui di-

„dire et

* extat apud MÜLLERVM *Maximiliano I. Vorst. cap. XVII. §. 2.* LÜNIGIVM *Cod. Germ. Diplom. Tom. I. n. LXVII. 467.*

„re et declarer et à ceux de ſon Sang, aux Barons, Nobles „et ſubjets de la dite Duche, ſi beſoin fait notre vouloir inten- „tion, et deſir au fait dudit Traité et Alliance de Mariage „d' entre nous et elle, entendre et Savoir ſur ce le ſien, et „paſſer et conclure de nôtre part les dits Traité et alliance, „ſelon que l' avons dit et declaré audits Ambaſſadeurs fiancer „pour et au nom de nous, la dite Dame Anne Ducheſſe et „faire promeſſe et ſerment ſolennel en l' ame de nous, que la „prendrons en notre femme, et epouſe, auſſi de en ce cas re- „cevoir le reciproque à ſavoir de nous prendre à urai et leal „époux et mari, ſelon Dieu et notre mere ſainte Egliſe et au „ſur plus faire en ce que dit eſt tout ce que bons et loiaux Am- „baſſadeurs, Procureurs et orateurs peuvent et doiuent faire, „et jusques à la Conſommation dudit Mariage, ainſique faire „pourrions ſi preſens y étions, et de ce en bailles leurs lettres „telles que beſoin ſera, promettant en parole de Roi d' avoir „et tenir pour agreable ferme et ſtable, à toujours tout ce „que par les deſſus nommez les trois ou les deux, d' iceux „ſera fait jure, promis, conclu et paſſé, et d' en bailler „nos lettres de Confirmation et ratification en forme due, „quand requis en ſerons. En temoin de ce, nous avons fait „mettre noſtre ſoel à ces preſentes.„ Quatuor igitur hic me- morantur Procuratores, quos etiam indicat Guido Aliexus LOBINEAV: * „Les procureurs nommez par Maximilien „pour epouſer Anne de Bretagne, furent le Comte de Naſſau, „Wolfgang Seigneur de Polhain, Iacques, de Gondebaut, „Secretaire des ordonnances et de Guerres du meſme „Prince, et de Loupian, l' un de ſes Maitres d' hoſtel. Leur „lettres de Procuration ſont dates d' Inſpruck, le 20. de Mars, „de l' an. 1489.„ Verum, dum Comitis Naſſouiae nomen haut fuerit expreſſum, ſcrupulum hoc mouet. Celeber.

SCHWAR-

* *Hiſtoire de Bretagne Tom. I. p. 807.*

SCHWARTZIVS * equidem, ad Fuggerum ** prouocans, primarias legationis partes obiisse dicit Iohannem Chalonium, Principem Arausionensem. Verum Fuggerus saltim nominat *den Printzen von Vranien*, nomine non indicato. Potius Engelbertus II. Nassouius Comes primas legationis partes obibat, prout nobis indicauit IOSEPHVS de la PISE † scribens: *Engelbert de Comte de Nassau fut chef de l'ambassade et celuy qui l'espousa solennellement, au nom de Maximilian.* Idem dicit IO. TEXTOR, †† et quod potius Io. Chalonium Maxim. in hac causa habuerit contrarium, dum ita de hoc Engelberto scribit: „Nicht zu geschweigen der vielen und gefährlichen „Reysen, welche er, wegen des Kaysers, über sich genommen „als da er durch die in Franckreich an der West-See oder „Meer gelegene Städte in Bretaigne gezogen, den zweyten „Heyrath mit Anna, einer eintzigen Tochter und Erbin „des letzen Hertzogen Francisci, in Bretaigne oder Britannien, hernacher Zwart, Königin in Franckreich zu stifften, „welches Werk er auch also weis und klüglich tractirt, und „so ferne gebraacht, dass man wegen des Heuraths gantz „wohl zu frieden gewesen, auch das hochzeitliche Beylager „fortgangen wäre, wo nicht Iohann, Printz zu Vranien, „Herrn Philiberti Vatter, dasselbe verhindert, indeme er dieselbige Braut, seine Mume Annam, Carlen, dessen Namens „dem VIII. Könige in Franckreich, zu wegen gebracht. ††† Errauit igitur FABRICIVS ††††, dum ait: *In ea legatione inter*

* *notis ad Petri Albini Genealogiam Comitum Leisnicensium* apud MENCKEN *Tom. III. p. 911.*

** *Spiegel der Ehren. p. 1038.*

† *Tableau de l'Histoire des Princes d'orange p. 143.*

†† *Nassauische Chronic. cap. XI. p. 94.*

††† idem dicit IOSEPH de la PISE c. l. et P. DANIEL *Tom. II. p. 1517.* et FRIEDRICH LVCAE *oraniens Triumph. p. 123.*

†††† *Origg. Saxon. lib. VII. p. 826.*

inter viros militares locum primum tenuerunt Wolfgangus Polhemius, Comes Austriacus, et Hugo, Comes Leisnicensis è Misnia, dum dictus Hugo minimè fuerit inter Procuratores, sed tantum militum, quos in auxilium miserat Maximilianus, parti praefuerit, prout LOBINEAV * dicit: *le Comte de Lisseneuc, Capitaine d' une partie d' Almans.*

§. XVI.

Modum et ritum desponsationis matrimonialis describit POLYDORVS VERGILIVS **. *Maximilianus id temporis coelebs, nuptias cum Anna Francisci Ducis filia per Procuratorem facit, et vt puella, quod promisit seruare religione teneatur, noua res modo peragitur: nocte enim insequenti, Anna nuda, torum coniugalem matronis nonnullis, ac principibus testibus ingreditur, et procurator mariti vice, cuius in eo negotio vicarius erat, alterum crus genutenus, intra stragula iniicit, perinde, quasi ita puellae notitia habita, matrimonium pro consummato habeatur. Sed parum valuit ista religio apud eum, qui hanc praedam alteri eripere avebat.* Confirmat hoc BACO de VERVLAMIO *** dicens: *Maximilianus eo vsque, tum apud Principissam ipsam, tum apud Consiliarios eius principales praeualuit, vt matrimonium per Procuratorem consummatum fuerit, cum Caeremonia, tunc temporis, in his partibus noua. Neque enim solum publice desponsata est, sed etiam tanquam Nupta per omnia tractata, atque in thalamo collocata: postquam autem decubuisset, ingressus est Legatus Maximiliani cum literis procurationis, et astantibus multis, tam viris, quam foeminis primariis, tibiam suam ad Genu usque nudatum, inter Lintea nuptialia inseruit, vt Caeremonia illa consummationi et cognitioni actuali aequipollere putaretur. Hoc facto Maximilianus (cuius moribus penitus insitum erat, vt negotia semper semifecta relinqueret, et reliqua imaginatione tantum forti consummaret: tanquam Sagittarius malus,*

* *Tom. II. pag. 1525.*

** *Histor. Angl. Lib. XXVI. p. 737.*

*** *pag. 140.*

lus, qui sagittas ad cuspidem vsque attrahere non solet: cui etiam tam facile fuisset sponsam suam praesens amplexari, quam huiusmodi ludibria instituere) omnia iam pro certis ducens, neglexit ad tempus, cogitationem de Nuptiis, et bello totus incubuit. Hunc vero tali ratione se desponsandi tunc Principum morem fuisse, docet nos PONTVS HEVTERVS * dum ait: *Initio Ianuarii anni 1492. Rom. Rex et Anna Britonum Dux, filia natu maior Francisci postremi Britonum Ducis, qui sine liberis masculis obiit, de ineundo matrimonio inuicem dant fidem, mittitque Rom. Rex ad Britones Aurantii Principem, ac Polhainium Germanum, cum duobus peditum Germanorum millibus, qui Duci Annae praesidio essent, decubuitque Aurantius cum ea nomine Rom. Regis armatus, vt est Principum mos.* Idem confirmat IACOBVS VNRESTVS, qui tamen Polheimium concubitum figuratum exercuisse dicit, dum ita loquitur: ** *Do lies Kunig Maximilian ein löblich Amt von der heiligen Drivaltigkait singn, und drew Ewangelii lesen, und verzog darnach nich lang und schicket seiner Diener ainen gnant Herbolo von Polhaim gen Brittania zu empfahen die kunigliche Praut, Der war in der Stadt Remis erlichn empfangen, und daselbst Besluf der von Polhaim die kunigliche Prawt, als der Fursten Gewonhait is, das ire Sendpotten di Furstlichen Prauwt mit ein gewaptn Man mit den rechtn Arm und mit den rechten Fus blos, und ain plos Schwert darschwischen gelegt beschlaffen. Also habn die alten Fursten gethan, und ist noch di Gewonhait.* De Polhemio etiam IO. CVSPINIANVS *** De Anna locutus; *quam per Wolgangum de Polhaym Austriae Baronem, et deinceps Australium terrarum supremum Capitaneum, suum oratorem condormiuit: sed non traduxit*, quem etiam sequitur ANTONIVS VARILLAS **** et ARNOLDVS FERRONVS *****, verum, dum Polheimius

* *Rerum Austr. lib. IV. c. IV.*
** *Chron. Austr. p. 775.*
*** *Maximiliano p. 493.*
**** *Hist. de Charles VIII. p. 121.*
***** *Hist. Caroli VIII. f. 3.*

minus legatus fuerit Secundarius, et Scriptores antedicti Engelbertum Nassouium, qui etiam Aurantius dictus fuisse videtur, definiant, potius illis assentimur. Idemque matrimonium in Comitiis Noribergensibus a. 1491. fuit confirmatum * Verum hoc ipsum matrimonium quo minus consummaretur, Gallorum arma artesque perfecerunt, dum Carolus VIII. ipsi dictam Annam praeriperet. **

§. XVII.

Simili ritu Margaretha Austriaca, Ioannis Hispaniarum Principis vidua a. 1501. Philiberto Sabaudiae Duci per matrimonium fuit iuncta, de quo PONTVS HEVTERVS *,* *Exinde desponsatur Margarita Austriaca, Ioannis Hispaniarum Principis vidua, Philiberto Sabaudiae Duci qui ad eam accersendam honorificam ad Archiducem mittit legationem ducentorum quinquaginta equitum. Verrii Dominus, Margaritae domus Praefectus, constituta eius familia, itineri cum ea, nobilique comitatu, se committit, in mandatis habens Margaritae comitatum Geneuam vsque Archi Ducis sumptu deduceret, reduceretque. Decimo Kal. Nouembris Bruxella discedunt, perque Hannoniam, Picardiam ac Franciam Diuionem Ducatus Burgundiae caput perueniunt; indeque Dolam in Comitatu Burgundiae, vbi eam, nomine Ducis Sabaudiae, frater eius nothus in vxorem ducit, ac cor ex adamante factum, in cuius acie appendebat maxima immensi pretii margarita, praesentauit, addens matrimoniale cingulum, in quo viginti sex visebantur adamantes, carbunculi ingentes decem, ac quam plurimae margaritae. Choreis ad satietatem ductis, itur cubitum. Nothus Sabaudiae iuxta sponsam semi-armatus, more principibus consueto, decumbit. Aderant Proceres vtriusque sexus, qui sponsalibus praesentes fuerant. Posteaquam Sabaudus paululum decubuisset, ac iocis facetiisque*

Nn 2

* MÜLLERVS *Maximiliano I. Vorst. c. XVII.*

** CORPVS *Histor. Germ. Per. X. S. II. §. LXII.*

, *Rer. Austr. lib. VI. cap. I. pag. 157.*

tiisque, loco, personae, temporique congruentibus, sponsae somnum impediuisset, surgens, verbis admodum honestis pro mercede osculum petit. Annuit illa, Sabaudus in genua se coniiciens seruiturum se illi per omnem vitam promittit. Illa surgere eum iubet; noctemque felicem precata, pro exhibito officio adamantem magni pretii, aureo annulo ex parte inclusum, dat dono, cum osculo. *

§. XIIX.

Singulare erat exemplum matrimonii inter impuberes subarrhati inter Carolum V. Austriae Archi-Ducem atque Hispaniae Principem, Maximiliani I. Imp. nepotem octo, atque Mariam Henrici VII. Anglorum Regis filiam decem annorum, prout instrumentum desuper confectum d. XVII. Decembr. 1508. ** docet: *Per praesens publicum Instrumentum cunctis appareat euidenter, quod Anno Domini millesimo quingentesimo octauo, indictione duodecima, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Iulii, diuina prouidentia, Papae secundi Anno sexto, mensis vero Decembris die decimo septimo, in quadam magna Camera infra Palatium siue Manerium Regium illustrissimi Excellentissimi et Potentissimi Principis Domini nostri metuendissimi, Henrici, Dei gratia, Regis Angliae et Franciae ac Domini Hiberniae, Richemount vulgariter nuncupatum, coram eodem excellentissimo et Potentissimo Domino nostro Rege, in nobilium illustrium virorum ac Reuerendissimi et Reuerendorum Patrum Archiepiscopi, et Episcoporum, Ducis, aliorumque Procerum et Magnatum inferius nominatorum, nostrum Ricardi Spencer et Ioannis Barett publicorum autoritate Apostolica Notariorum subscriptorum, praesentia, constituti personaliter nobilis et illustris vir Iohannes de Bergis, super Zomam et de Walbam Camerarius et Miles ordinis aurei Velleris, Maximiliani, diuina fauente clementia Electi Romanorum Imperatoris semper Augusti, ac Germaniae, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, etc. Regis, nec non Caroli Dei gratia Archiducis Austriae, Principis Hispaniarum,*

* Contractus Matrimonialis d. 26. Septembr. 1501. extat apud GUICHENON *dans les Preuves p. 480.* du MONT. *Tom. IV. p. I. p. 15.*

** extat apud LÜNIGIUM *Cod. Germ. Diplom. T. I. p. 534.*

rum, vtriusque Ciciliae et Ierusalem etc. Commissarius, orator, Procurator, Factor et Deputatus, habens inter caetera, in suae procurationis mandato contenta, (quod in praesentia supradicta realiter produxit, exhibuit, atque tunc ibidem per Magistrum Egidium Vandem Damme Imperialem Secretarium publice legi fecit) plenam potestatem, auctoritatem, et Mandatum generale et speciale, tam praefati Romanorum Imperatoris nomine proprio, quam etiam tutorio nomine et tanquam Avi Paterni, Gubernatoris et Administratoris Personae et Bonorum Nepotis sui Carissimi Caroli Archiducis Principis Hispaniarum supradicti, quam etiam nomine ipsius Caroli Archiducis et Principis, autoritateque et consensu praefati Maximiliani Romanorum Imperatoris electi, vt Aui et Tutoris supradicti sponsalia per verba ad hoc apta, cum clarissima Domina Maria, antefati metuendissimi Domini nostri Regis Angliae, nomine praefati illustrissimi Caroli Archiducis Austriae, Principis, Hispaniarum etc. pro eo realiter et cum effectu contrahendi, caeteraque faciendi, prout in suae Procurationis Mandato, tunc ibidem, vt praemittitur realiter exhibito et perlecto, Sigilloque Sacratissimae Caesareae Maiestatis atque ipsius Archiducis et Principis Hispaniarum, quo in negotiis communiter eos tangentibus, vt asseritur, vtuntur sigillato atque per eosdem, vt apparuit, subscripto et signato, plenius continetur, ex vna. Nec non supradicta clarissima Domina Maria, Regia filia, personaliter et pro se ipsa, partibus ex altera, post certas orationes, Matrimonium et eius dignitatem, ac nonnulla alia commoda et quietem regnorum et Reipublicae Christianae, quae exinde subsequuntur, concernentes, per Reuerendissimum Patrem Dominum Willielmum Cantuariensem Archiepiscopum totius Angliae Primatem et Apostolicae sedis Legatum Angliae cancellarium primo, et per nobilem virum, Dominum Iohannem le Sauvage Militem, Dominum de Scanteca Praesidentem consilatus Flandriae secundo loco, elegantissime propositas, sponsalia, in praesentia supradicta publice ad inuicem contraxerunt sub infra scripta forma verborum; videlicet, Primo, praefatus Nobilis et illustris vir et Dominus

minus Iohannes de Bergis super Zomam, commissarius, orator, Procurator, et factor supradictus, et eo nomine accepit praefatam clarissimam Dominam Mariam per manum dextram, et dixit eidem, ad recitationem praefati Domini Iohannis le Sauvaige, sub hac forma. „Le treshautt et puissant Prince et mon Tres reduoblé Sou„verain Seigneur Charles, par la grace de Dieu Prince d' E„spagne, Archiduc d' Austriché; Duc de Bourgoingne etc. „par moy Iean Seigner de Berghes, son Commissaire et Pro„cureur à ce, par sa commission et specielle Procuration, pre„sentement leve, declaire et publice souffisaument constitue „et ordonne, et moy moyennant, et à vous ce signiffiant, vous „prens, Dame Marie, à sa femme, et espouze, et en vous se „consent comme a sa uraye, Femme et Espouze. Et mon „dit tres redouble Seigneur vous promet, et moy pour loy „vous promestz, que d' ores en avant et durant sa natu„relle vie, il vous aura tiendra et reputera pour sa femme et „Epouze. Et sur ce, en vertu et pouvoir dessus dites, il, et „moy pour luy vous en baille sa foy.„ *Et continenter, retractis eorum manibus, ipsa clarissima Domina Maria denuo accipiens praenotatum Nobilem et illustrem virum, Dominum Iohannem de Bergis, oratorem, et Procuratorem praedictum per manum dextram, dixit eidem verba sequentia, videlicet.* „Je Marie, par vous Je„han Seigneur de Berghes, Commissaire et Procureur de tres „haut et puissant Prince Charle, par la grace de Dieu, Prin„ce d' Espaigne, Archiduc d' Austriche et Duc Burgoigne, à „ce par sa Commission et specialle Procuration, praesente„ment leve, declaire et publice et souffisaument constitue et „ordonne, et vous moyennant et à moy ce signiffiant, Prens le „dit Seigneur Charles à Mon Mary et Espoux, et en luy je „consens comme à mon Mary et Espoux. Et a luy et a vous „pour lui je promestz que d' ores en avant durant ma natu„relle vie, je l' auray, tiendray et reputeray pour mon Mary „et Espoux. Et sur ce luy baille et a vous pour luy ma foy. *Quibus peractis immediate post huiusmodi verborum hinc inde pro-*

lationem,

lationem, idem orator et Procurator nomine quo supra, in signum sponsalium huiusmodi, eandem clarissimam Dominam Mariam deosculatus est, et annulo aureo Subarrauit et ipsius digito medio imposuit. Quem annulum ipsa clarissima Domina Maria vt sponsa eiusdem Caroli Archiducis Austriae, Principis Hispaniarum etc. gratanter recepit et acceptauit: Super quibus omnibus et singulis, tam dictus Dominus Iohannes de Bergis super Zomam et Walham Commissarius, orator, et Procurator, quam clarissima Domina Maria praenominata, nos Notarios supra et subscriptos, vnum vel plura exinde conficere publicum seu publica instrumenta instanter requisiuerunt et requisiuit, et eorum vterque. Acta sunt haec omnia et singula prout supra scribuntur et recitantur, sub Anno Domini, ac Indictione Pontificatu, mense die et loco praedictis.

§. XIX.

Sic Ludouicus XII. Gallorum Rex a. 1514. cum Maria, Henrici VII. Anglorum Regis filia, matrimonium contraxit per Procuratorem, prout sequens desuper confectum Instrumentum docet. * *In nomine Domini, amen. Huius publici instrumenti serie cunctis pateat euidenter, et sit notum, quod anno eiusdem Domini millesimo quingentesimo decimo quarto, indictione secunda, mensis vero Septembris die decima quarta. Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et Domini nostri, Domini Leonis diuina prouidentia Papae Decimi anno secundo, in nostrum notariorum publicorum subscriptorum testium infra nominatorum ad haec vocatorum in Ecclesia Celestinensium Parisiis, et intra solemnia Missae per reuerendissimum in Christo patrem et Dominum, Dominum Renatum de Prie, tituli Sanctae Sabinae, sanctae Romanae Ecclesiae Presbiterum Cardinalem, Episcopum Baiocensem, alta voce celebratae, praesentia personaliter existentes Serenissimus et Christianissimus*

* extat illud apud FRED. LEONARD. *Tom. II. p. 110.* RECVEIL DES TRAITES DE PAIX *Tom. II. p. 44.* du MONT. *Tom. IV. p. I. n. XC. p. 195.* Ipse contractus reperitur *n. LXX. t. VIII. p. 188.*

mus Princeps Dominus noster, Dominus Ludouicus Dei gratia Francorum Rex, ex vna; et nobilis et potens vir Dominus Carolus, Comes Wigorniae, Dominus de Gomer, primus Cambellanus potentissimi et excellentissimi Principis Domini Henrici, Angliae Regis procurator, orator et ambasſiator, ac nuntius specialis litteratorie constitutus praeclarissimae ac Serenissimae Principis ac Dominae, Dominae Mariae, dicti Domini Henrici Angliae Regis sororis per litteras procuratorias praefatae Dominae Mariae sua manu subscriptas ac eius sigillo rotundo in cera rubea cum duplici cauda pergamenea impendente sigillatas, quarum tenor sequitur: Maria Francorum Regina et soror potentissimi inuictissimique Regis Angliae et Franciae, vniuersis et singulis praesentes litteras inspecturis salutem. Sciatis quod cum in quodam tractatu matrimoniale de data septimi diei mensis Augusti vltimi praeteriti inter potentissimum et illustrissimum Angliae et Franciae Regem, fratrem nostrum carissimum, et Christianissimum Principem Ludouicum Francorum Regem, maritum nostrum dilectissimum, per oratores suos ad hoc hinc inde sufficienter auctorisatos, concordato et concluso pro Matrimonio inter nos et dictum Christianissimum Regem, nunc maritum nostrum, tunc habendo et contrahendo inter caetera contineatur, quod postquam nos cum procuratore siue oratore dicti Christianissimi Regis ad hoc speciale mandatum habente matrimonium per verba de praesenti contraxerimus (quod quidem tertio decimo die mensis Augusti vltimo praeterito perquam libenter fecimus, vt per instrumenta publica desuper confecta satis luculenter constat) idem Christianissimus Rex Ludouicus cum oratore nostro, per nos sufficienter autorisato, ad eum in regnum Franciae misso similiter matrimonium per verba depraesenti contrahere debeat et teneatur, prout in quodam articulo desuper confecto plenius continetur. Nos igitur solennisationem eiusdem matrimonii magnopere cupientes, et quid quid nobis per dictum tractatum faciendum incumbit adimplere volentes, de industria, fidelitate, integritate, et singulari prudentia carissimi consanguinei nostri Caroli Comitis Wigorniae, Domini de Harbeos et de Gomer, primi Camerarii potentissimi fratris nostri praedicti, eundem Carolum carissimum consanguineum nostrum tenore praesentium fecimus, ordinauimus, et constituimus, facimus, ordinamus et constituimus nostrum verum et indubitatum procura-

torem

torem, oratorem, ambasſiatorem, ac nuncium ſpecialem, dantes et concedentes eidem poteſtatem et mandatum ſpeciale pro nobis et nomine noſtro praefatum Ludouicum Francorum Regem Chriſtianisſimum aſſidandi et deſponſandi, fidem noſtram ſpondendi, et etiam per verba de praeſenti matrimonium cum eodem Chriſtianisſimo Francorum Rege contrahendi, nec non omnes honeſtas ſolennitates dictum actum matrimonii per verba de praeſenti concernentes, conſideratis dignitatibus et excellentiis perſonarum contrahentium, et omnia alia et ſingula neceſſaria ſeu opportuna dictum actum concernentia, et quae nos ſi praeſentes eſſemus, faceremus, et facere teneremur, faciendi, exercendi, et peragendi promittentes bona fide, et in verbo Principis, quod quidquid per dictum Carolum conſanguineum et procuratorem noſtrum dictum, factum, promiſſum, geſtumue fuerit, ratum, gratum, et firmum habebimus et inuiolabiliter obſeruabimus. In quorum fidem et teſtimonium has litteras noſtras patentes manu noſtra ſubſcripſimus, et ſigilli noſtri appenſione communiuimus. Datum in ciuitate Londinenſi viceſimo ſecundo die Auguſti Anno Domini milleſimo quingenteſimo quarto decimo. Trok. Martard. Signatum. Marie. Ex altera parte idem Dominus noſter Rex cupiens, et ſummopere, vt iudicari poterat, deſiderans matrimonium per generoſum et illuſtrisſimum Principem Dominum Ludouicum d'Orleans, Ducem de Longauilla, Marchionem de Rotelin, magnum Franciae Cambellanum, ipſius Domini noſtri Regis procuratorem, ambasſiatorem et nuncium ſpecialem, eiusque procuratorio nomine cum dicta domina Maria contractum perſonaliter contrahere, quandam membranam papiream, quam tunc ſuis tenebat manibus, gallico ſermone conſcriptam legit, dixit, et protulit voce alta et intelligibili, verba ſequentia continentem. Sequuntur formulae, quibus matrimoni fidem ſibi promiſerunt.

§. XX.

Philippi II. Hiſpaniarum Regis Procuratori, Philippo Albenſi Duci, a. 1559. Eliſabetha, Henrici II. Gallorum Regis filia in matrimonium tradebatur, cuius caeremoniae tali ratione referuntur :* „Pour les Fiançailles, qui ſe feront a la „haute

* apud Dominum de LUDEWIG *p. 30.*

„haute salle du Louvre du Roy Catholique et de Madame fil-
„le aisnée du Roy par les Princes à qui tout sera ordonné A-
„pres le Contract de Mariage leu dans la Chambre du Roy le
„Roy et la Reyne entreront en la salle. Les Ambassadeurs seront
„assistans en la dite salle, les Fiançailles se feront par un Car-
„dinal. Les Fiançailles faites, se commencera un Bal. Le
„dit Bal finy : le Roy et la Reyne se pourront retirer dans leurs
„Chambres, ou Antichambre, cependant que l'on dressera
„les Tables. L' assiette de la Table du Roy sera sur le haut
„des deux tables, joignans en potence à celle du Roy. Les
„princes, Princesses, et autres, serons assis en la dite table,
„ainsi qu'il à eté ordonné. Apres le souper il se dansera un
„Bal et après le Roy et la Reyne iront en leur logement de
„nostre Dame.„

§. XXI.

Dicta vero Isabella defuncta, idem Philippus II. matrimonium de praesenti cum Anna, Maximiliani II. Imp. filia, per procuratores a parte Caesaris Baronem Adamum a Dietrichstein, a parte Regis, vero Didacum a Spinosa, Cardinalem Madriti d. 14. Ianuarii 1570. contraxit, quod tamen demum vtrisque praesentibus, per benedictionem sacerdotalem solennisandum, prout verba contractus habent: * *Qui quidem Domini Baro Dietrichstain Caesarea, et illustrissimus Cardinalis Catholicae Maiestatis eorum principum et constituentium respectiue nominibus dictisque eoram facultatibus vtentes dixerunt, quod cum ad omnipotentis Dei gloriam et honorem eiusque Orthodoxae fidei et Religionis catholicae conseruationem et augmentum, publicae Pacis stabilitatem et totius Christianae Reipublicae emolumentum, ac ad confirmationem, corroborationem et incrementum affinitatis, necessitudinis, beneuolentiae, arctorumque fraternitatis et coniunctionis vinculorum, quae inter Caesaream et Catholicam Maiestates intercedunt, et quibus nulla alia neque vetus neque recens necessitudo praeferri aut praeponi potest, nec debet, tractatum fuerit Matrimonium* *inter*

* apud du Mont Tom. V. p. I. p. 175.

inter praefatum Serenissimum Regem Catholicum et Serenissimam Dominam Annam, natam Reginam Hungariae ac Bohemiae, Archi Ducissam Austriae filiam primogenitam Maiestatis Caesareae et Serenissimae ac Potentissimae Augustae Mariae, eius legitime vxoris. Pro eius Matrimonii conclusione et effectu (negotio prius cum Catholica Maiestate communicato ac de eius scientia et voluntate) de communi consensu et inter dictas Partes, tractatum, pactum, conuentum, conclusum et capitulatum modo et forma sequentibus vt: quod annuente Deo Optimo Maximo ac media dispensatione, gratia et beneplacito a Sanctissimo Domino Nostro Papa concessa, vt consanguinitatis et affinitatis propinquitate, quae inter Catholicam Maiestatem et praefatam Serenissimam Principem intercedit, non obstante, possit inter eos contrahi Matrimonium, dictus Serenissimus Rex Catholicus ac Serenissima Princeps Anna debeant contrahere matrimonium per verba, (vt aiunt) de praesenti, quae iuxta sanctae Ecclesiae Catholicae Romanae legem et ordinem verum constituant et efficiant Matrimonium, quod quidem primum fieri per legitimum et sufficiens mandatum Catholicae Maiestatis in Aula Caesarea, vbi ipsa Serenissima Princeps Anna residet; Ac postmodum confirmari, contrahi et ratificari in praesentia, cum dicta Serenissima Princeps in haec Hispaniarum Regna traducta fuerit, vbi nuptiae solemnizari debent in facie sanctae Matris Ecclesiae, receptis sanctis benedictionibus. Quod quidem Matrimonium tam in absentia, per mandatum, quam in praesentia contrahendum sortiri debeat effectum tempore a praefatis Caesarea et Catholica Maiestatibus praescribendo. Cum enim inter eas tam bene conueniat, et ab omnibus adeo fuerit expetitum, existimandum est ac in Deo speratur illud quam breui tempore futurum.

§. XXII.

Eodem tempore Madriti contractus matrimonialis inter Carolum IX. atque Elisabetham, Maximiliani II. filiam secundogenitam per Procuratores, dictum Baronem de Dietrichstein, atque Raymundum de Fourquevaux fuit confectus, in quo haec habentur: * „Les quels dits Seigneurs Baron „de Dietrichstein, et de Fourquevaux, au nom des susdites

 „Cesarée

* apud du MONT. *c. I. p. 178.*

„Cesarée et tres-Chretienne Maiestez, leurs Princes respecti-
„uement constituans, et usent de leurs dits Pouvoirs dirent,
„qu'à l' honneur et gloire de Dieu Notre-Seigneur, et pour
„la conseruation et augmentation de sa sainte Foi et Religion
„Catholique, et pour l' établissement de la Paix publique, et
„benefice de la Chretienté, à quoi s'adresse et doit addresser
„l' union, parentelle, et lien moiennant Mariage entre tels
„Princes. A été traité Mariage entre ledit Roi Tres-Chré-
„tien et la Serenissime Princesse Isabeau, née Reine de Hon-
„grie, et de Boheme, Archiduchesse d' Autriche, etc. secon-
„de Fille de sa Maiesté Cesarée, et de la Serenissime, et Tres-
„Haute Dame l' Imperatrice, Madame Marie sa femme le-
„gitime; pour raison duquel Mariagé et pour ce qui touche
„et concerne l'effet d' icelui, de commun accord et consen-
„tement, l'aiant fait savoir et communiqué suivant la charge,
„que leurs Princes leur avoient donnée, audit, Sieur Roi Ca-
„tholique, et avec intervention desdits Députez, ont stipu-
„lé, pactisé, et arrêté, en la forme que s'ensuit. C' est à
„savoir, qu' avec la Grace et benediction de Dieu, les dits
„Seigneurs Charles, Tres-Chretien Roi de France, et Sere-
„nissime Princesse Isabeau, seront tenu de se fiancer et epou-
„ser par paroles depresent, qui suivant l' ordre et constitution
„de Sainte Mere Eglise Catholique Romaine, fassent et con-
„stituent urai Mariage: lesquelles fiançailles et épousailles
„soient faites, et se fassent en vertu de suffisant et legitime
„Pouvoir dudit Seigneur Roi Tres-Chretien, et moiennant la
„solennelle Ambassade, qui à cet effet, ainsi qu' il à été traité,
„doit être envoiée à la Cour et Palais de sa Majesté Cesarée
„où ladite Serenissime Princesse est. Puis aprés le dit Maria-
„ge soit confirmé et ratifié en leur presence, quand ladite Se-
„renissime Princesse sera arrivée et traduite au Roiaume de
„France où le Mariage se celebrera et solemnisera en la face
„de Sainte Mere Eglise, pour en recevoir ses saintes bene-
„dictio-

„dictions, l' effet des quelles fiançailles et Mariage, promis „et passé, tant par pouvoir comme par presence, doive et s' „entende être, et soit lors et à tel terme, que par lesdites Ma„iestez Cesarée et Tres-Chretienne sera assigné et auisé, é„tant elles, si conformes de volonté, et ledit jour tant desiré „de tous, qu' il faut presupposer et esperer en Dieu, qu' il s' „acomplira avec toute brieveté possible.„ Qua ratione hoc matrimonium postea fuerit consummatum, tradit THVANVS*, dum ita scribit: *Rex denique belli et hac domestica, quae rempublicam spectabat, cura solutus iam de nuptiis propriis ante contractis, tunc vero celebrandis cogitare cepit, eoque consilio Meseriam ad Mosam vsque processit, praemissis VIII. Kal. Decembr. Andino et Alenconio fratribus cum Carolo Lotharingiae Duce sororio, Guisio, de quo postquam vxorem duxerat, iam securus degebat Aumalio et Momorantio Ducibus, et aliis proceribus ac CCC. circiter equitibus, qui venienti sponsae regis nomine obuiam prodirent, eamque honorifice Sedani exciperent, igitur Sedani per honorifice excepta ab Henrico Roberto Martiano Bulliony Duce, et inde comitantibus iis, quos dixi, Meseriam deducitur in aedes Regi apparatas, vbi a Regina et Claudia Lotharingiae Ducis vxore et Margarita peramanter excepta est in inferiore aedium aula, et in superiorem, in qua rex eam expectabat, deducta, post solitas salutationes a Treuirensi Arbiepiscopo VII. viro more solemni Caesaris nomine in regis manus consignatur, tum recitato matrimonii contractu, Rex per vice cancellarium, quod actum esset, ratum se habere respondit, et magnas se gratias Caesari et Imperii VII. viris ac principibus, atque inprimis ipsi Trevirensi, Argentinensi episcopo, marchioni Badensi, et Hohenloensi comiti, qui aderant procuratores, a Caesare nominato, agere dixit, et Elisabetham Caesaris filiam honore et amore coniugali se prosecuturum declarauit, postridie, qui in VI. Kalend. Decembr, incidit, magna ac regali pompa celebratae nuptiae, sacra faciente Carolo Borbonio Cardinali, interfuere principes et proceres totius fere regni et feminae inprimis numero amplius LXX. pannis argenteis vestitae. Rex tunc natus erat XX. annos V. menseis: Elisabetha XVI. cui gubernatricis loco attributa Magdalena Sabauda, Annae Momorantii E. M. vidua, antiqui*

* lib. XLVII. p. 661. et lib. LXII. p. 134.

moris ac pudoris matrona, eique subrogatur Ioanna Viuonn Castanea Claudii Claromontii Danpetri vidua et vxoris Alberti Gondii Comitis Radestarum parens, equitis honorarii loco Scipio Fliscus Ludouici illius, qui res nouas Genuae ante XXII. annos molitus fuerat, frater, post donatiuum et conuiuia more solemni peracta, hastiludia et ceteras nuptialeis pompas tandem cum muneribus honorifice dimittuntur legati. *

§. XXIII.

Ferdinandus Medices Magnus Etruriae Dux deposito Cardinalatu, anno 1588. Christiernam Caroli, Lotharingiae Ducis filiam per Carolum Egolismensem, Caroli IX. R. Gallorum filium naturalem procuratorem sibi fecit copulari, de quo THVANVS ** sic scribit: *eodem tempore Ferdinandus Medices Cardinalis magnus Etruriae Dux de vxore ducenda et liberis ad firmandum imperium tollendis cogitans, cum in Gallia iam cum Rege et Regina parente de accipienda Christierna Caroli Lotharingiae Ducis et Claudiae Regis sororis F. conuenisset, vt se Cardinalis dignitate cum bona Pontificis gratia honorifice abdicaret, Nicolaum Tornobonum Sancti sepulchri Episcopum Romam misit, cum literis ad Pontificem et collegium Cardinalium, quibus caussas petitionis suae exponebat, huic et Ioanni Nicolino oratori apud Pontificem suo Senatus datus IV. Kalend. Decembr. porrectisque literis, Caesar, Marsilius aduocatus consistorialis pro oratoribus verba fecit; tum recitatis publice literis, Pontifex cum Cardinalibus in secretius cubiculum concessit, vbi exquisitis eorum sententiis, iustam Ferdinandi petitionem esse pronuntiauit, et quando sacris nondum vllis initiatus esset, vt vxorem ducere posset, gratiam fecit, actae ab oratoribus gratiae, et pro grata tanti beneficii memoria duae pulcri artificii statuae argenteae singulae LX. pondo, ad S. Ioannis in Laterano Basilicam, effigiem referebant, Ferdinandi nomine, appensae sunt, mox Horatius gricellarius, qui paulo ante in patriam indi-*

* Nuptiarum Caeremonias describit TEODORE GODEFROY *Ceremoniel de France p. 468. seqq.*
** *lib. XCII. p. 350.*

inuidiosis ex salinario vectigali comparatis opibus, relicta Gallia concesserat, cum mandatis oblatis Rex Carolum Engolismensem Caroli IX. naturalem filium magnum Franciae priorem cum alii id ambitiose affectarent, officio defungi voluit, itaque is coram Rege, Regina parente ac totius aulae proceribus Bloesis in arcis Sacello post Vespertinas preces Christiernam procuratorio nomine in vxorem accepit, in laetitiae significationem mox displosa per vrbem tormenta, et publice accensi ignes, Rexque lautissimo conuiuio legatos principum inuitatos excepit.

§. XXIV.

Margaretha, Caroli Austriae Archi-Ducis filia, cum Philippo III. Hispanorum Rege procuratorio nomine sacra celebrante Clemente VIII. Pontifice, d. 15. Nouembr. 1598. per Albertum Austriae Archi-Ducem fuit copulata, de quo MERCVRIVS GALLO-BELGICVS. * *Die vero Dominica, qui 15. Nouembr. celebrandis sponsalibus dictus erat, deposito lugubri habitu, solitam omnes vestem resumserunt, qua in re tantus splendor, tantaque omnium magnificentia, non in principum modo vtriusque sexus vestibus, cultuque et ornatu immensi sumptus et pretii, sed in vario floridoque aulicorum amictu, quo suam quisque familiam repraesentabat, et producebat, enituit, vt nihil preciosius sumptuosiusque vel ipsa Ferraria vnquam viderit. Pontifex ad summum templum accepto habitu et diademate Pontificio, sacrum celebraturus in solio consederat. Regina candido amictu vnionibus gemmisque preciosissimis exculta summoque splendore, vt tota quasi margarita praestantissima, tota gemmea videretur, inter duos Cardinales Santiquatrium et Farnesium, matre cum Archiduce proxime sequentibus cum frequenti Principum et nobilium comitatu ad idem templum, quod aureis argenteisque peristromatis effulgebat, deducta fuit. Postquam sub aureum cum matre solium excepta, et Archidux e regione sub suo itidem consedisset, sacrum solenne Pontifex auspicatus est. Apostolico fidei symbolo decantato, Regina a Cardinalibus ad Pontificem cum matre et frequenti sui sexus comitatu deducitur. Archidux cum suo item ex altera parte accedit. Tam mandati instrumento, quod a rege Catholico Archiduci datum fuerat, publice prae-*

* *Tom. IV. lib. III. p. 618.*

praelecto Pontifex matrimonium inter Regem Philippum per Albertum auunculum legatumque eius nomine comparentem et Margaretham Reginam praesentem matrimonium celebrauit et confirmauit. Cui deinde cum ad solium reducta iterum esset, Principes omnes auspicatissimas nuptias reuerenter gratulati sunt.

§. XXV.

Quibus ritibus atque formulis hoc fuerit factum, vlterius declarat KHEVENHÜLLERVS, Comes,* dum ita scribit: *Ihr Bäbstl. Heyl. fieng das hohe Amt de Spiritu Sancto mit großer Solennitet an, und wurden 2. Epistel und 2. Evangelia in griechisch- und lateinischer Sprach gesungen, und als das Credo intoniert worden, setzte sich Ihr Heyl. in ein Seßel, und die 2. Cardinales Sanctiquatro und Farnesio giengen zu der Königin und dem Ertz-Hertzog, und nach vollbrachter gebührl. Reverentz, führten sies baide zu dem Altar, da man den Gewalt, so der König dem Ertz-Hertzog, sich mit der Königin zu verehligen gegeben, abgelesen, und als höchstgedachte Königin auf eim silberen Stucken: und der Ertz-Hertzog auf eim rothsammeten Polster gekniet, hat der Bapst zu dem Ertz-Hertzog die folgende Wort geredt, Fili Alberte, Archidux Austriae placet tibi Procuratori, Catholico Regi Philippo III. Filio nostro accipere Margaritam ab Austria in legitimam sponsam, et vxorem per verba de praesenti sicut praecipit Sancta Romana et Apostolica Ecclesia, gleiche Wort that er alsdan zu der Königin: und als sie und der Ertz-Herzog ja gesagt, sprach Ihr Heyl. weiter also, et ego ex parte Dei omnipotentis et Apostolorum Petri et Pauli, Sanctae Matris Ecclesiae vos matrimonio et istud Sacramentum inter vos confirmo in nomine Patris, et filii, et Spiritus Sancti Amen. Hierauf ist die Königin wiederum in ihren Situal mit dem vorigen accompagnament gangen, da ihr die fohrnehmsten Herren zu dem newen Standt Glück und Hail von dem Allmächtigen gewünscht.* Hae vero nuptiae postquam Regina in Hispaniam fuisset delata, XIV. Kl. Maii. 1599. Valentiae a presentibus fuerunt celebratae, de quo THVANVS: ** *tandem nuptiis celebrandis dies XIV. Kal. Maias destinatus,*

* *Ann. Ferdinand. Tom. V. p. 1883.*
** *lib. CXXII. p. 852.*

sitarum, quo Regina ex monasterio proximo cum Alberto ingenti Pompa et illustrium matronarum stipata Valentiam venit, et ad Serranam portam, vbi triumphalis arcus exstructus erat, equo conscenso, admirandi pretii gemmis ornato sub anamisco ad summum vrbis templum accessit, quo Rex per pergulam ex proximo palatio sub idem tempus aduenit, ambo, ab Archiepiscopo et oratore Pontificio, et Roderico a Castro Cardinali Hispalensi Archiepiscopo excepti, heic nuptiae a Pontifice per Regis et Infantis absentiam celebratae, iis praesentibus, ab oratore Pontificia auctoritate denuo confirmatae fuit, sacroque peracto in proximum palatium, vbi prandium paratum erat, iam inclinata die concesserunt.

§. XXVI.

Hoc solemni actu peracto, idem, de quo dictum, Albertus, Dux Austriae, procuratorio nomine cum Isabella Clara Eugenia, Philippi II. filia, fuit copulatus, de quo statim MERCVRIVS GALLO-BELGICUS: * *Substitit interea coram Principe* (legendum fine dubio Pontifice) *Archidux Albertus, dum Sessae Dux, cum simili Regis mandato, Infantis Serenissimae nomine compareret, quo similiter perlecto, Isabella-Clara Eugenia per legatum suum Alberto Archiduci a Pontifice desponsatur.* Idem dicit KHEVENHVLLERVS ita scribens: *und der Hertzog von Sesa, hat sich neben dem Ertz-Hertzog auff die Knie gestellt, und sich mit Ihr Durchl. als hierzu Gevollmächtigter im Namen der Serenissima Infanta Donna Isabella Clara Eugenia von Oesterreich, des Catholischen Königs Philippi II. Tochter, eben mit denen vorigen Worten und Ceremonien versprochen.* Quod satis clare docet, masculos potuisse foeminarum illustrium esse procuratores.

§. XXVII.

Henricus IV. Gallorum Rex, postquam cum Margaretha diuortium fecisset, primum per legatum suum Romae Nico-

* l. c. l. p. 619.

Nicolaum Brulartum, Dominum de Sillery de contrahendo cum Maria de *Medicis* matrimonio d. 26. Aprilis 1600. Tractatum conclusit, * in quo inter alia fuit definitum: „Premie„rement le dit Seigneur Grand Duc a promis et promet bail„ler en nom et loy de Mariage la dite Serenissime presente „de son bon gré, vouloir et consentement, comme elle à de„claré audit Seigneur Roy tres-Chrétien: lequel semblale„ment, à promis et promet par ledit Seigneur de Sillery de „prendre à femme et loyaule épouse la dite Serenissime Prin„cesse selon les Loix et Coûtumes de l' Eglise, le plûtôt que „faire se pourra: Et des à present promet, d' ordonner per„sonnage de la qualité requise avec pouvoir suffisant pour en „son nom et comme Procureur de sa Majesté épouser par pa„roles de present la dite serenissime Princesse, et attendant, „qu' avec la presence des Parties le Mariage puisse être con„firme et solemnisé en la face de nôtre Mere Sainte Eglise, „pour en recevoir ses saintes Benedictions.„ Misit paullo post Henricus Magnum Franciae Hipparchum, Rogerium Belligardium, qui Florentiae cum dicta Maria Medicea procuratorio nomine matrimonium contraxit, de quo THVANVS:** *Inter multiplices instantis belli curas serium de matrimonio Regis cum Maria Medicea, Francisci Magni Etruriae Ducis F. negotium minime intermissum est, prius cum Margarita Henrici II. F. et Caroli IX. sorore ante XXVIII. annos contractum, cum sententia, à Francisco Ioüsa Cardinali lata, nullum esset declaratum, protinus Nic. Brulartus Sillerius, qui apud Pontificem regii oratoris munere fungebatur, Florentiam cum mandatis amplissimis excurrit, vt condicionibus iam agitatis et conventis Regis nomine subscri-*

* extat apud du MONT. *Tom. V. p. II. p. 4.*

** *lib. CXXV. p. 940.* Adde PEREFIXE *Histoire de Henry le grand p. 302.* le GRAIN *la Vie de Henry le Grand p. 753.* KHEVENHILLER *Annal. Ferdinand. Tom. V. p. 2331.* P. DANIEL *Tom. III. p. 1881.*

subscriberet, postea Rex in Sabaudiam profecturus speciale mandatum Sponsalia contrahendi ad Ferdinandum magnum Etruriae Ducem, Mariae patruum per Rogerium Bellogardium magnum Franciae Hipparchum mittit, qui cum XL. e nobilitate delecta Massilia soluit, et Liburnum XII. Kal: Octobr. appulit, triduo post Florentiam ingressus, et a Iohanne et Antonia familiae Mediceae naturalibus liberis per-honorifice exceptus. Ex Palatio Pitiorum obuiam ei processit Ferdinandus ipse magnus Etruriae Dux cum omni aulico comitatu, et post mutuas salutationes ac gratulationes cum mandata, quae a rege Bellogardius habebat, intellexisset, ambo in Palatium perrexere, et Bellogardius ad Mariam deductus literas ei Regis manu scriptas porrexit, et mandata ampliora fidei suae commissa exposuit VI. Non. VIIbr. Vincentius Mantuae Dux cum Helionora Mariae sorore, quam in vxorem duxerat, Florentiam venit, et postridie Reip. Venetae orator Petrus Aldobrandinus, Cardinalis ad Regem legatus de pace destinatus in itinere Florentiam diuertit, vt nuptialibus ceremoniis Pontificis nomine interesset. IV. Non. vrbem solenni pompa ingressus, quem ad portam usque vrbis magnus Dux cum magno non solum aulae sed vniuersi sacri ordinis comitatu venientem excipit, et ad latus sinistrum cum eo incedens, ad maius templum deduxit: vbi in pedes ambo descenderunt, et post peractas publicas preces in Palatium discesserunt, a coena, quae lautissima parata erat, ad Mariam salutandam Aldobrandinus perrexit, die sequenti nuptiales ceremoniae peractae ipso Legato sacra peragente, et ad dextram Maria: ad laeuam magno Etruriae Duce Reginae patruo adstantibus; post solemnia filius Magni Etruriae Ducis sacro lauacro ablutus est, proque eo fide iussit Senatus Veneti Orator, tota dies choreis transacta, coenam sumptuosam artificiosa spectacula exceperunt. Fiduciarii vero huius matrimonii solemnia tali ratione describuntur:* „Monsieur de „Bellegarde Grand Escuyer de France, accompagné de qua„rante Gentils-hommes, alla porter la Procuration au Grand „Duc de Florence, à fin d' Epouser au nom du Roy Marie „de Medicis sa Fiancée. Il arriva à Livorne le 20. Septembre „et trois iours aprés il entra à Florence, estant accompagné

 „des

* apud Dnum de LVDEWIG *App. n. VII. p. 34.* Adde BERNARD de GIRARD *Histor. de France liv. XXXVII. p. 654.*

„des Princes Iean et Antoine de Medicis avec un grand nom-„bre de Gentils hommes, qui l' estoient allé recevoir; comme „il fut arrivé devant la place du Palais de Pity, il rencontra le „Grand Duc de Florence et aprés la salutation mutuelle, il luy „fit son Ambassade au nom du Roy en peu de paroles, et de „la il entra au Palais, où le soir mesme il fit la reverence à la „Reyne, et luy presenta les lettres de sa Majesté, et deux „jours aprés il donna au Grand Duc le Pouvoir, que le Roy „lui envoyoit. Le Duc de Mantoüe arriva aussi à Florence „le deuxiéme jour d' Octobre, et le lendemain y arriva l' „Ambassadeur de Venise. Le Pape Clement VIII. eust bien „desiré, que la Reyne eust receu cette Benediction des Nopces „de sa main, et qu' elle eust esté à Rome, mesme à cause du „Iubilé; son bon desir, pour quelques raisons, ne pouvant estre „effectué, il envoya le Cardinal Aldobrandin, Legat en „France, et son neveu, pour en estre les paroles de praesent „stipulées entre ses mains le quatriéme Octobre les Floren-„tins ayans esté advertis, que le dit Cardinal Aldobrandin ar-„rivoit, ils s' assemblerent en tres-grand nombre au Palais „de Pity, pour accompagner le Duc qui l' alla recevoir à la „porte de la ville, de la ils conduisirent le dit sieur Cardinal „dedans la ville en grande pompe et solemnité. Ce Cardinal „estant prés la porte de l' Eglise descendit de cheval, et se „mettant à genoux baissa la Paix, qui luy fut presentée, puis „il entra en l' Eglise Cathedrale, où ayant fait sa priere, il alla „au Palais Ducal. Apres le souper, presens le grand Duc de „Toscane, et Ducs de Mantoüe, et de Braciano, les Princes Ie-„an et Antoine de Medicis, et le dit sieur de Bellegarde Grand „Escuyer Ambassadeur du Roy, il representa à la Reyne fian-„cée le contentement, que le Pape avoit receu de ce Mariage, „et d' une façon meslée de gravité et de modestie, avec dou-„ceur, son discours plein de belles paroles fut trouvé tres-„agreable: car il comprenoit des esperances grandes d' un

„grand

„grand bien advenir, par le moyen d' un si heureux Hyme-
„nee, non seulement aux familles des Roys de France, et des
„Ducs de Toscane, mais aussi de toute la Chrestiente; non
„seulement aussi pour les Royaumes Chrestiens, mais pour
„tout le monde; de quoy la Reyne emeüe de joye, et de bon
„espoir, remercia sa sainctete d' une telle gratification et luy
„dit: que Dieu l' ayant ainsi ordonne, elle croyoit, que la
„Benediction du Pape portoit avec elle des graces, dont elle
„tascheroit de se rendre digne et capable, se recommendant
„plus humblement aux sainctes priéres de sa sainctete et de l'
„Eglise: Ce qu' estant dit d' une façon majestueuse, comme
„si de tout temps cette Princesse eust usé de commendement
„souverain, le dit sieur cardinal Legat changea fort industrieu-
„sement de propos, estant rauy en admiration d' une si belle
„vivacite d' esprit, et d' une si naifue eloquence, que nul n'
„osa y repartir: Et ainsi fut passée cette journee chacun s'
„estant retire avec toutes les humilitez et courtoisies, qui se
„peuvent penser. Le cinquieme jour d' octobre les Espousail-
„les furent celebrees urayement à la Royale et en tres belle
„ceremonie; le legat dit la Messe; à main droite y avoit un
„poisse de Drap d' or rechaussé de trois de grez, stapissez
„en bas de veluux cramoisy, ou monta le dit Sieur Cardinal
„Aldobrandin Legat, et ou il s' assit en une chaire: la Rey-
„ne et Monsieur le Grand Escuyer de France, s' alla mettre à
„main droite du Legat, le Grand Duc à gauche. Le dit
„Grand Duc presenta la Procuration, qu' il avoit pour epou-
„ser la Reyne au nom du Roy, elle fut levé par deux Prelats
„puis aussi cette que le Legat avoit du Pape pour faire cet of-
„fice: Cela fait les Espousailles se firent, et le canon tira de
„tous costez. Sur le soir fut praepare le souper tres-magni-
„fiquiment, en viandes, somptuositez et artifices; où apres que
„la Reyne epousée se fut assisse ayant à son costé droit le
„susdit Cardinal Aldobrandin Legat, le Duc de Mantoüe, et

„le Grand Duc de Florence, et de Braciano, le sieur Virgi-
„nio Vrsino, Duc de Braciano seruit d' Escuyer, et D. Iean
„frere du Grand Duc d'Eschançon. Le reste de la journée
„fut employé en danses, et les jours suivans en courses et
„comedies de tres-Grande dépense.

§. XXVIII.

Mense Decembri 1605. Demetrius iste, qui defuncto Borisio Russorum regnum occupauit, si modo inter illustres erit referendus, per legatos, cum Maria, Sendomiriensis Palatini filia nuptias fiduciarias contraxit, de quo PIASECIVS * *Nec in moribus apparebat ingenuitas Principe tanto digna minusque grauitas, aut iudicium in dirigendo statu publico: mox enim Regno Sueciae bellum denuntiarat: contra Turcas et Tartaros sese arma sumpturum Regi Poloniae scripserat, nec dum sui status satis securus. Expedierat etiam confestim legatos ad desponsandam sibi vxorem Palatini Sendomiriensis Georgii Mniszek, cuius ope ad tantum fastigium ascenderat, filiam Marinam nomine pretiosioribus gemmis, et maximae aestimationis monilibus depromptis ex veteri thesauro Ducum Moschouiae, ac ad eius vsum in Poloniam transmissis. Hocque magis Moschos offendit, sed ipsi Demetrio forte profuit in eo, vt necem ei paratam conspiratores distulerint, donec cum sponsa supellex illa pretiosa integra, ducentis nummorum aureorum communium millibus aestimata in Moschouiam rediret. Quod eius legati dum essent in Polonia (nempe ita instructi et talium arcanorum conscii) priusquam ea munera sponsae patrem solicite praecauerant. Vna cum illis Legatis Demetrii ad sponsam: alia Legatio adfuit ad Sigismundum Poloniae Regem: et Cracouiae mense huius anni Nouembre, praesente rege, et frequentia Procerum Poloniae, qui ad nuptias Regias ad proximum Decembrem instructas confluxerant, sponsalia illa apparatu superbo fuerunt celebrata*

* *Chron. p. 223.* Adde STANISLAI KOBIERZIICKII *Histor. Vladislau. p. 64.* THVANVS *lib. CXXXV. p. 1204.*

briata. Rex cum filio et sorore Principe Sueciae adfuit conuiuio, et manu sua Legato Moscho tradidit sponsam, eam adhortatus, vt generis sui Poloni memoriam et amorem retineret ac fidem Catholicam, in qua fuit educata, tueretur.

§. XXVIIII.

Qua ratione Philippus IV. Rex Hispaniarum cum Isabella, Henrici IV. Regis Galliae filia, atque Ludouicus XIII. Gallorum Rex cum Anna Maria, Philippi III. Hispaniae Regis primogenita, vno tempore, verum diuersis in locis d. 18. Octobris 1615. inuicem matrimonio fuerunt iuncti, docet nos MICHAEL le VASSOR, * ita scribens: „Les deux „Cours de France et d'Espagne étoient convennes que la ce„lebration des deux mariages se feroit le même jour 18. Octo„bre à Bourdeaux en Guienne, et à Burgos en Castille. Le „Duc de Lerma, ou bien le Duc d'Uceda son fils, je les trou„ve tous deux nommez en differens auteurs, eut la procura„tion du Roi de France pour épouser l'Infante d'Espagne au „nom de Sa Maiesté trés Chrétienne, comme le Duc de Guise „devoit épouser Madame Elizabeth de France au nom du „Prince d'Espagne. Le Cardinal de Sourdis Archevêque de „Bourdeaux donna la bénédiction nuptiale, dans son Eglise „Cathedrale, l'Archevêque de Burgos en fit autant dans la „sienne. Je ne rapporterai pas ici le détail de ces deux ce„rémonies. Il a trouvé sa place dans les gazettes: mais il ne „convient pas à vne histoire sérieuse: La nouvelle Princesse „d'Espagne partit de Bourdeaux trois jours aprés. Une pe„tite armée l'escortoit sous le commandement du Duc de „Guise et du Maréchall de Brissac. On arriua le 1. Novembre „à Baionne, et le 6. on s'avança jusques à S. Jean de Luz. Le

* *Hist. de Louis XIII. Tom. II. II. Partie p. 30.* Adstipulatur LVDOLFFS *grosse Schaubühne lib. XV. cap. V. p. 551.* LÜNIGS *Theatrum Caeremoniale Tom. II. p. 385.*

„Le Roi Catholique avoit conduit sa fille à Fontarabie. L'
„echange des deux Princesses fut fait sur la riviere de Bidassoa
„qui separe la France de l'Espagne. On obserua scrupuleu-
„sement toutes les formalitez requises en pareilles occasions.
„Les ducs de Guise, et d'Uceda firent attention à toutes leurs
„demarches. Chacun craignoit de donner trop d'auantage
„à l'autre nation. Il falloit conserver du moins vne egalité
„parfaite des deux côtez. Celui là passoit pour le plus habi-
„le, qui ne se remuoit qu'aprez quelques avances, ou quel-
„que demarches de celui vers lequel il alloit: delicatesse qui
„paroit badine et ridicule entre les particuliers; mais c'est
„quelque chose de serieux et d'important chez les Princes.
„Luines dont la faueur augmentoit tous les jours eut la Com-
„mission de porter les lettres, que Louis et sa mere ecrivirent
„à la Nouvelle Reine pour la feliciter sur son heureuse arivée
„dans le Roiaume. Elle entra dans Bourdeaux le 21. Novem-
„bre. Quoique le Roi Catholique eut conduit sa fille jusques
„à Fontarabie, il ne voulut recevoir l'épouse de son fils qu'
„à Burgos. La fierté Espagnole ne permettoit pas à Philippe
„de faire a la Princesse de France plus d'honneur que Louis
„n'en voulout faire à l'Infante d'Espagne.„ LVDOLFVS
hac de re sic scribit: „Der Infant hatte dem Hertzog von
„Guise Vollmacht aufgetragen die Princessin von Franck-
„reich par Procuration (wie sie es nennen) in seinem Nah-
„men zu trauen, welches denn in der Ertzbischöfflichen
„Hauptkirchen zu St. Andreas mit den gewöhnlichen Cere-
„monien geschehen. Der König in Franckreich hatte dem
„Hertzog von Vsseda, einem Sohn des Hertzogs von Ler-
„ma Obristen, Königl. Geheimen Rath (premier Ministre)
„Volmacht aufgetragen, welcher in desselben Nahmen die
„Infantin Anna ältiste Tochter des Königs in Spanien eben
„denselben Tag zu Burgos traute.„ KHEVENHILLERVS*
etiam

* Tom. VII. p. 838.

etiam dicit, copulam per Procuratores iam dum fuiſſe factam, benedictionem vero atque conſummationem d. 25. Septembr. in Gallia fuiſſe peractam.

§. XXX.

Hobeit dem Cron-Printz von Sardinien überliefert, benebens gebethen, die Procuration der Ceremonien der Trauung mit Hochgemeldter Cron-Printzessin in seinem Nahmen zu verrichten; Hernach wurde mit 8. Trompeten und Paucken das Zeichen gegeben, und die Königl. Braüt, vor welcher 26. Cavalliers hergiengen, und 3. Fräuleins den Schleif trugen, von ihren Procurations Bräutigam geführet, nach ihr aber der Herr Vater, dero Fr. Mutter von Ihro Durchl. Printz Wilhelm von Hessen-Cassel, welcher den Abend vorhero, nebst seinen zweyen Herrn Brüdern angekommen war, die Verwittibte Fürstin zu Nassau-Ussingen vom Printz Max, die Printzessin Philippina von Hessen Rheinfelss vom Printz George, die aller kleinste Printzessin Christina von Herrn Baron von Leutrum, welcher als Ober-Hoffmeimeister von Ihro Hoheit, und Gesandter von Ihro Durchl. von Hessen-Cassel da ware, auch geführet worden. Nach ihnen folgete das Adel. Frauen-Zimmer hinunter in den grossen Saal, der 230. Schube lang ist, an einem Ende, vom Saal war eine Abtheilung mit einem Balistre halb Manns hoch gemacht, mit einem Teppich belegt; der Altar unter einem grossen Baldachin, auf der einen Seite ein ander Baldachiu über einem Thron 2. Staffel hoch, zwey Sessel darauf die Königl Braut bey Lösung vieler Stück und Abfeurung 2. Regimenter Musquetiere durch ihren Procurator-Bräutigam geführet, und sich dahin gesetzet, gegen über war eine lange Banck mit einem Teppich, vor die übrige obgemeldte Fürstl. Personen, als nemlich Ihro Durchl. Printz Ernst, als Vater, seine Gemahlin Durchl. als Mutter, Ihro Durchl. die Fürstin zu Nassau Usingen, und die übrige Fürstl. Personen, hinter welchen Arm-Sessel stunden, Man hat aber observiret, dass sie sich nicht gesetzt haben. Auf der einen Seite neben den Thron, wo der Bräutigam sasse, stund unten auf der ersten Staffel der erste Herr Abgesandte, neben ihm der Zweyte, und sofort ihre Cavalliers und Bedienten, auf der Königl. Braut Seiten stunde dero Obrist-Hoff-Meisterin, Frau Generalin Baroness von Buttler, und sofort in dem Balistre, das übrige Frauen-Zimmer und Cavalliers, das auswendige Balistre war mit Guarde Corps besetzet, dass niemand beydringen könte. Hernach tratt ein Cavallier hervor, und lase gantz laut die Procuration vom Cron-Printzen in Spanisch. Sprache, worauf, als der Bischoff ein Gebeth verrichtet, wurde wieder wie vorhin herrlich gefeuret. Hierauf kam der Herr Hof-Marchal mit dem Marchalls-

Stab

Stab, der Königl. Braut anzuzeigen, vor den Altar mit dero Bräutigam zu treten; Als es an dem war, dass sie sich die Hände geben solten, trat die Ober-Hofmeisterin hervor, um der Königl. Braut auf einer Credentz-Schaale den Handschuh abzunehmen. Als dieses verrichtet war, gienge das hohe Paar wieder zurück, und setzte sich auf den Thron, da das Te Deum laudamus in schönster Music gesungen wurde. Nachdem wurden wieder die Stück gelöset, und gienge man in voriger Ordnung durch beyderseits starcke besetzte Guardes, welches recht pompeus aussahe in der Cron-Printzessin Audientz-Zimmer, da sich die Cron Printzessin unter dem Baldachin stellte und die Glückwünsche empfienge, welches die Herren Abgesandte und übrige Piemontische Cavalliers, da es an ihren Rang kam auf die Knie sitzend und die blosse Hand küssende verrichteten. Qua ratione ista d. 20. Augusti 1724. Thononi fuerit excepta, et matrimonium ibidem per nouam benedictionem fuerit confirmatum, consummatumque, ibidem describitur. * Auctor Diarii Historici sic scribit: ** C'est le Marquis d' Entraues qui a été choisi par le Roi pour aller faire la demande de la Princesse de Hesse-Rhinfels à Rhotembourg. Il aura un train magnifique, et sera accompagné de tout ce qu' il y a de plus brillant parmi la ieune Noblesse de la Cour. Idem Diarium ait: Le 23. du passé, pour auquel on faisot à Rothembourg la Ceremonie du Mariage par Procureur il se fit à Thonon de grandes Reiouissances à ce suiet. ***

§. LI.

Recentissimum matrimonii per procuratorem contracti est exemplum Ludovici XV. Gallorum Regis cum Maria Stanislai Regis filia, quod die XV. Augusti 1725. Argentorati fuit celebratum, cuius caeremonias atque ritus Diarii Historici AVCTOR tali ratione describit: † *Mr. le Duc d' Orleans arri-*

* KERN-CHRONIC Augusto 1724. p. 184.

** LETTRES HISTOR. Iuillet 1724. p. 35.

*** LETTRES HISTOR. *Sept.* 1725. p. 297. Vberius adhuc singulas caeremonias, vna cum orationibus habitis describit KERN-CHRONIC Sept. 1725. p. 320. seqq.

† *Aout 1724. p. 165.*

Hoheit dem Cron-Printz von Sardinien überliefert, benebens gebethen, die Procuration der Ceremonien der Trauung mit Hochgemeldter Cron-Printzessin in seinem Nahmen zu verrichten; Hernach wurde mit 8. Trompeten und Paucken das Zeichen gegeben, und die Königl. Braut, vor welcher 26. Cavalliers hergiengen, und 3. Fräuleins den Schleif trugen, von ihren Procurations Bräutigam geführet, nach ihr aber der Herr Vater, dero Fr. Mutter von Ihro Durchl. Printz Wilhelm von Hessen-Cassel, welcher den Abend vorhero, nebst seinen zweyen Herrn Brüdern angekommen war, die Verwittibte Fürstin zu Nassau-Ussingen vom Printz Max, die Printzessin Philippina von Hessen Rheinfelss vom Printz George, die aller kleinste Printzessin Christina von Herrn Baron von Leutrum, welcher als Ober-Hoffmeimeister von Ihro Hoheit, und Gesandter von Ihro Durchl. von Hessen-Cassel da ware, auch geführet worden. Nach ihnen folgete das Adel. Frauen-Zimmer hinunter in den grossen Saal, der 230. Schuhe lang ist, an einem Ende, vom Saal war eine Abtheilung mit einem Balistre halb Manns hoch gemacht, mit einem Teppich belegt, der Altar unter einem grossen Baldachin, auf der einen Seite ein ander Baldachin über einem Thron 2. Staffel hoch, zwey Sessel darauf die Königl Braut bey Lösung vieler Stück und Abfeurung 2. Regimenter Musquetiere durch ihren Procurator-Bräutigam geführet, und sich dahin gesetzet, gegen über war eine lange Banck mit einem Teppich, vor die übrige obgemeldte Fürstl. Personen, als nemlich Ihro Durchl. Printz Ernst, als Vater, seine Gemahlin Durchl. als Mutter, Ihro Durchl. die Fürstin zu Nassau Usingen, und die übrige Fürstl. Personen, hinter welchen Arm-Sessel stunden, Man hat aber observiret, dass sie sich nicht gesetzt haben. Auf der einen Seite neben den Thron, wo der Bräutigam sasse, stund unten auf der ersten Staffel der erste Herr Abgesandte, neben ihm der Zweyte, und sofort ihre Cavalliers und Bedienten, auf der Königl. Braut Seiten stunde dero Obrist-Hoff-Meisterin, Frau Generalin Baroness von Buttler, und sofort in dem Balistre, das übrige Frauen-Zimmer und Cavalliers, das auswendige Balistre war mit Guarde Corps besetzet, dass niemand beydringen könte. Hernach tratt ein Cavallier hervor, und lase gantz laut die Procuration vom Cron-Printzen in Spanisch. Sprache, worauf, als der Bischoff ein Gebeth verrichtet, wurde wieder wie vorhin herrlich gefeuret. Hierauf kam der Herr Hof-Marchal mit dem Marchalls-

Stab

Stab, der Königl. Braut anzuzeigen, vor den Altar mit dero Bräutigam zu treten; Als es an dem war, dass sie sich die Hände geben solten, trat die Ober-Hofmeisterin hervor, um der Königl. Braut auf einer Credentz-Schaale den Handschuh abzunehmen. Als dieses verrichtet war, gienge das hohe Paar wieder zurück, und setzte sich auf den Thron, da das Te Deum laudamus in schönster Music gesungen wurde. Nachdem wurden wieder die Stück gelöset, und gienge man in voriger Ordnung durch beyderseits starcke besetzte Guardes, welches recht pompeus aussahe in der Cron-Printzessin Audientz-Zimmer, da sich die Cron Printzessin unter dem Baldachin stellte und die Glückwünsche empfienge, welches die Herren Abgesandte und übrige Piemontische Cavalliers, da es an ihren Rang kam auf die Knie sitzend und die blosse Hand küssende verrichteten. Qua ratione ista d. 20. Augusti 1724. Thononi fuerit excepta, et matrimonium ibidem per nouam benedictionem fuerit confirmatum, consummatumque, ibidem describitur. * Auctor Diarii Historici sic scribit: ** C'est le Marquis d' Entraues qui a été choisi par le Roi pour aller faire la demande de la Princesse de Hesse-Rhinfels à Rhotembourg. Il aura un train magnifique, et sera accompagné de tout ce qu' il y a de plus brillant parmi la ieune Noblesse de la Cour. Idem Diarium ait: Le 23. du passé, pour auquel on faisot à Rothembourg la Ceremonie du Mariage par Procureur il se fit à Thonon de grandes Reiouissances à ce suiet. ***

§. LI.

Recentissimum matrimonii per procuratorem contracti est exemplum Ludovici XV. Gallorum Regis cum Maria Stanislai Regis filia, quod die XV. Augusti 1725. Argentorati fuit celebratum, cuius caeremonias atque ritus Diarii Historici AVCTOR tali ratione describit: † *Mr. le Duc d' Orleans arri-*

* KERN-CHRONIC Augusto 1724. p. 184.

** LETTRES HISTOR. Iuillet 1724. p. 35.

*** LETTRES HISTOR. *Sept.* 1725. p. 297. Vberius adhuc singulas caeremonias, vna cum orationibus habitis describit KERN-CHRONIC Sept. 1725. p. 320. seqq.

† *Aout 1724. p. 165.*

arriva ici le 12. du mois passé, entre 8. & 9. heures du soir, le tems étant si sombre qu'on ne pouvoit distinguer la Marche. Il alla descendre chez le Maréchal Dubourg, Gouverneur de la Province, qui le régala à souper. le 13. au matin ce Prince alla voir le Roi et la Reine Stanislas, & S. A. R. la future Reine de France. Il dina avec le Roi, les 2. Ambassadeurs, le Duc de Wirtenberg, et le Prince heréditaire son fils, le Marggrave de Dourlach et le Prince hereditaire, le Prince de Birckenfeld, le Grand Prieur de France, et plusieurs autres Seigneurs tant Allemands que Francois le 14. qui étoit marqué pour le jour des Françailles, entre 4. et 5heures du soir, Mr. le Duc d' Orleans auec toute sa suite se rendit au Gouvernement accompagne des Carosses des 2. Ambassadeurs & de celui du Maréschal Dubourg. Il étoit en habit de cérémonie auec vn Manteau de Drap d'or, garnide Dentelles d' argent. Il fut reçu par le Roi Stanislas sur l' Escalier, et conduit dans vne Chambre où le Cardinal de Rohan, Grand Aumônier de France l' attendoit. La Reine et la Princesse sa fille s' y étant renduës, Mr. le Duc d' Orleans remit sa procuration à Mr. le Cardinal qui la lût à hautevoix, et ensuite les Fiancailles se firent auec les cérémonies accoûtumées. Mr. le Duc d' orleans, comme representant la personne du Roi, fut reconduit jusqu' à son Carosse par le Roi Stanislas. Le soir il y eût vn grand Bal, chez ce Prince, où le Roi Stanislas se trouva avec quantité de Dames. Le 15. les Epousailles fûrent celebrées dans l' Eglise Cathédrale, où l' on avoit suspendu devant le grand Autel un Dais de Velours Cramoisi, brodé des Armes de France et de Navarre sous leqvel étoit un grand Tapis, aussi de Velours galonné d' or, avec 3. Fauteuils et 3. Carreux de Velours galonnez de même. A côte droit du Grand Autel, contre le Pilier étoit élevé un Dais de Drop d' Argent, pour le Cardinal de Rohan, vis à vis duquel étoient 3. Fauteuils sans Dais pour Mr. le Duc d' Orleans, et les 2. Ambassadeurs Lex, Trouppes et les Gardes du Corps étoient rangez depuis l' Entrée de l' Eglise jusqu' au Choeur en 2. hayes. Sur le midi la Marche commença du Gouvernement vers la Cathédrale,

drale, au son des Cloches et au bruit du Canon des remparts, la Garnison bordant les ruës depuis la Porte du Gouvernement jusqu' à l' Eglise, à l' Entrée de laquelle le Cardinal de Rohan, à la tête de son Clerge, reçut le Roi Stanislas la Reine et la Princesse Royale, et les complimenta. En suite les Orgues ayant commencé à joüer, de même que les Trompettes & Timbales. S. E. les conduisit, sous le Dais, aux places, qui leur avoient été preparées. Mr. le Cardinal marchoit devant; après lui les 2. Ambassadeurs; ensvite Mr. le Duc d' Orleans, suivi immediatement de la Princesse Royale, que le Roi Stanislas et la Reine menoient de chaque côté par la main. Mr. le Duc d' Orleans étoit vêtu de la même maniere que le jour des Fiançailles. La Princesse étoit habillée d' une Robbe de Cour, de Drap d' Argent, garnie d' une grande quantité de bijoux: La Contesse de Linange lui portoit à la Reine Mere. Après que L. M. et la Princesse eurent fait leurs Priéres à genoux, Elles s' approcherent de l' Autel, ôu etoit le Cardinal de Rohan, en Habits Pontificaux, accompagné de ses Assistans. S. Em. s' étant tournée vers L. M. qui recidérent quelques pas, et Mr. le Duc d' Orleans s' étant mis à la droite de la Princesse, Mr. le Cardinal, leur fit vn discours, et leur donna la Bénédiction Nuptiale, ensvite de quoi Mr. le Duc d' Orleans mit la Bague au doigt de la Princesse et recût l' autre d' Elle. Dèsque la Cardinal eût prononce les mots. Ego vos conjungo, le Duc de Noailles, Capitaine des Gardes du Corps, se mit derriére la Reine et les 2. Gardes, de la Manche en leurs Habits de cérémonie, se mirent, à ses côtez, et commencérent à la servir comme Reine de France. Aussi tôt que le Roi Stanislas et les Reines eûrent re pris leurs places sous le Dais, on commença la Messe. Après l' Elevation, la Reine de France et Mr. le Duc d' Orleans, s' avancérent de nouveau vers l' Autel, où s' étant mis à genoux, sur des Carreaux, ils reçurent du Cardinal de Rohan sa seconde Bénédiction, pendant laquelle les 2. Servans qui étoient l' Evêque de Langres et le Comte d' Hohenloe, leur? tinrent le Drap d' Argent sur la tête. La messe étant finie le Cardinal fit signer sur les Regîstres de l' Eglise, les Reines, le Roi Stanislas, Mr. le Duc d' Orleans, les Ambassadeurs, le Prince de Pons et plusieurs autres personnes de distinction. Ensui-

te L. M. sortirent de l' Eglise dans le même ordre qu' Elles y étoient entrées, Excepté que Mr. le Duc d' Orleans donnoit la Main à la Reine de France, et le Roi Stanislas à la Reine son Epouse. Au sortir de l' Eglise, le Cardinal de Rohan leur fit encore un compliment, et l' on retourna au Gouverment, dont les Gardes du Corps et les Suisses avoient occupe tous les Postes.

§. LII.

Eiusmodi matrimonia per Procuratorem contracta, subinde per iuramentum confirmabantur, prout videmus in procuratorio inter Raymundum Comitem Tholosae et Lanciam, filiam Comitis Prouinciae, * vbi insertum fuit et hoc: *iuramus per Deum et sancta ejus Euangelia à nobis corporaliter tacta, quod praedicto matrimonio, sub forma praemissa contrahendo, dabimus operam efficacem, et in nullo contraueniemus aliqua ratione vel causa.* Idem factum fuit in Procuratorio Eduardi, Henrici III. Anglorum Regis primogeniti a. 1254. in quo dicitur: ** *cuius factum in praemisso negotio nomine nostro prosequendo tenere firmiter promisimus et obseruare, ac super hoc inspectis et tactis Euangeliis corporale praestitimus iuramentum.* Immo, ipsi Procuratores iurato adserebant, se habuisse mandatum, prout *Amadei*, IV. Comitis Sabaudiae Procurator a. 1244. *Ego Humbertus de Seyssello praedictus, supra Sancta Dei Euangelia corporaliter à me tacta, iuro me habuisse mandatum de omnibus supradictis faciendis, à Domino Amadeo Comite supradicto.* *** In Ludouici II. Procuratorio a. 1399. dicitur: *super hoc nomine nostro et in animam nostram et pro nobis iuramentum quodlibet, in talibus consuetum, praestandum et faciendum.* In Instrumento super Ludouici Bauariae Ducis matrimonio cum Mechtilde, Sabauda † dicitur: *ad maiorem roboris firmitatem praefata illustris Domicella et praedicti Procuratores in animam suam, et principis sui* scilicet praefati illustris Comitis Palatini *iurarunt ad Sancta Dei Euangelia, tactis*

* §. II. Sect. I.
** §. III. Sect. II.
*** §. III. Sect. II.
† §. VII.

tactis scripturis, quod contra praedicta in aliquo non fiet, sed adimplebuntur, quae supra dicta et facta sunt. Instrumentum matrimoniale inter Philippum Mariam Anglum, Ducem Mediolanensem atque Mariam Sabaudicam a. 1427. hanc habet formulam: † et sub fide iuramenti, manu corporaliter tactis scripturis, inierunt, firmauerunt et contraxerunt, atque ineunt, firmant et contrahunt verum, legitimum et indubitatum Matrimonium.

§. LIII.

Potissimum vero in hac matrimoniali desponsatione annuli benedicti accedebat traditio, prout factum fuit a. 1417. in matrimonio Ludouici, Bauariae Ducis cum Mechtilde Sabauda* Annuli Sacra benedictione infusi in digito appositio facta fuit a. 1432. in matrimonio Ludouici, Siciliae Regis cum Margaretha Sabauda. ** Iacobus Motzius Friderici III. Imp. procurator a. 1453. ad Eleonoram Lusitaniam dicit, ego te hoc annulo subarrabo. *** Tristanus Sfortias, Galeacii Mariae, Ducis Mediolanensis procurator a. 1468. annulum benedictum in altero digitorum Bonae de Sabaudia posuit. **** Episcopus Varadiensis nomine Ioannis Coruini a. 1487. Blancam Mariam Mediolanensem cum duobus annulis auri, gemmas preciosas habentibus desponsauit. ***** Subinde aliquot aurea Numismata in matrimonii vinculum fuerunt oblata, prout factum fuit in Caroli II. R. Hispaniae copula cum Maria Ludouica Aurelianensi a. 1679. ****** et Ludouici Delphini cum Maria Anna Victo-

† Sext. II. §. VIII.
* §. VII.
** §. IX.
*** §. X.
**** §. XI.
***** §. XIV.
****** §. XXXVI.

Victoria Bastara, eodem anno.* Accedebat quandoque *osculum*, prout in Contractu matrimoniali inter Carolum, Austriae Archi-Ducem, atque Henrici VII. R. Anglorum filiam, de Joanne de Bergis super Zomam dicitur: ** idem orator et procurator, nomine vt supra, in signum sponsalium huiusmodi eandem clarissimam Dominam Mariam *deosculatus* est, et *annulo* subarrauit et ipsius digito medio imposuit.

§. LIIII.

Concedebantur etiam Procuratoria citra reuocationem et per substitutionem. Exemplum in Ludouici, Regis Hierosolymarum videmus Procuratorio, *** in quo dicitur: *ipsos ambos praesentes et onus huius procurationis in se sponte suscipientes et vtrumque ipsorum, de melioribus modo et forma, quibus melius tam de iure quam aliter possumus et debemus, tenore praesentium siue praesentis publici Instrumenti*, citra tamen reuocationem aliorum procuratorum nostrorum, *de certa nostra scientia, facimus, constituimus, creamus et solenniter ordinamus nostros veros certos et indubitatos procuratores, factores et negotiorum gestores et nuncios speciales.* Exinde ex Tristano Sfortia quaerebatur; an Procuratorii sui mandatum à Duce Mediolanensi esset reuocatum? **** Ad *certum tempus tamen* procuratoria poterant restringi, prout in isto Theobaldi Campaniae Comitis a. 1219. adjecerunt autem haec specialiter et expresse dicta Comitissa et comes, *quod si praefati rex et regina, Mater eius, supra dictas conuentiones infra praedictum terminum non adimplerint*, videlicet *infra proximum festum Sancti Andreae apostoli, ipsi extunc non tenerentur eis, vel praedictae domicellae, nec matrimonium contrahere, nec alias pactiones obseruare.* ***** Quandoque vnus procurator alteri substituitur, prout fit in procuratorio *Eduardi* Angliae primogeniti,

* §. XXXVII.
** §. XVIII.
*** §. VI.
**** §. XI.
***** LUDEWIG. App. n. VIII.

geniti, in quo habetur: * *et si forte, quod absit, praedictus Johannes Mansell Patris nostri secretarius in via deficiat,* loco *sui dilectum et specialem clericum nostrum Johannem Clarell* substituimus eidem in omnibus *eandem dantes potestatem circa praedictum negotium prosequendum, quam praedicto Johanni Mansell dedimus et praescripsimus sub forma superius declarata.* **

§. LV.

Subinde matrimonium per Procuratorem diuersis locis fuit contractum; Sic Philippus IV. Rex Hispaniarum cum Isabella, Henrici IV. Galliae Regis filia, atque Ludouicus XIII. Gallorum Rex cum Anna Maria, Philippi III. Regis Hispaniae primogenita, vno tempore, d. 18. Octobris 1615. verum diuersis locis sibi inuicem matrimonio fuerunt iuncti. *** Circa Mauritii, Sabaudiae Ducis matrimonium fiduciarium cum Aloisia Maria, fratris sui filia d. 28. Augusti 1642. contractum, singulare quid refert. SAMVEL GVICHENON. **** ita scribens: „La solemnité du Mariage se fit d' vne facon „extraordinaire: car comme le Prince Maurice estoit à Nice, „et la Princesse Louyse Marie à Turin, le Marquis de Ci„ries, le mesme jour, que le Contract de Mariage fut dressé, „comme Procureur et Deputé du Prince, épousa la Princesse „à Turin et le Marquis de Pianezze comme Procureur de la „Princesse alla à Nice, accompagné du Nonce de sa Sainteté, „ou il épousa à son nom le Prince, Maurice. Ce mariage, „qui fit changer de profession à ce Prince, luy acquit vne „grande gloire, parce qu' il prefera le salut des Estats de Sa„voye, et le repos des peuples à ses propres interests.

* §. V.

** de tali substitutione vberius egit ORBENNA p. III. p. 102.

*** XXIV.

**** *Hist. Genealog. de Savoye lib. III. p. 1031.* Adde IMHOFII Gen. p. 75.

§. LVI.

Talis quoque est procuratio ad contrahendum matrimonium nomine Caroli, filii Bernabouis, Vice-Comitis Mediolanensis cum primogenita, Comitis Armaniaci a. 1382. et quidem huius tenoris: * *In nomine Domini. Amen. Anno à natiuitate eiusdem MCCCLXXXII. indictione V. secundum consuetudinem ciuitatis Mediolani*, die X. Mensis Ianuarii. *Pateat vniuersis et singulis hoc praesens publicum instrumentum inspecturis, quod in praesentia mei notarii et notariorum et testium infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, spectabilis et egregius miles* dominus Carolus vicecomes, *natus Magnifici et excelsi domini, domini Bernabouis vicecomitis domini Mediolani, Brixiae, Pergami, Cremonae, Laudae, Parmae imperialis vicarius generalis, in praesentia, voluntate et consensu praefati magnifici domini genitoris sui consentientis, ac parabolam, et licentiam dantis praefato domino Carolo nato suo infra scripta omnia et singula faciendi et complendi, sponte et ex certa scientia, non reuocando propterea aliquod aliud procuratorium factum in personam infra scripti Rogerii Canis super aliis negotiis fecit, constituit et ordinauit, ac fecit, constituit et ordinat nobilem virum Rogerium canem praesentem, et mandatum sponte suscipientem, suum verum, certum, legitimum procuratorem missum, ac nuncium specialem, et quidquid melius dici et esse potest specialiter ad tractandum, et ventilandum, et contrahendum sponsalia, ac etiam perficiendum matrimonium per verba de praesenti pro ipso spectabili et egregio milite domino Carolo et eius nomine, cum spectabili et inclyta domina primogenita illustris principis domini Iohannis Comitis Armeniaci, quocunque nomine nuncupetur, nec non Sponsalia cum praefato domino comite, et in ipsam dominam consentiendum; et vt tamquam in ipsius domini Caroli veram et legitimam vxorem, et ad recipiendum ab ipsa domina consensum tam per verba de praesenti, quam de futuro reciproca. Similiter pro dicto matrimonio et sponsalibus contrahendis et perficiendis, et ad subarrandum, et disponsandum cum annulo praefatam dominam, et vt ei tamquam veram et legitimam vxorem praefati domini Caroli, et ad solemniter promit-*

* extat in EDMVNDI MARTENE et *Vrsini Durandi Collectione Monumentorum Veterum* Tom. I. p. 1518.

promittendum quod praefatus dominus Carolus tractabit et perpetuo reputabit et habebit praefatam dominam pro sua vera conforte et vxore legitima, et ad similem promissionem reciprocam recipiendum à praefata domina, videlicet quod ipsa domina perpetuo habebit, tractabit et reputabit praefatum dominum Carolum pro suo vero et legitimo marito, ad quaelibet alia, vtilia et necessaria pro dicto matrimonio contrahendo et solemniter perficiendo, facienda et complenda cum omnibus et singulis promissionibus et obligationibus et iuramentis, solemnitatibus, et clausulis opportunis. Item, ad conueniendum et paciscendum cum praefata domina seu legitima persona pro ea, nec non cum praefato domino genitore suo, de dote per eam seu eum constituenda, danda et soluenda praefato domino Carolo de quantitate et qualitate dotis ac iocalium et furnimentorum eidem viro suo dandorum, prout eidem procuratori suo videbitur conuenire, et prout conuenerit cum praelibato domino comite, vel vt supra altera persona legitima eius nomine, nec non ad recipiendum a certo illustre principe domino comite Armeniaci, nec non a praefata domina et etiam a qualibet legitima persona pro eis et quolibet eorum, quaslibet promissiones, et obligationes, et conuentiones nomine et vice, et ad vtilitatem ipsius domini Caroli et praefatae dominae, et cuiuslibet eorum, et haec omnia cum illis pactis, modis, formis, tenoribus, sacramentis, obligationibus personalibus et realibus renuntiationibus et solemnitatibus, et clausulis de quibus, et prout dicto procutori videbitur et placuerit, et prout partes etiam conuenerint, et pro praemissis et eorum occasione obligandum praefatum dominum Carolum et bona praefati Domini Caroli praesentia, et futura et generaliter ad omnia alia et singula facienda, quae in praedictis et circa praedicta et connexis et dependentibus ab eis et quae facient seu tangant, quomodolibet negotium supradictum, fuerint vtilia et necessaria, et dicto procuratori suo videbitur expedire, etiamsi in eis requireretur speciale vel magis speciale mandatum, promittentes solemniter praefatus, magnificus et excelsus dominus Bernabos, dominus Mediolani, et praefatus dominus Carolus natus eius, et quilibet eorum mihi notario infra Scripto, vt publicae personae stipulanti et recipienti nomine et vice et ad partem et vtilitatem praefatae dominae, et cuiuslibet personae cuius interest aut interesse poterit quomodolibet in futurum, se et sua bona pignori obligando, perpetuo firmum et ratum et gratum habere et tenere, attendere

tendere et obseruare, quicquid per dictum procuratorem suum actum, dictum, seu gestum fuerit in praedictis, et circa praedicta et quodlibet praedictorum, et dictum suum procuratorem aliquo tempore non reuocare: dans et concedens dictus constituens dicto suo procuratori plenum, liberum, generale et speciale mandatum, cum plena, libera et generali administratione in praedictis et circa praedicta, et quolibet praedictorum; renuntiando insuper exceptioni praedictorum omnium et singulorum non ita actorum et factorum, et omni probationi et defensioni in contrarium, et de praedictis praefatus magnificus dominus Mediolani, et praefatus dominus Carolus, et quilibet eorum mandauerunt per me Thomam de capitaneis de Vicomercate notarium et cancellarium praefati domini publicum confici instrumentum, et sigillorum suorum appensione muniri in robur et testimonium praemissorum: quod quidem procuratorium duret et durare debeat usque ad menses quatuor proxime futuros tantum et non vltra. Actum Mediolani in aula habitationis praefati Domini Domini Bernabouis sub salla inferiori respicienti versus urolium praefati Domini, praesentibus pro secundis notariis Geuffredoto Liprando filio quondam Zambell et Iobannino de Cermonate filio quondam Dionysii, ambobus ciuitatis Mediolani notariis, interfuerunt ibi testes nobilis et Sapiens vir dominus Beltramotus de Ferrariis legum doctor, filius quondam domini Iacobi dicti Comelli, Iobannolus de Madiis filius quondam domini Mirami, Anriginus de Cremona, filius quondam domini Cabrii, et Rurigonus de Meser filius quondam Beltrami omnes tres camerarii praefati Domini Comitis ciuitatis Mediolani notarii idonei vocati et rogati, etc.

Et ego Thomas etc.

§. LVII.

Potissimum hic considerandum est matrimonium inter Iohannam, Duracii Ducissam et Ludouicum de Nauarra per procuratores a. 1365. contractum, cuius procurationem, cum multa contineat singularia, hic adducemus integram:* *In Dei nomi-*

* extat in EDMVNDI MARTENE & VRSINI DVRAND. *Collectione Veterum Monumentorum* Tom. I. p. 1484.

nomini, Amen. Anno a natiuitate eiusdem M CCC LXV. pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Vrbani diuina prouidentia papae V. anno III. mense Martii, die penultimo eiusdem, III. indictione. Per praesens publicum instrumentum pateat vniuersis eius seriem inspecturis, quod me notario publico et testibus infra scriptis vocatis et constitutis, ac existentibus ante praesentiam spectabilis et illustris dominae Johannae Ducissae Duratii, regni Albaniae et honoris Montis S. Angeli dominae, ac Grauinae comitissae, eadem domina ducissa publice asseruit et narrauit suo oraculo viuae vocis, se habere intensum animi desiderium ac bonam voluntatem, firmumque propositum, cum spectabili et illustri domino domino Ludouico de Nauarra Deo Duce, praeuio et actore, parentelam contrahere, et eidem matrimonialiter sociari, iuxta morem sanctae matris ecclesiae et canonicas sanctiones: idcirco sapiens ipsa Domina ducissa matrimonium ipsum ad optatum effectum perduci concessa plenarie vt dixit, de fidei, industriae, sufficientiae, et legalitatis meritis experimentaliter sibi notis nobilium et circum spectorum virorum Federici de Campis et Antonii de Landulfo de Neapoli secretarii ipsius dominae ducissae et familiaris, ipsos praesentes et volentes omni via, iure, modo, et forma, quibus melius et efficacius dici, conferi, et intelligi potest et debet, atque in praesentis negotii perfectione satis fieri, dante Domino votis suis, fecit, constituit, creauit ac firmiter ac legitime et irreuocabiliter ordinauit suos veros et legitimos procuratores, actores, factores, negotiorum gestores, et ambassiatores sollennes adeundi vice, nomine et pro parte sua praesentiam dicti Domini Ludouici de Nauarra, et loquendi, tractandi, conueniendi et recordandi cum eodem domino de parentela et matrimonio supradictis secundum formas, continentias et tenores quorundam capitulorum continentium quasdam cautelas, quaedamque pacta, conditiones, et conuentiones, quas et quae dicta domina ducissa petit et vult sibi per dictum dominum Ludouicum ante omnia praemitti et firmiter attendi, et inuiolabiter obseruari, sigillorum annulo secreto serenissimae dictae dominae Johannae Dei gratia Jerusalem et Siciliae reginae, et sigillis tam paruo consueto, quo eadem domina ducissa usa est et vtitur, quam magno et impendenti dictae dominae ducissae, quo nouiter vti incepit munitorum, et vbi procuratores et ambasiatores supradicti ipsius dominae ducissae constituentis nomine erunt in plena conuentione et contractu cum dicto domino Ludouico

tico de parentela et matrimonio supradictis, cum dictorum capitulorum, cautelarum, pactorum, conditionum, contentorum in eis inuiolabili obseruatione, dicta domina ducissa constituens cum consensu, beneplacito et assensu dictae dominae reginae, de quo assensu Oratenus praestito nobis constitit euidenter, nec non sollicitudine, complacentia, et consensione illustris dominae dominae Mariae imperatricis C. P. Acayae et Tarenti principissae matris suae, prout per litteras ipsius dominae imperatricis suo anulo noto sigillatis tam dictae dominae reginae, quam praefatae dominae ducissae directas, patet, sponte, voluntarie, et bona fide dedit, distribuit et concessit dictis procuratoribus et ambassiatoribus suis plenam liberam et omnimodam potestatem, licentiam, auctoritatem et speciale mandatum contrahendi sponsalia et parentelam cum dicto domino Ludouico per verba apta mutuum consensum exprimentia de praesenti, et promittendi eamdem dominam ducissam in legitimam vxorem ipsius Domini Ludouici et recipiendi eumdem dominum Ludouicum per eadem verba de praesenti in legitimum virum praefatae dominae Ducissae secundum ritum et formam dictae sacro sanctae Romanae matris ecclesiae, et verbum et fidem dandi quod matrimonium ipsum pro parte dictae dominae ducissae ratum et firmum sit et seruetur acceptum sub cautelis, pactis, et conditionibus et conuentionibus supra dictis, et insuper recipiendi et acceptandi pro dicta domina ducissa et nomine suo voluntatem, consensum et assensum matrimonialem eiusdem Domini Ludouici per verba etiam de praesenti, quibus ipse dominus Ludouicus in personas dictorum procuratorum et ambassiatorum praefatae dominae ducissae, et in eam consentiet in vxorem suam legitimam eamdemque dominam ducissam recipiet in vxorem, et quaecumque pacta, promissiones, conuentiones, sponsiones et pollicitationes alias conuenientia, expedientia, vtilia, necessaria, expedientes, vtiles, necessarias et opportunas in praedictis vel aliquo praedictorum, et de quibus dicti procuratores et ambassiatores cum ipso Domino Ludouico et idem dominus Ludouicus cum eis ad inuicem conuenerint et duxerint, concordandi, recipiendi et huiusmodi pacta, conuentiones, promissiones, sponsiones, et pollicitationes, praemissaque omnia et infra scripta poenis et obligationibus iurisiurandi religionis in animam dictae dominae ducissae praestandi et eius ab eodem domino Ludouico recipiendi et fide promissa et adimpletione more serenissimarum et insignium personarum roborandi firmandi, et val-

uallandi, seruatis semper dictis cautelis, pactis, conditionibus, contentis et expressis in capitulis memoratis, et generaliter ad omnia et singula alia verba, dicta et facta conuenientia, opportuna et necessaria, debita et solita, quibus et per quae purus, simplex, verus et validus consensus et assensus coniugalis intelligitur, exprimitur et habetur, ac intelligitur, exprimitur et habetur, ac intelligi, exprimi potest et haberi, et per quae inter dominam ducissam et praefatum dominum Ludouicum, licet absentes et seiunctos, verum matrimonium per verba de praesenti potest et debet et consueuit fieri, contrahi et etiam celebrari, dicendi, faciendi, exprimendi, recipiendi, admittendi, et quae per ipsam dominam ducissam constituentem, si praesens esset, in persona propria dici, fieri et exprimi, recipi, admitti et acceptari, polliceri, et promitti posset et debet seu deberet, etiamsi talia sint vel erunt quae mandatum exigant propterea speciale, ac maiora et grauiora existerent quam sint ista, seruatis semper dictis cautelis, pactis, conuentionibus, et conditionibus contentis et expressis in capitulis supradictis: volens ipsa Domina ducissa constituens, quod si casu aliquo mortis vel infirmitatis, vel iusta aliqua causa superuenerit per quem vel quam alter procuratorum et ambassiatorum ipsorum praedictis nequiuerit interesse, quod eo casu alter procuratorum ipsorum non impeditus, seu superstes, praedicta omnia et singula possit et valeat inchoare, mediare et finire, prout esset ad praedicta omnia et eorum singula ac praeinserta solus specialiter et in solidum constitutus: promittens ipsa Domina ducissa mihi praedicto notario publice infra scripto, tanquam publicae personae, vice et domino dicti domini Ludouici, et omnium et singulorum, quorum seu cuius interest vel intererit, aut interesse poterit in futurum, se ratum, gratum et firmum perpetuo habituram, et inuiolabiliter et inconcusse seruaturam totum quiquid per dictos procuratores et Ambassiatores suos vel alterum eorum in Casibus enarratis in praemissis et circa praemissa et quolibet praemissorum, ac dependentibus, emergentibus, connexis, et incidentibus ex eisdem, cum dictorum capitulorum, cautelarum, pactorum, conuentionum et conditionum tenaci et inuiolabili obseruatione promissum publicum, pactum, actum, dictum, procuratum quod fuerit quomodolibet siue gestum, et vllo vnquam tempore non venturam,

ram, dicturam, aut facturam contra, nec veniendi, faciendi, aut dicendi licentiam petituram, seu ea vsuram petita et obtenta, et insuper dictos procuratores suos ante consummationem et perfectionem omnium praemissorum; seu in ipso actu perfectionis et consummationis; aut post non reuocaturam nec derogaturum in aliquo directe vel per obliquum, per se vel per alium, seu alios publice, vel occulte, sub hypotheca et obligatione omnium bonorum suorum praesentium et futurorum. Et proinde corporale praestiuit ad Sancta Dei evangelia iuramentum, me praedicto notario publico infra Scripto vice, nomine et praefatorum procuratorum, et ambassiatorum, ac omnium et singulorum, quorum seu cuius interest, vel interesse poterit in futurum, promissionem, hypothecam, obligationem, et iuramenta praedicta ab eadem domina ducissa constituto, quae tamquam sacro sanctae Romanae ecclesiae ac dicti Domini papae sedis apostolicae humilis et deuota, nunc ignorans, vt dixit, ante eam et dictum dominum Ludouicum vnde si aliquod consanguinitatis vel affinitatis inpediens copulam huiusmodi matrimonii celebrandi, extitit, propter ea humiliter protestata, quod si forsan in posterum contingeret inter praefatos dominam ducissam et dominum Ludouicum gradum consanguinitatis vel affinitatis adesse, per quos inter ipsos sine dispensatione dictae sanctae Romanae matris ecclesiae, seu domini summi pontificis et sedis apostolicae, matrimonium non potuerit legitime celebrari, in casu ipso exigit praefata domina ducissa dictae S. R. E. seu dicti domini summi pontificis et sedis apostolicae dispensationem reseruatam, in quantum pro robore et legitimatione dicti matrimonii fuerit necessaria ac etiam opportuna, quibus omnibus sic peractis, dicta domina ducissa constituens voluit etiam et mandauit quod per me praedictum infra scriptum notarium publicum conficerentur, et fierent inde vnum, duo, tria et plura, toties quoties sibi forent, seu fuerint, necessaria, expedientia et vtilia, ad omnem requisitionem et mandatum, ac preces ipsius aut alterius eius nomine publica instrumenta. Acta fuerunt haec Neapoli in Reginali castro nouo, sub anno, pontificatu, mense die, et indictione praesentibus reuerendo in Christo patre domino Iuliano Dei gratia episcopo Casinensi dictae dominae ducissae cancellario ac magnificis et potentibus viris domino Neapoleone de filiis Vrsi comite Manupletti logoteta et prothonotario regis Siciliae, domino Nicolao de Azzarolis de Florentia comite Melsiae, magno eiusdem regis Siciliae senescallo domina

Fran-

Francisca de Celano comitissa Ariani, Hugone de S. Seuerino, nec non domino Francisco de Sancto Vito milite, dictae dominae Ducissae hospitii senescallo, iudice Francisco Setario de Salerno et Iudice Nicolao Archamon de Neapoli peritis in iure ciuili, magistro Petro de Lentino, supra dictae dominae imperatricis rationali, Iacobo comite de Salino notario, Iohanne de Maguntia notario dictae dominae Ducissae, et Antonio Cronello de Neapoli clerico publico apostolica auctoritate notario testibus ad praemissa vocatis et rogatis. Et ego Nicolaus Sirilli, &c.

Tenor Pactorum

de quibus supra fit mentio.

Haec sunt pacta, conuentiones et conditiones quae peti debent per Fredericum de Campis et Antonium de Landulpho constitutos et ordinatos procuratores et ambassiatores per illustrem et excellentem dominam Iohannam Ducissam Duratii, regni Albaniae, et honoris Montis Angeli dominam, ac Grauinae comitissam super matrimonio, Deo praeuio et actore, contrahendo inter dictos procuratores et ambassiatores nomine et pro parte dictae dominae ducissae ex vna parte, et illustrem dominum dominum Ludouicum de Nauarra ex parte altera, secundum tenorem procuratorum et ambassiatorum praedictorum, quas super hoc habent ab eadem domina ducissa; nec non secundum tenorem, conditiones, et formas notatas et declaratas in capitulis infra scriptis procedentibus de certa scientia et beneplacito serenissimae dominae dominae Johannae Dei gratia Jerusalem et Siciliae reginae illustris materterae et Serenissimae dominae dominae Mariae eadem gratia imperatricis C. P. et principissae Tarenti, matris, et sigillis reverend. dictae dominae ducissae sigillatis anulo secreto iam dictae dominae reginae, et sigillis tam paruo consueto, quo eadem domina ducissa est et vtitur, quam magno impendenti eiusdem dominae ducissae, quo ipsa domina nouiter vti incoepit. In primis, quod dicta domina ducissa contentatur, et placet sibi, ac gerit in mente, estque in firmo proposito contrahendi matrimonium cum dicto domino Ludouico de Nauarra, secundum quod continetur instrumento procurationis et potestatis praedictae dominae et comitissae, per eandem dominam ducis-

ram, dicturam, aut facturam contra, nec veniendi, faciendi, aut dicendi licentiam petituram, seu ea vsuram petita et obtenta, et insuper dictos procuratores suos ante consummationem et perfectionem omnium praemissorum; seu in ipso actu perfectionis et consummationis; aut post non reuocaturam nec derogaturum in aliquo directe vel per obliquum, per se vel per alium, seu alios publice, vel occulte, sub hypotheca et obligatione omnium bonorum suorum praesentium et futurorum. Et proinde corporale praestitit ad Sancta Dei evangelia iuramentum, me praedicto notario publico infra Scripto vice, nomine et praefatorum procuratorum, et ambassiatorum, ac omnium et singulorum, quorum seu cuius interest, vel interesse poterit in futurum, promissionem, hypothecam, obligationem, et iuramenta praedicta ab eadem domina ducissa constituto, quae tamquam sacro sanctae Romanae ecclesiae ac dicti Domini papae sedis apostolicae humilis et deuota, nunc ignorans, vt dixit, ante eam et dictum dominum Ludouicum vnde si aliquod consanguinitatis vel affinitatis impediens copulam huiusmodi matrimonii celebrandi, extitit, propter ea humiliter protestata, quod si forsan in posterum contingeret inter praefatos dominam ducissam et dominum Ludouicum gradum consanguinitatis vel affinitatis adesse, per quos inter ipsos sine dispensatione dictae sanctae Romanae matris ecclesiae, seu domini summi pontificis et sedis apostolicae, matrimonium non potuerit legitime celebrari, in casu ipso exigit praefata domina ducissa dictae S. R. E. seu dicti domini summi pontificis et sedis apostolicae dispensationem reseruatam, in quantum pro robore et legitimatione dicti matrimonii fuerit necessaria ac etiam opportuna, quibus omnibus sic peractis, dicta domina ducissa constituens voluit etiam et mandauit quod per me praedictum infra scriptum notarium publicum conficerentur, et fierent inde vnum, duo, tria et plura, toties quoties sibi forent, seu fuerint, necessaria, expedientia et vtilia, ad omnem requisitionem et mandatum, ac preces ipsius aut alterius eius nomine publica instrumenta. Acta fuerunt haec Neapoli in Reginali castro nouo, sub anno, pontificatu, mense die, et indictione praesentibus reuerendo in Christo patre domino Iuliano Dei gratia episcopo Casinensi dictae dominae ducissae cancellario ac magnificis et potentibus viris domino Neapolaone de filiis Vrsi comite Manupletti logoteta et prothonotario regis Siciliae, domino Nicolao de Azzarolis de Florentia comite Melsiae, magno eiusdem regis Siciliae senescallo domina

Fran-

Francisca de Celano comitissa Ariani, Hugone de S. Seuerino, nec non domino Francisco de Sancto Vito milite, dictae dominae Ducissae hospitii senescallo, iudice Francisco Setario de Salerno et Iudice Nicolao Archamon de Neapoli peritis in iure ciuili, magistro Petro de Lentino, supra dictae dominae imperatricis rationali, Iacobo comite de Salino notario, Iohanne de Maguntia notario dictae dominae Ducissae, et Antonio Cronello de Neapoli clerico publico apostolica auctoritate notario testibus ad praemissa vocatis et rogatis. Et ego Nicolaus Sirilli, &c.

Tenor Pactorum

de quibus supra fit mentio.

Haec sunt pacta, conuentiones et conditiones quae peti debent per Fredericum de Campis et Antonium de Landulpho constitutos et ordinatos procuratores et ambassiatores per illustrem et excellentem dominam Iohannam Ducissam Duratii, regni Albaniae, et honoris Montis Angeli dominam, ac Grauinae comitissam super matrimonio, Deo praeuio et actore, contrahendo inter dictos procuratores et ambassiatores nomine et pro parte dictae dominae ducissae ex vna parte, et illustrem dominum dominum Ludouicum de Nauarra ex parte altera, secundum tenorem procuratorum et ambassiatorum praedictorum, quas super hoc habent ab eadem domina ducissa; nec non secundum tenorem, conditiones, et formas notatas et declaratas in capitulis infra scriptis procedentibus de certa scientia et beneplacito serenissimae dominae dominae Johannae Dei gratia Jerusalem et Siciliae reginae, illustris materterae et Serenissimae dominae dominae Mariae eadem gratia imperatricis C. P. et principissae Tarenti, matris, et sigillis reverend. dictae dominae ducissae sigillatis anulo secreto iam dictae dominae reginae, et sigillis tam paruo consueto, quo eadem domina ducissa est et vtitur, quam magno impendenti eiusdem dominae ducissae, quo ipsa domina nouiter vti incoepit. In primis, quod dicta domina ducissa contentatur, et placet sibi, ac gerit in mente, estque in firmo proposito contrahendi matrimonium cum dicto domino Ludouico de Nauarra, secundum quod continetur instrumento procurationis et potestatis praedictae dominae et comitissae, per eandem dominam ducis-

sam procuratoribus et ambassiatoribus supradictis scripto manu mei Nicolai Sirilli ciuis Neapolitensis potestate apostolica et imperiali auctoritate notarii infra scripti, sub anno a natiuitate Domini MCCCLXV. pontificatus Sanctissimi in Christo patris domini nostri domini Vrbani diuina prouidentia papae V. Secunda quod dicti procuratores et ambassiatores in dicto casu, quo contraherent matrimonium supra dictum nomine et pro parte dictae dominae ducissae, promittant pro dote et nomine dotis, contemplatione matrimonii supra dicti, ciuitates, terras, et castra, et omnia quaecumque bona feudalia, et alia iura et quascumque rationes, quas dicta domina ducissa habet tam in regno Siciliae citra Farum quam extra regnum ipsum, et de his dicti procuratores et ambassiatores faciant sufficientes, validas et expedientes cautelas dicto domino Ludouico, obligationibus, renuntiationibus, iuramentis, et poenis pecuniariis et aliis necessariis et opportunis solemnitatibus roboratis. Tertio, quod dictus dominus Ludouicus teneatur et debeat constituere dictae Dominae Ducissae seu praedictis procuratoribus et ambassiatoribus nomine dotis et pro parte ipsius Dominae Ducissae pro dotario et nomine dotarii secundum consuetudinem consuetam et obseruatam illustrium dominorum regalium dicti regni Siciliae in valore unciarum duo millia in auro per annum, vel ad minus unciarum mille in Carlens. argenti in bonis fundalibus emendis, de propria moneta seu pecunia dicti domini Ludouici in dicto regno Siciliae citra Farum, pro qua emtione facienda et per complenda, dictus dominus Ludouicus teneatur et debeat, antequam veniat in ciuitatem hanc Neapolim, deponere et deponi facere realiter et cum effectu in ciuitatibus Florentiae vel Ianuae aut Neapolis, ad electionem dicti domini Ludouici, tantam quantitatem monetae seu pecuniae, quantam veri similiter sit ac esse debeat, et esse censeatur sufficiens et opportuna, pro emendis bonis fundalibus supradictis valoris annui ad minus unciarum dictarum mille de dictis Carlens. argenti pro dotario et nomine dotarii supra dicti: quod quidem depositum dictae monetae seu pecuniae fiat in manibus sufficientium et idoneorum mercatorum, et

in qua-

in quacumque ex dictis ciuitatibus depositum ipsum fieri contigerit, fiat nomine et pro parte dictae dominae ducissae, ratione dotarii supra dicti. Rursum quod dicti mercatores recipiant dictam monetam pro parte dicta dominae ducissae, et teneantur per pactum et conuentionem facere omnem cautelam, quod sit, esse debeat ac esse censeatur idonea et sufficiens dictae dominae dominae ducissae specialibus suis de assignando supra dictam pecuniam seu Monetam conuertendam in emtionem iam dictam ipsius Dominae Ducissae, et procuratoribus suis, ad omnem ipsius dominae ducissae vel eorundem procuratorum suorum procurationem. Verum tamen est, quod memorata domina ducissa amplius contentaretur, essetque sibi gratum pariter et acceptum, quod dictum depositum fieret in dicta ciuitate Neapolitana in manibus sufficientium, et idoneorum mercatorum quam alibi. Quarto, quod memoratus dominus Ludouicus in manibus dictorum procuratorum et ambassiatorum promittat, et obliget se personaliter venire Neapolim, ad desponsandam dictam dominam ducissam, et firmandum dictum matrimonium cum eadem, et habitare in dicto regno cum ipsa domina ducissa, et eam non extrahere extra regnum ipsum et de his faciat solemnes et sufficientes cautelas, obligationibus, pactis ------ renunciationibus, et aliis solemnitatibus roboratis supradictis procuratoribus et ambassiatoribus recipientibus nomine, et pro parte iam dictae dominae Ducissae. Quinto, quod iam dictus dominus Ludouicus promittat, teneatur et obliget se, vt supra, quod infra sex menses computandos a die quo, Deo praeuio et actore firmatum erit matrimonium inter dictos procuratores et ambassiatores nomine et pro parte dictae dominae ducissae ex vna parte, et dictum dominum Ludouicum ex parte altera, secundum continentiam et tenorem dicti instrumenti procurationis facti, procuratoribus et ambassiatoribus supradictis venire ad dictum regnum, et esse personaliter in dictam ciuitatem Neapolitanam ad complendum et perficiendum et confirmandum cum effectu matrimonium supradictum, et totum id, ac quicquid facere tenetur de pactis et conuentionibus supra dictis et in casu quo supra dictus Dominus Ludouicus infra

dictum sex mensium terminum non veniret, etiam si quocumque casu impeditus fuisset, aut deficeret adimplere realiter et cum effectu, durante ipso termino, dicta pacta et conuentiones, aut aliquid vel aliqua eorundem, quod in casu praemisso dicta domina ducissa principaliter et dicti procuratores et ambassiatores eius nomine remaneant et sint liberi, quiti et absoluti, ab omni vinculo dicti matrimonii, et ab omni promissione, obligatione, et poenis sacramenti et renunciationis, quas fecissent quomodolibet ratione matrimonii supra dicti, vel dicti procuratores et ambassiatores nomine et pro parte dictae dominae ducissae facerent quouis modo, et omnes et singulas promissiones, cautelas, instrumenta, pacta et conuentiones, quas et quaecumque modo facerent, fecissent super matrimonio praedicto et aliter contento, expressis et declaratis in dictis procurationibus, pactis, conditionibus, et conuentionibus suprascriptis, aut fierent quoquo modo per dictos procuratores, et ambassiatores dictae dominae ducissae, ipso facto sint et esse censeantur, terminentur, et reputentur ruptae, cassae, irritae, et annullatae, inanes et inualidae, ac omni careant efficacia, firmitate, et momento, robore et vigore. Actum et datum Neapoli in reginali Castro nouo, sub dictis anulo secreto dictae dominae reginae, et sigillis tam paruo quam magno eiusdem dominae ducissae, sub anno, pontificatu, mense die, et indictione praedictis, praesentibus reuerendo in Christo patre Iuliano Dei gratia episcopo Casinensi dictae dominae ducissae cancellario, et magnificis ac potentibus viris domino Neapoliensi de filiis Vrsi, comite Manuplelli, logotheta et protonotario regis Siciliae, senescallo, domina Francisca de Celano Comitissa Ariani, Hugone de S. Seuerino, nec non et domino Francisco Setario de Salino, et iudice Nicolao Archamon. de Neapoli peritis in iure ciuili, magistro Petro Lentino supra dictae dominae imperatricis rationali, Iacobo comite Salino notario, Iohanne de Magentia notario dictae dominae ducissae, et Antonio Sienello de Neapoli clerico publico apostolica auctoritate notario, testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Nicolaus Sirilli &c.

§. LVIII.

Hoc matrimonium etiam Maria, Imperatrix Constantinopolitana per singulares litteras postmodum confirmauit, quae

quae tales sunt.* *Maria Dei gratia imperatrix Constantinopolitani, Acayae et Tarenti principissa, vniuersis praesentes litteras inspecturis; recta prospiciens, non immerito statuit, quod in copulandis nuptiis nuncupatorum nec cognatorum vel affinium auctoritas exquiratur, sed expectanda sit eius voluntas, de cuius coniunctione tractatur. Sane dudum praecedentibus siquidem matura deliberatione consilii, beneplacito et consensu inclytae dominae, dominae Iohannae Ierusalem et Siciliae reginae illustris sororis nostrae carissimae et dominae reuerendae, vtriusque parens spectabilis Iohanna ducissa Duratii regni Albaniae et honoris Montis S. Angeli domina, com[...]ssa Grauinae, filia nostra primogenita ac etiam praedileta existens propterea aetatis, huius animum et propositum matrimonium, actore Domino, contrahendi cum excellenti Ludouico infante Nauarrae, comiteque Bellimontis, ac Bearniano, Serenissimi principis domini Caroli eadem gratia regis Nauarrae, Ebroicensisque comitis illustris constituit et fiducialiter ordinauit suos procuratores, ambasiatores, et nuntios speciales et generales, circumspectos viros Fridericum de Campis et Anthonium de Landulfo de Neapoli, eiusdem dominae Ducissae familiares et secretarios, ad conferendum se ad praesentiam dicti domini Ludouici, et cum eo praedictum matrimonium pertractandi, ipsumque matrimonium contrahendi et percomplendi cum eodem domino Ludouico nomine et pro parte ducissae praefatae, per verba apta mutuum consensum exprimentia de praesenti, cum certis pactis, conditionibus et modificationibus, scriptis ac etiam annotatis in instrumento procurationis iam dudum, siquidem per manus Nicolai Sirilli de Neapoli publici apostolica auctoritate notarii in toto regno Siciliae citra Farum, olim in anno Domini M CCC LXV. pontificatus in Christo patris domini nostri domini Vrbani diuina prouidentia papae V. tertio, mense Martii, die penultimo eiusdem, tertiae indictionis subsequentis, dicti procuratores et ambassiatores ducissae praefatae conferentes se personaliter ad praesentiam dicti domini Ludouici, quem personaliter inuenerunt in Villa S. Sebastiani Dioecessis Pampilonae, et habito inter eos solemni colloquio et tractatu, de supra dicto matrimonio contrahendo, et pactis huiusmodi petitis, tandem idem dictus Dominus Ludouicus dictum matrimonium gratum sibi repraesentans et acceptans, cum eisdem procuratoribus et ambassiatoribus nomine et pro parte praefatae Ducissae, et ipsi procuratores et ambassia-*

* extant c. L. p. 1497.

ambassiatores quo supra nomine, cum eodem domino Ludouico praedictum matrimonium, actore Domino, per verba de praesenti apta, mutuum consensum exprimentia contraxerunt, secundum ritum et formam sanctae Romanae ecclesiae, et canonica instituta, reseruato tamen per eumdem dominum Ludouicum primo et ante omnia et in praemissis voluntate et beneplacito dicti Regis fratris sui, prout in quodam publico instrumento confecto per manus Simonis de Villana ciuis Pampilonae, publici apostolica auctoritate notarii, sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, indictione III. die XIX. mensis Iunii, pontificatus eiusdem sanctissimi in Christo patris domini Vrbani diuina prouidentia papae V. tertio, die, mense, dicti procuratores et ambassiatores ducissae praefatae se personaliter contulerunt ad praesentiam dicti regis quem personaliter inuenerunt in villa regni, eiusdem dioecesis, et facta per eosdem ambassiatores, procuratores, notificatione et ambassiata eidem regi de omnibus et singulis supra dictis ac de praedictis gestis per dictos ambassiatores et procuratores, quo supra nomine, et pro parte dictae dominae ducissae et dominum Ludouicum ex altera, praefatus rex praedictum matrimonium, vt praedicitur, contractum approbauit, ratificauit et acceptauit, ac etiam dictos inter nobiles viros militem magistrum Simonem de Extorriaco et Iohannem de Colania dictum procuratores et ambassiatores et nuncios speciales dicti domini Ludouici, habentes ad id plenariam potestatem ex parte vna et memoratos Fredericum et Antonium pro parte dictae ducissae ex parte altera in suis regnis in praesentia expresse consentiendo dicto matrimonio contrahendo, ac etiam contracto, illudque acceptantis, complentis et approbantis matrimonium ipsum per verba ipsa apta, mutuum consensum exprimentia de praesenti fecit solemniter et legitime contrahi ac etiam celebrari modo praedicto sub pactis, conuentionibus et modificationibus inter partes, quibus apparent publica instrumenta, petito tamen per ipsum regem Oretenus ab ambassiatoribus et procuratoribus supra dictis, quod deberemus super praedictis matrimonii pactis et conuentionibus adiectis in illo consentire, ipsaque ratificare, approbare, pacificare, ac nostrae auctoritatis munimine roborare. Nos autem licet praedictum matrimonium sic, vt praedicitur, contractum, de se firmum validumque consistat, et per consequens dicta pacta et conuentiones roboris firmitate vallentur, attamen ad abundantioris cautelae suffragium quae proficere non officere

consue-

consueuit: attendentes igitur ad eorum domini regis et Domini Ludouici generosum, nobile altumque genus Francorum, quo idem Rex et dominus Ludouicus non immerito illustrantur, nec minus virtutes, quibus idem dominus Ludouicus specialiter insignitur, intuentes quod pariter ad deuotionem et filialem obedientiam eiusdem ducissae filiae nostrae carissimae id per nos fieri debere postulantis, praedictum matrimonium maternali affectione commotae tamquam nobis gratum, ratum et placitum reputantes, ipsum ac omnia praedicta pacta et conuentiones, habita super illo iuxta illorum continentiam et tenorem, de nostra certa scientia acceptamus, ratificamus, approbamus, pacificamus, *ac nostrae auctoritatis munimine, quatenus opportunum fore dignoscitur, roboramus; promittentes sub verbo augusto et regali praedicta omnia et singula firmiter tenere et obseruare efficaciter et ab eadem ducissa filia nostra facere obseruari, ac etiam adimpleri, seu quantum ad nos et dictam nostram filiam pertinet et pertinere dignoscitur. In cuius rei testimonium dictique regis et domini Ludouici.*

CAPVT VI.

DE MATRIMONIO VIRGINEO ET CONSCIENTIAE ILLVSTRIVM.

SVMMARIA.

§. I.

De Matrimonio virgineo *inter Henricum II. Imperatorem et Cunigundam inito.*

§. II.

Quid de eo sentiendum.

§. III.

Dubium redditur et reiicitur.

§. IV.

Sponsalia sub perpetuo castitatis voto contracta. Exemplum Eduardi confessoris cum Ediva Goduuini comitis filia.

§. V.

Exemplum Pulcheriae et Martiani imperatoris.

§. VI.

Matrimonium virgineum Emerici S. Stephani Vngariae Regis filii.

§. VII.

Exemplum Eduardi confessoris Angliae Regis.

§. I.

Singulare genus est matrimonii, quod virgineum dicitur, et illud est, quod nunquam durante matrimonio copula consummare carnali coniuges conantur. Huiusmodi status, quo absque copula carnali in societate, matrimonii speciem praeferente, mas et femina viuunt, proprie matrimonium dici nequit, sed abusiue hoc nomine venit: Omne enim matrimonium requirit consensum de procreanda sobole. Hic vel ab initio adest, vel in sobolis procreationem consensus non datur. Hoc casu nullum adest matrimonium, quippe quod voluntatem procreandi sobolem necessario requirit. Illo autem ob consensum in sobolis procreationem matrimonium ab initio quidem adest perfectum, ast a consensu recessisse praesumendi sunt, qui nusquam id, in quod consensere, adimplent,

aut

aut de eo adimplendo cogitant. Coniuges igitur in matrimonio virgineo siue ab initio in procreationem sobolis non consenserint, siue consenserint quidem, ast nunquam de procreatione obtinenda cogitarint, vtroque casu nullum est matrimonium. Priori enim casu ob defectum consensus in sobolis procreationem, et altero ob recessum a consensu pro vero matrimonio haberi nequit virgineum. Licet vero nulla plane sint matrimonia virginea, nihilominus tamen varia eorum afferuntur exempla. Prodeat primum in scenam *Henricus II. Imp.* cuius matrimonium *virgineum* cum *Cunigunda*, Sigfridi *Luxenburgensis* Comitis filia plurimum praedicant Catholici. Sic enim ANNALISTA SAXO: * *Hic Domnam* Cunigundam *quasi in matrimonium sibi copulauit, quam tamen voto* castitatis, *quae vtrisque placuerat*, nunquam *cognouit, sed vt sororem dilexit.* Idem comprobat AVTOR vitae eius, ** dum ait: *Liberos secundum carnem nec habebat, nec expectabat, quando quidem eam, quam pro coniuge habere videbatur*, Cunigundam, nunquam *cognouisse, comprobatum est:* NONNOSIVS etiam in Cunegundis vita *** sic scribit: *beata et Deo dilecta* Cunigundis *terreno Imperatori* corporaliter, non carnaliter *coniuncta, coelesti Regi suam* Virginitatem consecrauit, *quam vsque in finem casti coniugis consensu, Deo teste, conseruauit.* Hinc in BVLLA CANONIZATIONIS Henrici II. **** dicitur: *cum diadema sceptrumque Imperii suscepisset*, non imperialiter, *sed spiritualiter vixit, in thoro etiam legitimo positus, quod paucorum fuisse legitur*, integritatem castimoniae *vsque in finem vitae conseruauit.* In mortis igitur articulo constitutus Henricus, Cunigundae propinquis eam *tanquam virginem* reddidisse

Aaa 2 *dicitur*

* *ad annum 1002.*

** Cap. XXI.

*** Cap. I.

**** Extat apud BARONIVM *Annal: Tom.* XII. ad *an.* 1152. n. 4. et *Vol.* 1. *Script.*

dicitur, de qua AVCTOR Vitae,* *qui cernens diem mortis sibi imminere, vocatis ad se parentibus et cognatis beatissimae Imperatricis Chunigundae, nec non etiam quibusdam Regni primoribus, manu eam apprehendit et commendauit eam illis huiusmodi verbis memoria dignissimus, Hanc, ecce,* inquit, *mihi a vobis, immo a Christo consignatam ipsi Christo Domino nostro et vobis resigno Virginem vestram.* Eadem dicit LEO OSTIENSIS: ** *Super caeteras autem bonitates, seu virtutes, quas idem* Imperator *habuisse narratur a Deo, fertur, vixisse* Castissimus, *vt ad mortis articulum veniens coram praesentibus Episcopis, atque Abbatibus, Cunigundae, Coniugis suae, propinquis, eaque illis tradita, fertur, Recipite, quam mihi tradidistis, virginem vestram.* In BVLLA INNOCENTII III. Canonizationis Cunigundae.*** *B. Kunigundis* S. Henrico Imperat. *fuit matrimonialiter copulata, sed ab eo non extitit* carnaliter *cognita. Vnde cum Dom. Imperator ageret in extremis, Principibus et Parentibus inquit de illa,* qualem mihi eam *assignastis*, talem vobis eam resigno. *Virginem eam reddo. Suam ergo Virginitatem Domino consecrauit, et seruauit intactam.* Quare MARTYROLOGIVM ROMANVM ad diem 14. Iulii Bambergae Sancti Henrici II. Imperatoris, qui cum vxore sua *Cunigunda* perpetuam Virginitatem seruauit.

§. II.

Licet autem pro Sanctitate *Henrici* II. totidem hoc confirmaretur testimoniis, vix tamen ea nos conuincunt. DITMARVS **** enim, Merseburgensis Antistes, coaevus scriptor, *Hen-*

Script. Rer. Bamberg. p. 326. et BVLLARIO MAGNO *Tom.* I. p. 34. Adde GOTTFRIDVM VITERBIENSEM p. XVII. p. 483. AVCTOREM Vitae MEINVERCI cap. XII. ad ? a. 1002. MART. HOFFMANNVM lib. I. *Annal: Bambergensium* §. LXXXIII.

* apud CANISIVM *Tom.* III. p. I. p. 31. edit. BASNAGII.

** *Chron. Casinensi* LIB. II. c. XLVI.

*** Extat apud GRETSERVM de *Diuis Bambergensibus* p. 424.

**** *Lib.* VI. *pag.* 383.

Henricum in Synodo Francofurtenſi ita inducit loquentem: *ob recompenſationem futuram Chriſtum haeredem elegi, quia in ſobole acquirenda nulla ſpes remanet mihi*. Ex quibus verbis facile colligimus, Henricum *ſpe* prolis ſuſcipiendae connubium iniuiſſe, verum, dum *morbidus* eſſet, * ſpe ſua fuiſſe deſtitutum. Patet hoc tanto magis ex *Henrici* Priuilegio, quod anno 1013. *Hildesheimenſi* Eccleſiae conceſſit, ** *pro coniugis prolisque regiae incolumitate*. Extat etiam apud SCHATENIVM *** diploma Henrici, in quo: *qualiter nos rogatu diligentiſſimae coniugis noſtrae*, QVI DVO SVMVS IN CARNE VNA.

§. III.

Virgines enim olim dicebantur, licet iam dum fuerint maritatae. Facit huc encomium *Emmae*,**** quae *Ricardi. I.* Normanniae Ducis erat filia, *Ethelredi*, Angliae Regis vidua, a Cnutone Danorum in Anglia Rege, matrimonio expetita: *placuit ergo Regi verbum Virginis, et iureiurando facto virgini placuit voluntas Regis: Et ſic, Deo gratias*, Domina *Emma mulierum nobiliſſima fit coniux Regis* fortiſſimi Cnutonis. Cum tamen iſta iamdum ex priori marito Alfredo et Eduardo filiis gauderet. Eadem ratione HENRICVS ROSLA ***** de *Henrico* Duce

inter quas VIRGO coronam Regalem
Capite dimiſit, ſeque profudit
Regnantis pedibus, quod non tulit ipſa, ſed alte
Exſiliens ſolio, *nam mater erat ſua*, blando
Suſtinet afflatu.

 Exinde

* quod pluribus docet GVNDLING in *Otiis: III. Auflage cap. I.*

** apud LEIBNITIVM in *Proleg. Cod. Jur. G. Diplom. Tom. II. pag. 19.*

*** *Annal. Paderborn. Tom.* I. p. 424.

**** apud *du* FRESNE, voce *Virgo.*

***** *Herlingsberga* v. 246.

Exinde etiam hoc *Henrici* II. matrimonium *virgineum* reiicitur. *

§. IV.

Sponſalia quandoque ſub *perpetuae* caſtitatis voto fuerunt peracta. Factum illud in ſponſalibus Eduardi Confeſſoris cum Ediua, *Godwini* Comitis filia, de quo AILREDVS:** *conuenientibus igitur in vnum, rex et regina de caſtitate ſeruanda paciſcuntur, nec huic fidei alium quam Deum teſtem aeſtimant adhibendum. Fit illa coniux mente, non carne, ille nomine maritus, non opere. Perſeuerat inter eos ſine actu coniugali coniugalis affectus, et ſine defloratione virginitatis caſtae dilectionis amplexus: Diligit ille, ſed non corrumpitur, diligitur illa, nec tangitur, et quaſi noua quaedam Abiſa gregem calefacit amore, nec diſſoluit libidine, mulcet obſequiis, ſed deſideria non emollit: Et ne aliquis huic regis virtuti fidem deroget, ſciat hoc temporibus illis per totam Angliam ſic diuulgatum et creditum, vt de facto certi plerique de intentione certarent. Quidam namque nihil niſi carnem et ſanguinem ſapientes, ſimplicitati regiae hoc imponebant, quod compulſus generi ſe miſcuerit proditorum, et ne proditores procrearet operi ſuperſederet coniugali.*

§. V.

Tale fuit matrimonium inter *Pulcheriam*, Theodoſii Imp. ſororem atque *Martianum*, quem per illud fecit Imperatorem, de quo PAVLVS DIACONVS: *** *Interea beata Pulcheria nondum cuiquam fratris morte Theodoſii Imperatoris comperta, Martiano accerſito in religione ac pudicitia conuerſante, ſene videlicet et idoneo viro, dicit ei: Quoniam Imperator mortuus eſt, et ego te elegi, tanquam bene placentem ex omni ſenatu, da mihi ver-*

* LEIBNITIVS in *Introduct. in Collect. Script. Brunſuic.* §. XXX. DIETERICI *Henrico* II. p. 63.

** de *Vita et miraculis Eduardi* p. 378. IO. BROMTONI *Chron.* p. 938. HENR. *de* KNYGHTON *de Euent. Angl. lib.* I. *cap.* XV.

*** Hiſtor. Miſcella. Lib. XIV. fin.

verbum quod custodias virginitatem meam, quam Deo commisi, et pronuntiabo te imperatorem. Quod illo sacramento pollicente, accersito patriarcha Anabolio pariter et Senatu, pronuntiauit eum Imperatorem Romanorum.

§. VI.

Tale etiam matrimonium de *Emerico*, qui S. *Stephani* Vngariae Regis filius erat, refertur, de quo ANTONIVS BONFINIVS: *At illud de Emerico, ne sine piaculo quidem subticeri potest. Quum Vesprinii esset, antiquam religiosamque diui* Georgii *aedem vno tantum* ex amanuensibus *accito nocte adiit, ibique inter supplicandum ante aram constitutus, Deum pia obsecratione percunctabatur: Quid numini potissimum praestare posset, quod illi foret acceptissimum, aedes ex templo ingenti splendore completur. Et hinc* vox diuinitus *audita*, nil Emerice Deo virginitate antiquius *gratiusque futurum putes. Proinde vt gratissimam mihi victimam facias, mentis et corporis à te* virginitatem postulo, *hanc offer, et in proposito persta.* At ille, *Domine Deus meus, qui omnia conspicis, et humanam firmas imbecillitatem, item principibus ac regibus terrae dominaris, tuam in me voluntatem perfice, perniciosas in me concupiscentias* rore misericordiae tuae *penitus extingue. Confirma fragilitatem seruuli tui, vt in tuo seruitio vsquequaque persistat à lubricis eum voluptatibus, et ab omni labe, pro tua clementia redime ne vnquam è tua gratia elabatur.* Amanuensem *mox admonuit*, ne viuente ipso *vnquam de re hac quicquam proderet. Post haec pater, vt* publicae saluti de successore *consuleret*, Emericum *parandis liberis haud intempestiuum, digno coniugio obligandum esse censuit, ratus neminem Regno commodiorem futurum, si viueret: sin minus, sanctissimam hinc prolem sperari posse, et regendis Vngaris accommodatissimam. Quare excellentissimam forma et virtute* virginem, *ac regali genere natam, huic desponsat pater, operamque liberis quandoque dandam edocet, ne legitimus, idemque optimus* Pannoniae Regno *successor desit. Quamuis hoc haud facile efficere potuit, quando non sine multis eo precibus filium redegerat, ipsum tamen obtemperantissimum, et decenti coniugio iam obstrictum, nunquam cum vxore* rem patrasse, *sed maiorem*, (si dici potest,) *quam antea castitatem seruasse comperit. Quin etiam vxorem, quam* virginem

Emeri-

Emericus acceperat, *sub coniugalis praetextu consuetudinis castissimam sanctissimamque praestiterat, ratus multo fore praestantius, virtutum, quam liberorum foecunditate pollere. Cum vxore iuuentutem non exegit, quandoquidem virtutum cumulum adeptus, ex hac continuo vita ereptus est, et coelesti potius, quam hac misera mortalium conditione dignus est habitus.*

§. VII.

Alia adhuc referuntur exempla: vtpote Eduardi Confessoris, Angliae Regis, de quo ad longum AILREDVS Abbas Rieuallis: * *Confirmato Edwardi Regis imperio, omnibusque summa pace ac prosperitate compositis, proceres de successione solliciti, regem* de vxore ducenda *conueniunt. Stupet Rex thesauro metuens suo, qui in vase fictili reconditus, facile poterat calore dissolui.* Sed quid ageret? *si obstinatius obniteretur, timebat, ne propositi sui proderetur* dulce secretum: *si suadentibus praeberet assensum, naufragium* pudititiae *formidabat. Tandem oportune et importune insistentibus tutius cedere ratus, huiusmodi verbis suam Domino* pudicitiam *commendabat.* Iesu bone, tua quondam misericordia tres pueros in flammis Chaldaicis illaesos seruauit. Per te *Joseph* relicto pallio nephariae meretrici, cum titulo castitatis euasit. Admirabilis *Susannae* constantia tua virtute de impudicis presbiteris triumphauit. Sanctae *Judith* castitas singularis, quae inter regias dapes et faecundos calices *Holofernis* nec laedi potuit nec temptari, femineam marsum in perniciem nephandi capitis ferro muniens, vrbem exemit obsidioni. Et quod excellit his omnibus, tu vnicam illam spem mundi dulcissimam dominam meam, matrem tuam, et coniugem esse voluisti et virginem, nec coniugii sacramentum castitatis soluit signaculum. Ecce ego seruus tuus, et filius ancillae tuae, qualitercumque dilector tuus et vnicae matris tuae, non quidem ad tantae maiestatis tuae aequalitatem praesumptuosus aspiro, sed ad aliquam huius tantae rei similitudinem timens suspiro. Tu ergo *Domine Deus* fili virginis Dominae meae,

Tu

* De *Vita et miraculis S. Eduardi pag.* 377. & 378.

Tu Domina mea virgo et mater Domini mei succurrite, quatenus sic maritale suscipiam sacramentum, vt pudicitiae periculum non incurram. *Rege igitur procerum voluntati consensum praebente, quaerebatur virgo, quae et* sanguinis nobilitate *et morum honestate* tanti regis *esset apta complexibus. Erat inter* potentes Angliae *omnium potentissimus* Comes Godvvinus, *vir magnarum opum sed astutiae singularis, regum regnique proditor,* qui doctus fallere *et quaelibet dissimulare consuetus, facile populum ad cuiuslibet factionis inclinabat assensum. Sed sicut spina rosam, genuit* Godvvinus Ediuam, *quae quidem ex ipso habuit materiam carnis, sed a Dei spiritu magisterium sanctitatis. Hanc* dilecto *suo* Christus *praeparauerat* Edvvardo, *inspirans ei ab ipsa infantia* castitatis amorem, *odium viciorum, virtutis affectum. In annis puellaribus* grauitatem *pratendens* anilem, *publicum fugiens* secreta thalami *frequentabat. Vbi non dissoluta ocio, nec onerosa fastidio,* legere aut operari manibus *consueuit, ornare miro artificio vestes, sericis aurum intexere, quaeque rerum imitari pictura; tali opere ac meditatione vitare lasciuiam, colloquia iuuenum deuitare. Erat praeterea* pulcra facie, *sed* morum *probitate* pulcrior multo. *Itaque* Godvvinus *volens sibi regis animum, quem ob necem fratris proditionesque non paucas non parum metuebat, vincire arctius, egit per amicos suos regisque* secretarios, *vt filiam suam regiis nuptiis dignaretur. Sed et illi qui Domino suo* artiori inhaerebant affectu, *proditionem* Comitis *quam saepe fuerant experti plurimum formidantes, hoc ipsum pernecessarium regi arbitrabantur. Ita non eadem licet intentione, omnes in eandem sententiam conuenere.* Ex vtriusque diuitiis *paratur* nuptiale conuiuium, *complent pontifices sacramentum, benedicitur puella in vxorem* et in reginam coronatur. *Conuenientibus igitur in vnum,* rex et regina de castitate seruanda *paciscuntur, nec huic fidei alium* quam Deum testem *aestimant adhibendum. Fit illa* coniux mente, non carne, ille nomine *maritus,* non opere. *Perseuerat inter eos sine actu* coniugali coniugalis affectus, *et sine defloratione* virginitatis

castae

castae dilectionis amplexus. Diligit ille, ſed non corrumpitur, *diligitur illa* nec tangitur, *et quaſi noua quaedam* Abiſac *regem calefacit amore*, *nec diſſoluit* libidine, *mulcet obſequiis*, *ſed deſideriis non emollit. Et ne aliquis huic regis virtuti fidem deroget*, *ſciat hoc temporibus illis per totam* Angliam *ſic diuulgatum et creditum*, *vt de facto certi plerique* de intentione *certarent. Quidam namque nihil niſi* carnem et ſanguinem ſapientes, *ſimplicitati regiae hoc imponebant*, quod compulſus generi ſe miſcuerit proditorum, et ne proditores procrearet, operi ſuperſederet coniugali. *Sed ſi conſideretur* amor quo ſe complectebantur, *facile contempnitur talis opinio. Hoc idcirco inſerendum putaui*, vt ſciatur neminem tunc de regis continentia dubitaſſe, *cum de cauſa taliter diſputauerint. Praebet certe* regiae caſtitati *teſtimonium puritas mentis*, *quae ab omni faece vicii pulſantis eliquata*, *et longe poſita quaſi praeſentia contemplari et futura potuit quaſi prae oculis ſita cognoſcere;* Sic etiam RADVLPHVS HIGDENVS:* de eodem: *hic itaque Rex* Goditham *filiam* Godvvini *deſponſabat*, *quam tali arte tractabat*, *vt nec a thoro ammoueret*, *nec tamen* virili more *cognoſceret*, *quod familiae illius odio*, *an Caſtitatis zelo*, *fecerit*, *compertum non habeo.* Illud tamen *celeberrime fertur*, *quod ſemper vixerit Rex ſine mulieris contagio.* Vberius hoc caſtitatis votum exponit LARREY,** dum ita ſcribit: „Il n' y eut iamais plus d' eſperance au retabliſſement de la „Monarchie Angloiſe, et il ſemble qu'il dependoit du Roi de „l' affermir dans ſa famille. Il ne faloit pour cela ni l' habi„leté ni la valeur d' un grand Prince; il ſuffiſoit de ſe donner, des

* *Dec.* II. *Lib.* I. p. 122.

** *Prolychronico* p. 277. ad a. 1043. IO. BROMTON Chronico, pag. 938. *in patrocinium regni ſui* Editham *filiam eiusdem Godwini duxit in uxorem*, *in cuius pectore*, *vt quidam aiunt*, *omnium liberalium artium erat gignaſius*, *ſed vterque*, tam Rex quam illa, virgo permanſit. HENRICVS KNIGTHON p. 2338. *Iſte per aſſenſum ſuorum* ſub ſpe *generandae prolis accepit* Vxorem Godıtham *filiam* Godwini *ducis Weſt-Saxonum et* Comitis *ſororem* Haraldi, et manſit incognita ab eo, *nam* Edwardus *moriebatur* Virgo.

„des successeurs. EDOVARD avoit épousé une aimable fem-„me; son mariage devoit avoir pour but des enfans qui he-„ritassent du Roiaume après sa mort; et c' étoit la passion des „Anglois, qui faisoient des voeux pour une succession si de-„sirée. Mais par une bisarrerie inconcevable, et dont toute „la bigotterie des Moines ne sauroit iamais sauver l' extrava-„gance, cet imbecille Monarque fit voeu de celibat en se „mariant, et obligea la charmante Reine son épouse à entrer „dans le même engagement. Les uns disent que ce fut par „impuissance qu'il ne la toucha point; mais pourqui donc l' „épousoit-il? Les autres pretendent que les intrigues du Pere „lui firent haïr la fille; mais elles ne durerent pas toûiours; „et s' étant reconcilié avec le pere, il rapella la fille qu' il „avoit sequestrée dans un Couvent. La plupart enfin veu-„lent qu'il se soit abstenu de sa compagnie par un scrupule de „conscience, ou parce qu' avant que de l' épouser il avoit fait „voeu de celibat. Quoi qv'on puisse dire en sa faveur, il „frustroit l' intention du Mariage; abusoit de la vertu et de la „complaisance d'une jeune Reine; et trompoit l' esperance „des peuples, qui s' attendoient à voir sortir de ce mariage „une posterité qui affermît la Couronne de leurs Rois legiti-„mes, et le bonheur de la Nation. Elle n'en goûta qu'un „imparfait, pendant qu'il vecut; troublée par les remumens „de ces trois Seigneurs, à qui il laissoit usurper toute l' aucto-„rité; et elle se vit après sa mort sans ressource et sans apui; „contrainte à recevoir de nouveaux maîtres, et à passer sous „un ioug etranger.

§. VIII.

De *Boleslao* Pudico, Poloniae Rege, dicit MARTINVS CROMERVS: * *ad cuius* (Conradi Masouiae Ducis) *conatus reprimendos*, Boleslaus, *vt externa quoque auxilia sibi adiungeret, ad* Belam *quartum Vngarorum Regem legatos misit: cuius legationis principes fuere* Clemens *Clementouius Castellanus, et* Ianussius *palati-*

* *Hist. Pol. Lib.* VIII. p. 537.

palatinus Cracouiensis: noua cum eo foedera icit, siue adeo antiqua firmauit: filiam eius Kingam, *quae et* Cunigundis *dicta est, anno Christi 1239. Vxorem duxit, puellam moribus et sanctimonia vitae nobilem. Dos ei quadraginta millium marcarum fuit. Tali autem coniuge beatus* Boslesláus *tamen primis nuptiarum diebus* eam *non attigit. Inde confirmata postea consensu mutuo religione, ambo perpetuo vouere continentiam. Hinc* Bosleslao Pudico *cognomen inditum.* De eodem dicit DVGLOSSVS: * *Feruntur autem* ambo in aeuum virgines *permansisse*, et primo nuptiarum Die, *primo quidem ad vnum annum, quo lapso, ad alterum, et deinde in tertium, quo effluxo, felici* Kunegunde *operante et instigante*, in omne aeuum *Dominum coeli* coelibatum spontanee *vouisse et seruasse. Ex quo* Boleslaus Pudicus Dux meruit appellari.

§. IX.

Datur etiam inter illustres matrimonium conscientiae, *Mariage de conscience*, apud Gallos non infrequens. Describit illud IO. ANDREAS *von der* MVELEN: ** *quod sit matrimonii Contractus, qui inter contrahentes mutuo consensu* carnali copula *confirmatus, non tamen rite celebratus est.* Cum quo conuenit HERTII *** definitio, *quod sit coniugium inaequale, quod clam et sine solennibus concubitus mutuae cohabitationis causa, contractum, sola coniugum fide sustinetur.*

§. X.

De eo vero erit disquirendum: an matrimonia eiusmodi *pro licitis* sint habenda? Improbat ista perinde ac concubinatum acutissimus Iureconsultus, VLRICVS HVBERVS: † ex ea ratione, quod vix vlla quam voluptatis communicatio vtrobique sit et in eum modum inde ab initio contrahatur, vt pro

* *Hist. Polon. Lib.* VI. p. 663.

** *Foro conscientiae* p. II. *Quaest.* IV.

*** De *Matrimonio Conscientiae* Volum: II. *Opusc. pag.* 252.

† de *Iure Ciuit. Lib.* II. S. I. cap. III. §. XXVI.

pro libitu, ac vnius voluntate dissolui queat, *etsi vulgo*, prout ait, *turpitudinis velandae matrimonium* conscientiae appelletur. Idem alibi * hoc matrimonium in vitio ponit, quia contrahentes id *prae se palam non* ferunt. *Nam*, inquit, *eiusmodi clandestina coniunctio*, *licet hoc animo* vt indissolubilis sit, *tamen si absit titulus honorque matrimonii* coram ecclesia et hominibus, *non videtur honestati ac scopo nuptiarum*, *in liberis*, qui illegitimi nascuntur, satisfactum: *etsi vulgo* mariage de conscience, *matrimonium* conscientiae *appelletur*.

§. XI.

Verum, si concubinatum talem consideremus, prout eundem descripsimus, qui fit affectu et fide *coniugali*, ita, a matrimonio non *nisi Solennibus* differt, de quo QVINTILIANVS ** dicit: *Nihil obstat, quo minus iustum matrimonium sit mente coeuntium, etiamsi tabulae signatae non fuerint*. Iste a patribus non solum, sed etiam Iure ciuili atque canonico concessus a sanioribus ICtis confirmatur. Inter Patres audiamus AVGVSTINVM *** ita loquentem: *Solet etiam quaeri*, cum *masculus et foemina, nec ille maritus, nec illa vxor alterius, sibimet non filiorum procreandorum*, sed *propter incontinentiam* solius *concubitus causa copulantur; ea fide media, vt nec* ille cum altera, *nec* illa cum altero *id faciat, vtrum nuptiae sint vocandae? Et potest quidem fortasse non absurde hoc appellari connubium*, si vsque ad mortem *alicuius eorum id inter eos placuerit, et prolis generationem, quamuis non ea causa coniuncti sint, non tamen vitauerint, vt vel nolint sibi nasci filios, vel etiam opere aliquo malo agant, ne nascantur*. Hinc idem AVGVSTINVS: **** *de concubitu quoque si professa fuerit nullum se alium cognituram, etiamsi ab illo, cui subdita est, merito dubitatur, vtrum ad percipiendum baptismum non*

 debeat

* *Praelect.* ad *Tit. ff.* de *concubinis* §. *III.*

** *Instit. V. cap. XI.*

*** De *Bono coniugio* c. V. ex quo est c. 6. C. 32. qu. 2.

**** De *fide et operibus.*

debeat admitti. Immo in CONCILIO TOLETANO I.* anno 400. habito fuit decretum: *si quis habens Vxorem fidelem, si concubinam habeat, non communicet.* Caeterum *is, qui non habet Vxorem, et pro vxore concubinam habet, à communione non repellatur, tantum vt vnius mulieris, aut vxoris aut concubinae (vt ei placuerit:) sit coniunctione contentus.* Quid per *concubinam* hic intelligatur, ipse explicat GRATIANVS ** dicens: *Concubina autem hic ea intelligitur, quae cessantibus legalibus instrumentis vnita est,* et coniugali affectu *asciscitur; hanc coniugem facit* affectus, *concubinam vero lex nominat.* Per concubinam igitur intelligunt Canones *Vxorem sine dote,* et *solennitate* mutuo consensu perpetuo inuicem conuiuendi ductam. Qua ratione Agar et Cethura *Abrahae* dicuntur Concubinae. THEODOSIVS et VALENTINIANVS *Imperat.* vocant Coniugium *inaequale* *** ZONARAS ἡμίγαμον vocat. De eiusmodi Concubinatu loquitur HVGO GROTIVS,* dum ait: *concubinatum esse coniugium,* etsi effectibus quibusdam iuris ciuilis propriis priuetur, *aut etiam* effectus quosdam naturales *impedimento* legis ciuilis *amittat.* Sequuntur GROTIVM HENRICVS BROVVERVS,** IO. NICOLAVS HERTIVS,*** CHRISTIANVS THOMASIVS,* IO. HENRICVS FELTZIVS,** FRIDERICVS GENTZKE,† SAMVEL FRIDERICVS VVILLENBERG,†† REINHOLDVS FRIDERICVS SAHME ††† qui singulari dissertatione de *matrimonio legitimo absque*

* c. 17. *ex quo* c. 4. *Dist.* 34.

** c. 3. *Dist.* 34.

*** l. 3. C. *de liberis naturalibus.* Adde *Nouellam.* 18. c. 8. 11. *Nov.* 89. c. 12. §. 8.

* *Lib.* II. c. V. §. XV.

** de *Iure connubiorum* cap. XXVII. §. XXII.

*** de *matrimonio Conscientiae* inter *opuscula Vol.* II. p. 252.

* Singulari Schediasmate de *Concubinatu,* quod *Breithauptio* opposuit.

** de *clandestina desponsatione* Controv. IV.

† de *Matrimonio clandestino* Gallis dicto *le Mariage de conscience* Kiloni 1709.

†† de *matrimonio conscientiae*

††† §. XIV.

que benedictione sacerdotali demonstrauit, hanc non esse de matrimonii essentia.

§. XII.

Illustres tamen personae in eiusmodi *conscientiae* matrimonio, a *priuatis* probe erunt distinguendae. De illis sic iudicat LVTHERVS: * Der Fürsten und grosser Herren *heimliche* Ehe ist eine *rechte Ehe für Gott*, ob sie wohl ohne alle Gepränge und Herrlichkeit zugehet, und dass die Kinder, so darinnen gezeuget werden, *weder Schildt noch Helm* führen, und ist nicht ungleich der Patriarchen und Ertz-Väter Concubinat und Ehe, da die Kinder, so sie mit ihren Kebs-Weibern gezeuget hatten, nicht rechte Erben waren, sondern wurden mit einem genanndten abgeweiset. Hoc vero inter *priuatos* procedit minime, vtpote, qui legibus *ecclesiasticis* & Consistorii decretis subsunt, ad quorum matrimonia, vt sint legitima, *benedictio sacerdotalis* in terris potissimum Germanicis requiritur. Quare B. STRYKIVS: ** *Si consistoriorum leges, quibus* clandestina connubia, *praesertim* sacerdotali copula *non accedente*, *penitus improbantur*, *remouerentur*, per se peccatum *non foret*, clandestino *connubio sibi foeminam despondere. Verum, cum LL. ecclesiasticae resistant, et hae quoque conscientiam stringant, scandalis insuper occasio detur maxima, a consortio* concubinario *non distinguendi erunt tales coniuges, nec liberi inde nati* legitimorum *nomen merebuntur, nisi postea nuptiae sequantur* publicae, *vbi legitimatis adscribendi erunt.*

§. XIII.

Varia igitur, inter illustres ab antiquo iamdum tempore reperimus matrimonii *conscientiae* exempla. Potissimum vero in Galliae Historia obseruamus, foeminas, quae *sine nuptiarum solennitate*, sine *dote* atque *inferioris* conditionis, Regibus in manus venerant, dictas fuisse *concubinas*, quod igitur nil aliud, nisi *conscientiae* erat matrimonium. Tale fuit matrimonium *Gun-*

* *Tisch Reden* Tit. XLIII. *Vom Ehstandt* pag. 400.

** de *Nullitate Matrimonii* §. LXXIX.

Guntchramni, de quo GREGORIVS TVRONENSIS: * „Gunthramus autem Rex bonus, primo venerandam cuius„dam fuorum ancillam, pro concubina thoro fubiunxit, de „qua Gundobadum filium fufcepit. Hoc tamen *le P.* DA„NIEL** tali ratione explicat: Mais ce qui eft furprenant, c' „eft quod Gregoire de Tours en faifant, l' éloge de la vertu „de Goutran, qui en effet à toûjours efte regardé comme vn „faint Roy, et en difant, que c' eftoit vn homme de bien, „aioûte dans la meme ligne qui il eut vne concubine, nomme „Venerande. Cette difficulté là mesme à touiours caufé de „l' embarras dans l'Hiftoire de Charle magne à qui les Hifto„riens contemporains donnent, en mesme-temps beau coup „de pieté et de vertu et des concubines. Afin de leuer cette „difficulté, qui fe prefente quelque fois, il faut fcauoir que „ce nom de concubine devenu infâme avec le temps par l' vni„que fignification, que l' ufage y a attacheé ne l' à pas tou„iours efté: il à fignifié pendant quelques fiecles non feule„ment, ce qu' il fignifie auiourdhuy, mais encore une femme „veritablement mariée; mais fans les folennitez et les cere„monies des nôces, la quelle communement faute de dot ou „du moins par la baffeffe de fa naiffance, ne pouvoit felon „les Loix Romaines contracter mariage avec des perfonnes „d'un certain rang, et qui pour cela n' eftoit pas regardée „dans la famille fur la mesme pied qu' une époufe marieé „publiquement et d' une condition égale à celle de fon mari. „C' eft donc en le fens, qu' il faut quelquefois entendre nos „anciéns Hiftoriens, lorsqu' ils parlent des concubines de nos „Rois, et fur tout à l' égard de Gountran.

§. XIV.

Eiusmodi matrimonium *confcientiae* fubinde transformatum fuit in folenne matrimonium. Tale fuit *Caroli Calui* cum *Richilde;* de quo ANNALES BERTINIANI: *** *Carolus in Villa*

* Lib. IV. c. XXV.

** Tom. I. p. 157.

*** ad *annum* 860. ap. DV CHESNE T. III, p. 238.

Villa Duciano VII. Idus Octobris certo comperiens obiisse HIRMETRVDEM Vxorem suam *II. Non. Octobris in monasterio sancti Dionysii, vbi et sepulta est, exequente Bosone filio, Bvvini quondam* Comitis, *hoc missaticum apud matrem et materteram suam* Theutergam *Lotharii Regis relictam, sororem ipsius Bosonis nomine* Richildem *mox sibi adduci fecit et in concubinam accepit.* Sed pergit *: *Et inde festiuitati septuagesimae praedictam concubinam suam* Richildem *desponsatam atque totalem in coniugem accepit.* De quo P. DANIEL ** dicit : *Le mariage qu' il contracta d' abord avec Richilde fut de cette espéce de mariages dont j' ay parlé ailleurs à l' occasion du Roy Gontran et des femmes de Charlemagne. C' estoit un vray-mariage, mais qui se faisoit sans solennitez, par le quel la femme ne portoit, que le nom de concubine et non pas celuy d' epouse, faute de dot, ou de naissance; mais quelques jours avant les conferences pour les partages, elle avoit esté declarée épouse et Reine.* Idem agnouit THEODERICVS RVINARTVS, vbi ad Fredegarii *** verba : *quasi Theodebertus non esset filius Childeberti, nisi cuiusdam hortulani*, animaduertit : *Hoc falsum esse existimant viri eruditi, quod ex Gregorii Historia Lib. 8. Cap. 37. et Lib. 9. cap. 4. constare videtur. Vterque ex Fuiteuta legitima Childeberti Vxore natus erat, quae si aliquando concubina apud nonnullos auctores dicta legatur, meminisse debemus ea voce legitimas Vxores frequenter designatas fuisse, quae ex infimo genere natae erant.*

§. XV.

Tale *conscientiae* matrimonium fuit *Roberti Stuarti*, postea sub *secundi* nomine Regis Anglorum, de quo HECTOR BOETHIVS : † Sed *priusquam eam (Euphemiam) Robertus duxisset Vxorem, con-*

* ad *annum* 870.

** *Tom. I. pag.* 772.

*** Lib. XVI. *Historia Scotorum.*

† *Lib. XVI. Hist. Scotorum.*

postea opus esset hoc sciri, ad Reipubl. bonum Veritas noscetur. Multi alii testes eodem tempore producti, et probationes ibi allegatae *coram tribunali* dicti Iudicis fuerunt, et inter alia Testamentum *Infantis* patris *Antonii*, quo *Antonium* haeredem suum ex asse instituit. Adducti etiam fuerunt testes, qui adfirmarunt, Regem *Ioannem Tertium* concessisse *Antonio* integra *insignia* patris sine labe aut ruptura *.

§. XVIII.

Referri huc meretur Ioannis Casimiri, Poloniae Regis, dum apud Gallos moraretur, matrimonium, cum Mareschalli Hospitalii vidua, quae tamen vilioris erat conditionis, lotricis filia, de quo *Lettres Historiques et Galantes* **. „Casimir „Roi de Pologne après avoir abdiqué la Couronne, vint, com„me vous sçavez sans doute, se retirer ici, où le Roi lui „donna l' Abbaye de saint Germain des Prez. Ce Roi dé„pouillé, charmé des agrémens de la Maréchale (de l' Ho„pital) se donna à elle; et quoi qu' il se fût fait d' Eglise, „comme il n' est point de Loi, dont les Souverains ne pré„tendent pouvoir se dispenser, il l' épousa sécretement: mais „non pas assez sécretement pour que la Dame n' ait pû le fai„re sçavoir, il lui à même fait tout le bien, qu' il a pû en „mourant.

§. XVIIII.

Recentissimum est exemplum Ludouici XIV. Gallorum Regis, de quo *Lettres Historiques et Galantes*: *** „Vous sa„vez, qu' on ne doute point içi, que le Roi n' ait epousé de„puis long tems Madame de Maintenon; cela à paru à bien „des mar-

* *Haec omnia etiam exponuntur singulari scripto*, cui titulus: *de Iure successionis regiae in Regno Lusitaniae seu Portugalliae, deque legitima Regis Antonii Successione. Mittelburgi.* 1591. 8.

** *Lettre XIX.*

*** *Tom. I. p. 60.*

„des marques, et au peu de menagement, qu' elle a gardé avec „Monseigneur et avec Madame la Princesse de Conti. Enfin, „on dit, que l' envie d' etre Reine declarée lui a pris depuis „quelque tems et qu' elle en a fort persecuté le Roi. Il a resisté „quelque tems; mais enfin dans un de ses quart d' heures „de tendresse, il lui promit de consulter son Confesseur la „dessus. Madame de Maintenon crut alors son Affaire en „bon train, ne doutans pas, que le Pere la Chaise ne fût bien „aise de lui faire sa Cour dans cette occasion, mais il etoit „trop bon Politique et il savoit trop bien qu' on ne sçau„roit se declarer pour un Parti, sans devenir la victime de „l' autre; c' est pourquoi il eut assez d' habileté pour se ti„rer d' affaires en fin Iesuite, et il dit au Roi, qu' il ne se cro„ioit pas assez bon Casuiste pour decider une question si impor„tante; et qu' il le prioit de trouver bon qu' il consul„tat la dessus une personne eclairée, et dont il lui re„pondoit. Le Roi ne vouloit point, que son secret fut „connu; mais quand le Pére de la Chaise lui nomma „Monsieur de Fenelon, il n' eut point de peine à le lui „confier et dit au Pere de l' aller chercher. Le Roi ensuite „lui proposa le Cas. Mr. de Fenelon avec sa droiture lui re„presenta le tort, qu' il se feroit en declarant le Mariage, et „les suites facheuses que pouvoit avoir cette declaration. Le „Roi gouta la solidité de ses raisons, et resolut d' en demeu„rer la. Paucis interiectis*: Le Roi acheta a Madame Scar„ron la Terre de Maintenon, elle cessa alors d' etre Madame „Scarron et on ne doute point içi, que le Roi ne l' ait „epousée.

§. XX.

Inter *nobiles* etiam tale matrimonium apud *Germanos*, licet non adeo frequens esse testatur illustris Dominus de LVDOLPH, dum ita scribit: * *Vidimus tamen nos Exempla,*

* de *Iure Foeminarum Illustr. Pars I.* §. 15. p. 29.

postea opus esset hoc sciri, ad Reipubl. bonum Veritas nosceretur. Multi alii testes eodem tempore producti, et probationes ibi allegatae *coram tribunali* dicti Iudicis fuerunt, et inter alia Testamentum *Infantis* patris *Antonii*, quo *Antonium* haeredem suum ex asse instituit. Adducti etiam fuerunt testes, qui adfirmarunt, Regem *Ioannem Tertium* concessisse *Antonio* integra *insignia* patris sine labe aut ruptura *.

§. XVIII.

Referri huc meretur Ioannis Casimiri, Poloniae Regis, dum apud Gallos moraretur, matrimonium, cum Mareschalli Hospitalii vidua, quae tamen vilioris erat conditionis, lotricis filia, de quo *Lettres Historiques et Galantes* **. „Casimir „Roi de Pologne après avoir abdiqué la Couronne, vint, com„me vous sçavez sans doute, se retirer ici, où le Roi lui „donna l' Abbaye de saint Germain des Prez. Ce Roi dé„pouillé, charmé des agrémens de la Maréchale (de l' Ho„pital) se donna à elle; et quoi qu' il se fût fait d' Eglise, „comme il n' est point de Loi, dont les Souverains ne pré„tendent pouvoir se dispenser, il l' épousa sécretement: mais „non pas assez sécretement pour que la Dame n' ait pû le fai„re sçavoir, il lui à même fait tout le bien, qu' il a pû en „mourant.

§. XVIIII.

Recentissimum est exemplum Ludouici XIV. Gallorum Regis, de quo *Lettres Historiques et Galantes*: *** „Vous sa„vez, qu' on ne doute point ici, que le Roi n' ait epousé de„puis long tems Madame de Maintenon; cela à paru à bien „des mar-

* *Haec omnia etiam exponuntur singulari scripto*, cui titulus: *de Iure Successionis regiae in Regno Lusitaniae seu Portugalliae, deque legitima Regis Antonii Successione. Mittelburgi. 1591. 8.*

** *Lettre XIX.*

*** *Tom. I. p. 60.*

„des marques, et au peu de menagement, qu' elle a gardé avec „Monſeigneur et avec Madame la Princeſſe de Conti. Enfin, „on dit, que l' envie d' etre Reine declárée lui a pris depuis „quelque tems et qu' elle en a fort perſecuté le Roi. Il a reſiſté „quelque tems; mais enfin dans un de ſes quart d' heures „de tendreſſe, il lui promit de conſulter ſon Confeſſeur la „deſſus. Madame de Maintenon crut alors ſon Affaire en „bon train, ne doutans pas, que le Pere la Chaiſe ne fût bien „aiſe de lui faire ſa Cour dans cette occaſion, mais il etoit „trop bon Politique et il ſavoit trop bien qu' on ne ſçau„roit ſe declarer pour un Parti, ſans devenir la victime de „l' autre; c' eſt pourquoi il eut aſſez d' habileté pour ſe ti„rer d' affaires en fin Ieſuite, et il dit au Roi, qu' il ne ſe cro„ioit pas aſſez bon Caſuiſte pour decider une queſtion ſi impor„tante; et qu' il le prioit de trouver bon qu' il conſul„tat la deſſus une perſonne eclairée, et dont il lui re„pondoit. Le Roi ne vouloit point, que ſon ſecret fut „connu; mais quand le Pére de la Chaiſe lui nomma „Monſieur de Fenelon, il n' eut point de peine à le lui „confier et dit au Pere de l' aller chercher. Le Roi enſuite „lui propoſa le Cas. Mr. de Fenelon avec ſa droiture lui re„preſenta le tort, qu' il ſe feroit en declarant le Mariage, et „les ſuites facheuſes que pouvoit avoir cette declaration. Le „Roi gouta la ſolidité de ſes raiſons, et reſolut d' en demeu„rer la. Paucis interiectis*: Le Roi acheta a Madame Scar„ron la Terre de Maintenon, elle ceſſa alors d' etre Madame „Scarron et on ne doute point içi, que le Roi ne l' ait „epouſée.

§. XX.

Inter *nobiles* etiam tale matrimonium apud *Germanos*, licet non adeo frequens eſſe teſtatur illuſtris Dominus de LVDOLPH, dum ita ſcribit: * *Vidimus tamen nos Exempla,*

* de *Iure Foeminarum Illuſtr. Pars I.* §. 15. p. 29.

fieri possit, vt exinde prioris matrimonii liberi laedantur, huiusmodi tamen laesiones non ex secundarum natura nuptiarum, sed potius ex peruerso coniugum amore enascuntur.

§. II.

Iure diuino positiuo nuptiae eo minus illicitae sunt secundae, quo magis varia in sacris probata litteris exempla declarant, illas a Deo non esse prohibitas. Sic *Abrahamus*, qui Deo amantissimus, post Sarae mortem Cethuram duxit * *Abigail* defuncto Nabal Dauidi nupsit **. *Sara* octo maritos cum Tobia habuit *** *Ruth* nupsit Nahemo et Booz ****.

§. III.

Apud Romanos sub liberae reipublicae et primis imperatorum temporibus, non secundae solum, sed tertiae quoque, quartae ac quintae permissae erant nuptiae. Erat enim frequens apud Romanos diuortiorum vsus et inde SENECA †: *Num quid iam vlla repudio erubescit, postquam illustres quaedam et nobiles feminae non consulum numero, sed maritorum annos suos computent et exeunt matrimonii causa, nubunt repudii* et IVVENALIS. ††

Sic crescit numerus sic fiunt octo mariti
quinque per autumnos.

Iure Iustinianeo, licet varia amitterent iura coniuges ad vota transeuntes secunda, nihilominus tamen illicitae non erant secundae nuptiae. Confirmat haec integer Codicis titulus de *secundis nuptiis*, nec non Nouella secunda, imo viduitatem improbat

* Genes. XXV. v. 41.
** 1 Sam. XXV. v. 42.
*** C. III. Tobiae.
**** Ruth. c. IV. v. 10.
† de *beneficiis* III. 16.
†† *Satyra* VI. v. 228.

probat titulus Codicis *de indicta viduitate tollenda.* Nec iure canonico secundae prohibentur nuptiae. Inter varias enim, quae titulo *de secundis nuptiis* occurrunt dispositiones, haec quoque est: * *Cum secundum Apostolum mulier mortuo viro suo ab eius sit lege soluta et nubendi cui vult tantum in Domino liberam habeat facultatem: non debet legalis infamiae sustinere iacturam, quae licet post viri obitum intra tempus luctus, scilicet vnius anni spatium, nubat, concessa tamen sibi ab Apostolo vtitur potestate.* Apud Germanos secundae nuptiae erant permissae. De *Burgundionibus* eorum Lex **: *Si a tempore prioris mariti infra annum nubere voluerit, habeat liberam potestatem et tertiam substantiae partem, quam permissa fuerat possidere, dimittat.* LEX SAXONICA *** *qui viduam ducere velit, offerat tutori pretium emtionis eius, consentientibus ad hoc propinquis eius.* LONGOBARDORUM LEX ****. *Si quis filiam suam aut quamlibet parentem in coniugium alii dederit, et contigerit casus, vt ille moriatur, potest atem habeat illa vidua, si voluerit, ad alium maritum ambulandi, liberum tamen.* ALEMANORUM LEGES: † *si quis liber mortuus fuerit et reliquerit vxorem sine filiis et filiabus et de illa hereditate exire voluerit et nubere sibi alii aequali, sequatur eam dos legitima.*

§. IV.

Ast licet permissae, inuisae tamen plerisque gentibus fuere nuptiae secundae, Illae enim quibusdam intemperantiam, libidinem, contemtum prioris mariti sapere videbantur. Alii vero illas odio habebant ob magnum, quod prioris matrimonii liberis exinde enasci plerumque solet, praeiudicium.

Notatu

* Cap. vltimo de *secundis nuptiis.*

** Tit. XLII.

*** Tit. VII. n. 3.

**** Lex Rotharis CCXVI.

† Lib. I. tit. LVI.

Notatu dignum est DIDONIS siue ELISSAE, Beli Tyriorum Regis filiae, exemplum. Haec Acerbae auunculo suo, sacerdoti Herculis, qui honos secundus a Rege erat, nubebat. Acerbae magnae sed dissimulatae opes erant, aurumque metu Regis non tectis sed terrae crediderat. Qua incensus Pigmalion Elissae frater, oblitus iuris humani auunculum suum sine pietatis respectu ante aram occidit. Illa in somniis prout dicitur monita, cum iis quibus Pigmalionem inuisum esse sciebat, effossis clam thesauris, nauem conscendit, et in eam Africae partem, quae Zeugitana appellata est, delata, tantum sibi soli emit, quantum tauri corio posset circumdari. Quo in loco cum corium in tenuissimas partes dissecuisset, locumque satis amplum complexa esset, vrbem condidit, quam Carthaginem appellauit, arcemque in medio vrbis, quam a corio bubulco Byrsam vocauit. Verum dum Hiarbas Getuliae Rex ipsius nuptias ambiret, recusantemque vi et armis cogere vellet, sibi ipsi manus intulit, praeferens nimirum honeste morte occumbere, quam prioris lecti iura secundis nuptiis polluere. De quo IVSTINVS *. *Cum successu rerum florentes Carthaginis opes essent, Rex Mauritanorum Hiarbas decem Poenorum principibus ad se accersitis Elisae nuptias sub belli denuntiatione petit, quod legati Reginae referre metuentes, Punico cum ea ingenio egerunt; nuntiantes regem aliquem poscere, qui cultiores victus eum Afrosque, perdoceat, sed quem inueniri posse, qui ad barbaros et ferarum more viuentes transire a consanguineis velit? tunc a Regina castigati, si pro salute patriae asperiorem vitam recusarent, cui etiam ipsa vita, si res exigat, debeatur: Regis mandata aperuere dicentes: quae praecipiat aliis, ipsi facienda esse, si velit vrbi consultum esse. Hoc dolo capta diu Acerbae viri nomine cum multis lacrymis et lamentatione flebili inuocato, ad postremum iturum se, quo suae vrbis fata vocarent respondit, in hoc trium mensium sumto spatio, pyra in vltima parte vrbis exstructa, velut placatura viri manes, inferiasque ante nuptias missura, multas hostias caedit, et sumto gladio pyram conscendit, atque ita ad populum respiciens: ituram se ad virum, sicut*

* Lib. XVIII. c. VI.

sicut praeceperant, dixit, vitamque gladio finiuit. Hinc VIRGILIVS * eam sic inducit loquentem:

Sed mihi vel tellus opem, prius ima dehiscat
Ante pudor quam te violem, aut tua iura resoluam
Ille meos primum qui sibi iunxit amores
Abstulit, ille habeat secum seruetque sepulchro.

AVSONIVS de ea sic loquitur:

Infelix Dido nulli bene nupta marito
Hoc pereunte fugis, hoc fugiente peris.

§. V.

De Germanorum antiquissimis sic scribit TACITVS: ** *Nemo enim illic vitia ridet, nec corrumpere et corrumpi seculum vocatur. Melius quidem adhuc eae ciuitates, in quibus tantum virgines nubunt, et cum spe votoque vxoris semel transigitur. Sic* VNVM ACCIPIVNT MARITVM, *quomodo vnum corpus vnamque vitam, ne vlla cogitatio vltra, ne longior cupiditas, ne tanquam maritum, sed tanquam matrimonium ament.* Imo gentes fuere, quibus indignum est visum, vxorem mortuo marito adhuc superstitem viuere, inde laudi erat vxori sibi ipsi violentas inferre manus, et spontaneam cum viro mortem eligere. Sic PROCOPIVS *** de Eolis dicit, quod vxor marito mortuo laqueo sibi gulam fregerit. Idem de Catheonum gente asserit STRABO. **** Inde apud antiquos Germaniae populos vsu obtinuit, vt emendam soluere tenerentur, qui viduam duxerunt, ***** cuius consuetudinis vestigia adhuc quoque in quibusdam obseruantur locis. ****** Ddd 2 §. VI.

* Lib. IV. *Aeneid.* v. 24.

** *de mor. Germ.* c. XIX.

*** L. I. de B. Goth.

**** Lib. XV.

***** Haec iura adduxit BOEHMER *de secundis nuptiis personar. illustr.* c. I. §. 60. seqq.

****** BOEHMER l. c. §. 67. seqq.

§. VI.

Praesertim vero ecclesiae patres et quorundam canones conciliorum huiusmodi minus probabant nuptias. Sic ATHENAGORAS: * *vel vt natus est vnusquisque nostrum manet, vel in vnicis nuptiis, secundae quippe speciosum adulterium.* AMBROSIVS: ** *Vna tantum copula nobis permittitur, et in ipso coniugio lex est non iterare coniugium, nec secundae coniugis sortiri coniunctionem.* CHRYSOSTOMVS: *** *Apostoli praeceperunt secundas adire nuptias propter incontinentiam hominum. Nam secundam quidem accipere secundum praeceptum apostoli est, secundum autem veritatis rationem vere fornicatio est, sed dum permittente Deo publice et licenter committitur, fit honesta fornicatio.* Simili modo et conciliorum canones odio habuerunt secundas nuptias, prout demonstrauit BOEHMER. ****

§. VII.

Ex hocce odio variae profluxerunt Iuris Romani dispositiones, illos variis priuantes iuribus, qui ad secundas transeunt nuptias. *Primo* vidua renubens dignitatem mariti amittit prioris. *Vidua mulier*, sunt verba legis, ***** *amissi mariti domicilium retinet exemplo clarissimae personae per maritum factae, sed vtrumque aliis interuenientibus nuptiis permutatur. Deinde* mater ad secunda progrediens vota, tutelam, quam in liberos habet, legitimam amittit. † *Tertio* secundis nuptiis proprietas rerum coniugi a priori relictarum marito, amittitur, et solus penes illam manet vsusfructus, proprietate liberis prioris matrimonii competente. †† *Tandem* nec de propriis bonis libere vxor, ad secunda vota transitum faciens, potest disponere, dum non pro arbitrio illa in virum potest transferre,

* *in Apol. vet. leg.* pro Christ. p. 37.
** in comment. ad I. epist. ad Corinth.
*** homilia XXII.
**** *de secundis nuptiis personar. illustr. §. 25.*
***** *L. 22. §. 1. D. ad municipalem.*
† *Nov. 118. c. 5.*
†† *L. 3. Cod. de secundis nuptiis. Auth. testamenta C. eod.*

re, sed tantum modo potest viro relinquere secundo, quantum ad eum ex liberis peruenerit, cui minimum est relictum. *

§. VIII.

Nec inter priuatos solum, sed quoque inter illustres nuptiae secundae inuisae fuerunt. Ea enim media erant tempora, vt omnia fere ex arbitrio cleri penderent, illustresque imo ipsi summi imperantes eorum subessent legibus ecclesiasticis, Hi vero dum nuptias odio haberent secundas, quid mirum illustrium quoque nuptias reprehensione non caruisse reiteratas. Testatur hoc concilium Toletanum Regiae viduae secundas interdicens nuptias, cuius verba haec sunt: ** *Execrabile facinus et adsuetae admodum iniquitatis est opus, defunctis regibus superstitis eius coniugis regalem torum adpetere, et horrendis pollutionum maculis sordidare. Quis enim Christianorum aequanimiter ferat defuncti regis coniugem alieno postmodum connubio vti? aut sequuturi principis libidini subiugari? et quae fuit domina gentis sit postmodum prostibulum foeditatis? et quae toris exstitit regalibus honoris regii sublimitate, coniuncta stupris eorum vel coniugiis, quibus dominata est, abdicetur vt reproba? Quid ergo si moriuntur principes num quid inhonorandas relinquunt sui corporis partes? aut qui ad gaudia coelestia Christiani transeunt reges, propterea ad contumeliam in seculo eorum deuocandae sunt coniuges? Nusquam ergo inhonorum esse oportet, quod honorandum conuenit opportune haberi. Nulli ergo licebit superstitem reginam sibi in coniugio ducere: non sordidis contractibus maculare: non hoc sequuturis regibus licitum: non cuiquam hominum licebit esse permissum. Quod si facere tale aliquid quisquam praesumserit quo aut superstitem reginam post decedentis principis mortem sibi in connubio copulet, aut adulterina pollutione contaminet, siue sit rex siue quilibet hominum, qui huius sanctionis nostrae sententiam violari praesumserit, sit ab omni communione Christianorum seclusus, et sulphur ei cum diabolo contradatur ignibus exurendus.* Huius concilii circa secundas reginae

 nuptias

* Nov. XXII. c. 27. quae legi 9. C. *de secundis nuptiis* derogat.
** Canone V. concil. Tolet. XIII.

nuptias dispositionem confirmauit concilium Caesar Augustanum, cuius verba superius adducta huc non transcribimus. *

§. IX.

Simili modo in Bohemiae regno secundas inuisas esse reginae nuptias, probat MAIESTAS CAROLINA, seu constitutio Caroli IV. quae inter alias saluberrimas necessariasque leges, quibus Bohemiae regnum fulget succensens secundis, praesertim imparibus Reginae nuptiis, sanxit, vt si qua in posterum ad secunda progrederetur vota, illa praeter dotalitii iacturam exilio insuper puniatur. ** In Sueciae regno regina vidua mariti donationes tamdiu retinet, quam in viduitate manet, si vero ad secundas nuptias prouolat, earum pretium ex arbitrio consiliariorum accipere tenetur. ***

§. X.

De eo vero nunc potissimum quaeritur, an poenae, quas ius Romanum in secundas statuit nuptias, ad feminas quoque illustres pertineant. Quod ad illustres attinet, qui superiorem non agnoscunt, clarum est, illos legibus haud adstrictos esse humanis, et poenas in his statutas ad illos non pertinere. Ast illustres sub imperio viuentes ius Romanum obligat, quatenus vsu receptum. Videamus igitur, quatenus hisce poenis illustres teneantur Germaniae.

§. XI.

Et quidem quod ad dignitatem mariti, qua vidua gaudet illustris, attinet, moribus gentium fere omnium est introductum, vt vxor aequalis marito natiuitate, eius dignitate corruscet, eamque mortuo licet marito adhuc obtineat. De Im-

* P. I. Cap. IV. §. 20.

** Exstat haec constitutio apud PAVLVM GENSCHINVM *Maiestatis Carolinae rubr.* XXXVII. ex quo illam habet HENELIVS et infra in cap. *de dotalitio* AVCTOR.

*** LOCCENIVS in *Legibus Suecorum* apud HENELIVM p. 346.

Imperatoris Germ. vidua satis constat, ipsam post mariti mortem nomine Augustae imperatoris viduae verwittibten Kayserin atque omnibus, quibus viuo marito fuerat gauisa iuribus atque priuilegiis adhuc gaudere, imo Majestatis quoque titulum accipere, prout exempla docent. *

§. XII.

Simili modo in Galliae regno Regina vidua et dignitatem et titulum retinet mariti, idque singulare est, quod vocatae olim fuerint *Reginae blancae*, *Reines blanches*, siue quod post mariti mortem vestibus lugubribus albis essent indutae, siue potius hoc nomen a S. Ludouici matre Blanca deducatur: de qua NICOLAS PASQVIER: *La Reyne Blanche, Espagnole, mere de St. Louis se comporta si sagement en sa regence, que toutes les Roynes meres aucunnement apres le deces de Roys leurs maris, vouloient etre nommées Roynes Blanches par une honorable memoire tiree du bon gouuernement de cette sage Princesse.* et ETIENNE PASQVIER ** *La Royne Blanche mere de St. Louis conduisit auec une telle sagesse les affaires de France, qu' elle conserua heuresement le Royaume a son fils, quil n' auoit que quintze ou seize ans, quand il vint a la couronne: et croy, que pour cette cause, les Roynes meres depuis se voulurent nommer Roynes blanches comme titre le plus specieux, qu' elles se pouvoient donner pendant leur viduité.* Postmodum tamen vsu inualuit, vt reginae mascula prole destitutae *Reines Blanches* et illae, quarum filius patris thronum adscenderat *Reines meres* dicerentur. Prout obseruat *Scipion du pleix* *** *L' vsage a obtenu, qu' on a qualifie Reines meres celles qu' ont des enfents Roys, sans considerer quel habit de dueil elles prennent, et Blanches celles, qui suivent les Roys leurs maris sans enfans. Si c' est par mepris comme qui disoit Roynes en blanc et sans authorite, je la laisse*

* LVDOLFF. *de iure femin.* P. I. §. 18. p. 32. FRITSCH *de Augusta* c. IX.

** Liv. V. *des Recherches de la France* chap. 7. fol. 278. b.

*** *Histoire General de la France* Tom. III. p. 215. addatur LIMNAEVS *notitia Regni Franciae* lib. II. c. XX.

laisse au jugement des plus curieux jusques a ce, qu'on en trouve quelque raison plus pertinente. Confirmant haec exempla, dum Henrici II. vidua, quae filiis gaudebat, Regina mater, Henrici III. vero vidua, quae filiis destituta Reyne Blanche diceretur. Henrici IV. regis vidua Maria Medicea a mariti excessu regni regens fuit declarata. * Ludouici XIII. vidua Anna Austriaca post mariti mortem semper regina fuit appellata, prout in pactis dotalibus inter Carolum Emanuelem Sabaudiae ducem atque Elisabetham Vindocinensem d. VII. Iulii MDC XLIII. Parisiis confectis dicitur: ** *Tres haute tres excellente et tres puissante princesse Anne par la grace de Dieu Reine Douariere et Regente en France Mere du Roy.*

§. XIII.

In Hispaniae regno, licet ex decreto concilii Caesar Augustani III. Reginae viduae vestem Regiam deponere debeant, *** nihilominus tamen regios titulos retinent. Sic Ferdinandi Catholici vidua Germana de Foix Reginae titulos accepit, eosque licet postea Ferdinando Calabriae duci nuberet, semper conseruauit. ****

§. XIV.

In Poloniae regno vidua dignitate Regia ita corruscat, vt viua illa nouam coronari non posse reginam, sint, qui contendant. LENGNICH: * *Casimiri M. vxor, quo minus diademate redimeretur, obstitit primum socrus, Vladislai Loctici vidua, quod non duae reginae in regno esse possent, causata, sed cessit precibus filii, et ne, vt ipsa quidem credebat, nurus dignitati officeret, Sandecium in S. Clarae Monasterium, institutum Francisci amplexa, abiit.* Sic Honorius III. Papa Berengariam Garciae Regis Nauarrae filiam Richardi I. Anglorum Regis viduam, Angliae regi-

* GRAMMONDI *histor. Gall.* L. I. p. 4. LIMNAEI notit. R. Franc. p. 897.

** apud DV MONT. Tom. VI. P. I. n. CLII. p. 222.

*** vid. P. I. *iurispr. heroic.* cap. IV. §. 20.

**** vid. supra cap. III. §. 7. et BAYLE *Rep. aux questions d'un prov.* T. II. p. 94.

***** *Ius publ. Polon.* P. I. lib. II. c. 5. §. 14. 192.

ginam aliquoties appellat. * Erici VII. Manued alias dicti Danorum regis mater Agnetis, licet Wagriae comiti nupsisset, Reginae tamen titulum non amisit. ** In Bohemiae regno reginae titulum viduae non denegari probat Maiestas Carolina. *** Iolanta Philiberti II. Sabaudiae vidua post mariti mortem Ducissae Sabaudiae titulo in rescriptis suis semper fuit gauisa. **** Victoris Amadei I. vidua Christiana, Henrici IIII. filia in rescriptis suis hoc titulo vtitur: *Christiana Sorella de Re Christianissimo per gratia di Dio Duchessa de Sauoya madre et tutrix de Serenissimo Carolo Emanuel duca de Savoia.* ***** Hinc Samuel GVICHENON historiam Sabaudiae genealogicam ipsi dedicans talem titulum impertitur. *A Madame Royale Chretienne de France duchesse de Savoye Princesse de Piemont Reine de Chypre.*

§. XV.

Vxor, mortuo licet marito, eius tamen dignitatem retinet, ast illa non poterit corruscare, quae viuo marito eam non participauit. Iam vero superius monstrauimus, per matrimonium inaequale vxorem mariti haud consequi dignitatem, et inde multo minus vidua titulos dignitatemque mariti, cui inaequali iuncta fuit foedere, accipere poterit. Minime igitur Casimiri, Regis Poloniae vidua, reginae titulum exigere potuisset, licet vel maxime maritus imperio se non abdicasset. Curiosa sunt, quae de hoc matrimonio referunt LETTRES HISTORIQVES, ex quibus verba huc legere non erit iniucundum

* C. 15. *de foro competente.*

** PONTANVS *hist. Danica* lib. VII. p. 579.

*** hanc vide infra in capite de dotalitio.

**** ANT. SOLA *in constitut. Sabaud.* tit. de feud. gloss. I. P. I. n. 6.

***** IO. ANT. *ab ecclesia in obs.* P. I. p. 344.

cundum: * *A l' egard de l' histoire, que vous me demandez, je vous dirai, pour satisfaire votre curiosité, que la Marechalle de l' Hopital est fille d' une Lingére de Grenoble, que le Secretaire d' un vieux Conseiller de ce Parlement la en devint amoureux, et qu' apres une longue recherche, ce Secretaire se determina a l' epouser: mais il arriva un accident, qui fit rompre l' affaire, et c' est la plus plaisante chose du monde que le sujet de cette rupture. Les Amans etoient accordez, on n' etoit occupé que des rejouissances de la Noce, qui devoit se faire le lendemain, lors qu' en dansant la Fiancée eut le malheur de lacher un de ces soupirs, qui choquent le nez et l' oreille. Son futur epoux en rougit pour elle et en eut tant de confusion, qu' il ne voulut point achever son mariage. Il falloit que son ardeur ne fut pas bien forte, puis qu' un si foible vent put l' eteindre. Quoi qu' il en soit, comme la chose etoit risible, on en rit beaucoup dans la ville: est le vieux Conseiller eut la curiosité de voir cette Amande delaissée, il la vit et la trouva fort a son gré: blama la folie de son Secretaire, et en fit une bien plus grande: car il epousa lui meme cette petite Grisette, qui des qu' elle se vit Madame la conseillere, prit des manieres convenables a son rang, et travailla a aquerir a force de soins, ce que sa naissance et l' education de ses parens n' avoient pu lui donner. Elle eut toutes sortes de maitres, apprit toutes les sciences, et employa a se former l' esprit tout le tems qu' elle fut aupres de ce vieux mari. Comme elle avoit sçu le bien menager, il lui donna en mourant tout son bien, qui etoient fort considerable. Des qu' elle se vit haute et puissante Dame, elle ne voulut plus rester dans un Pays ou son origine etoit connue, elle vint a Paris avec plusieurs centaines de mille livres, et le nom de veuve d' un Conseiller au Parlement. Comme elle etoit fort bien faite de corps et d' esprit et qu' elle avoit de quoi faire une belle depense, elle trouva bien-tot le secret de se faire remarquer. On ne parloit ici que de cette charmante veuve, et le Marechal de l' Hopital, dont les affaires etoient fort decousuës, crut qu' il*

* *Lettres historiques et galantes par* Mad. de C. T. I. Lettres XIX, p. 345. seqq.

qu' il pourroit les raccomoder en l' epousant, se mit sur les rangs, & le rang qu' il tenoit lui meme, obligea la Dame a le preferer a tous les autres Pretendans. Le Marechal de l' Hopital au lieu de raccommoder ses affaires, gata celles de sa femme, et mourut apres lui avoir mange tout son Bien. Il est vrai, que l' honneur d' etre veuve d' un Marechal de France, la dedommageoit un peu de la perte de son bien, elle avoit encore le secours de ses attraits pour en aquerir, et ils lui valurent la conquete de Casimir Roi de Pologne, qui apres avoir abdiqué la Couronne, vint comme vous sçavez sans doute se retirer ici, ou le Roi lui donna l' Abbaye de Saint Germain de Prez. Ce Roi depouillé, charmé des agrémens de la Marechale, se donna a elle; et quoi qu' il se fut fait d' Eglise, comme il n' est point de Loi, dont les Souverains ne pretendent pouvoir se dispenser, il l' epousa secrettement; mais non pas assez secrettement pour que la Dame n' ait put le faire sçavoir, il lui a meme fait tout le bien, qu' il la pu en mourant. Elle n' est pourtant pas si riche qu' elle l' etoit apres la mort de son vieux Conseiller, mais aussi elle est Veuve d' un Roi, et c' est monter bien haut pour sortir d' un endroit si bas. Ie ne sçai, si ce que je vous dis la se trouvera conforme a ce qu' on vous en a conté a Toulouse: c' est pourtant ici la veritable Histoire de la Marechale de l' Hopital. I' etois chez Mademoiselle d' Heurac avec elle, et je remarquai qu' en parlant du Roi Casimir, elle dit toujours le Roi Monseigneur, pour faire voir par la, qu' il etoit son Epoux. Elle est bien aise, que personne ne l' ignore: mais il ne lui est pas permi prendre la qualité de Reine, qu' elle ne pourroit pas non plus soutenir.

§. XVI.

Vidua illustris dignitate mortui corruscat mariti, an vero ad secundas nuptias transitum faciens, illam adhuc retineat, hic praecipue est examinandum. Et facile haec quaestio ex iis, quae supra *, cum de matrimonio inaequali illustrium feminorum ageremus, illustrauimus, poterit decidi. Ibi enim monstrauimus feminas illustres aut aequali aut inaequali nubere, et feminas inaequales celebrantes nuptias, mariti se-

* Cap. III. §. XXXII.

qui conditionem pristinamque amittere dignitatem, feminas vero, quae aequali nuberent, pro arbitrio modo pristinam suam retinere conditionem, modo illam mariti sequi sicque si maiorem iam habeant mariti dignitate, illas propriam retinere conditionem et illam mariti non sequi. Ex his clarum est, quod vidua illustris ad inaequales progrediens nuptias mariti conditionem assumat, pristinamque amittat dignitatem, vidua vero aequali nubens, prioris mariti retinere possit dignitatem, si maior sit illa secundi mariti. Inde Regina vidua duci nubens, reginae titulum, ducissa nuptias cum comite celebrans, titulum *Durchlaucht* adhuc accipere, confirmant exempla. Mathildis, Henrici V. Imp. vidua Godofredo Plantagenetae iteratis nuptiis nubens, Imperatricis nomen retinuit, prout LARREY * nos docet scribens: „Après la „celebration du mariage Henri mena sa fille et son gendre en „Normandie, dont il leur fit esperer l' investiture, ils ny firent „pas un long sejour, et a leur retour le Roy convoqua une „seconde Assamblée des Pairs du Royaume a Northampton, „ou il leur fit renouveller ce serment, qui avoient deja préte „a l' Imperatrice Mathilde, c' est ainsi que s' appella tou„jours cette Princesse, conservant cet Auguste nom qu' elle „tenoient de son premierr mariage, et ne pretendant pas que „le second avec un Comte fut capable de lui faire perdre.„ Sic Germanae de Foix, dum post Ferdinandi Catholici mortem, Ferdinando Calabriae Duci nupsisset, nomen et dignitas Reginae fuit reseruata **. In Daniae Regno Erici VII. Danorum Regis matrem titulum Reginae adhuc accepisse, licet comiti Wagriae secundis iuncta esset nuptiis, monuimus (§. XIIII.) Eadem ratione Eleonora Maria, Leopoldi Imp. soror, Michaeli Viesnowitio Poloniarum Regi primo matrimonio elocata, inde Carolo Lotharingiae Duci nupta, Maiestatis titulo sem-

* *Prem. part.* p. 328.

** BAYLE Rep. aux quest. d' un Prov. T. II. 98.

tulo semper fuit decorata. Sic enim post Caroli V. mariti mortem in procuratorio suo Baroni de Cano Plenipotentiario suo, ad pacem Ryswicensem concesso, hoc titulo vtitur; * *Eleonore par la grace de Dieu Reine Douvariere de Pologne, Duchesse de Lorraine et de Barrée Archiduchesse d' Austriche mere et tutrice de Leopolde I. par la grace de Dieu, Duc de Lorraine et de Bar.* Maria Ludouici XII. Gallorum Regis vidua secundis Suffolckium nuptiis maritum habuit, qui licet ducis solummodo dignitate conspicuus esset, regis tamen tituli ex praecedenti retinuit coniugio, dicta la Reine duchesse **. Imo hodie in propatulo est, Regis filiam vel viduam Duci elocatam Regiam retinere dignitatem et vocari *Ihre Hoheit*, idem fit cum ducis filia comiti elocata, quae titulo adhuc gaudet *Ihre Durchläuchtigkeit.*

§. XVII.

Quia liberorum saluti optime prospicere matres creduntur, illis haud raro liberorum quoque tutela committitur. Ast inordinatus quandoque amor matris, ad secundas nuptias progressum facientis, salutem et bona vitrico consecrat, et inde tutela materna liberis pessime consulitur. Hinc est, quod iura secundis renuntiare nuptiis, et non nisi deposita tutela ad secunda transire vota, matrem iubeant tutricem. Idem et inter illustres, praesertim Germanos vsu venit, qui in tutelae negotio ***, nisi publicus obstet respectus, et patria adsint iura, Romanis viuunt legibus. Proinde et mater illustris admittitur quidem ad tutelam, ast illam non nisi secundis renuntiatis nuptiis potest suscipere. Probant hoc varia exempla, infra in capite de materna tutela adducta, quibus ad illustrationem recentius quoddam addimus ex domo Wurtenbergica. Cum enim post mortem Caroli Alexandri, Wurtebergiae ducis, de tutela liberorum inter serenissimam viduam, et Carolum Ludoui-

 cum

* *Actis pacis Ryswicensis Tom. III. p. 427.*
** Vide supra Cap. III. §. 15.
*** vide *dissertationem praeliminarem* §. 46. et 48.

eum, Tecciae ducem, tanquam proximum agnatum variae exorirentur altercationes, illae tandem per transactionem MDCCXXXVIII. sunt compositae, materque ad cotutelam est admissa, quae illam quoque suscepit praestito hoc iuramento: * Ich Maria Augusta, verwittibte Hertzogin von Würtenberg und Teck, gebohrne Fürstin von Thurn und Taxis, renunciire hiemit förderist wohl belahrt und wohl bedächtlich denen secundis nuptiis, und dem Senatus Consulto Velleiano, und schwöre darauf einen Leibl. Eyd zu Gott dem Allmächtigen, dass ich neben Herrn Carl Rudolphen, Hertzogen zu Würtemberg und Teck &c. Administratorn und Ober-Vormündern &c. als Ober-Vormünderin weyland meines Gemahls Hertzog Carl Alexanders zu Würtemberg &c. hinterlassener Printzen, Carl Eugenii, Ludwig Eugenii, und Friedrich Eugenii, wie auch der Printzessin Augustä was Ihnen Pupillen gut und nützlich ist, thun und handlen, was unnütz und schädlich vermeyden, unterlassen und verhüten, die Ober-Vormundschafft zu der Pupillen Nutzen in gutem Glauben und Treuen vertreten und bestens vorstehen, und sonsten alles das thun wolle, was ich denen Reichs-Satzungen und dem mit obgedachtem Herrn Hertzog Carl Rudolph zu Würtemberg &c. getroffenen Vergleich nach zu thun schuldig bin. Alles bey Verpfändung meiner Haab und Güter, als wahr mir Gott helffe und alle Heiligen. Dum igitur in suscipienda tutela matres illustres aeque ac priuatae secundis renuntient nuptiis, satis patet eas hoc casu iure censeri priuatorum, et quemadmodum priuatae conditionis matres secundis initis nuptiis tutela remouentur, ita quoque illustres simulac secunda faciunt vota, tutelam deponant necesse est, licet vel maxime defunctus maritus testamento contrarium statuerit. ** §. XVIII.

* extat transactio apud FABRUM der Staats-Cantzeley Ep. LXXI. cap. XII. p. 703.

** STRYK *de tutela materna personarum illustrium.* BOEHMER *de secundis nuptiis* P. I. c. II. §. 44.

§. XVIII.

Deinde quoque coniux ob secundas nuptias amittit proprietatem earum rerum, quas a priori accepit coniuge. (§. VII.) Ad huiusmodi res referuntur donationes vxori durante matrimonio factae, Dotalitium et Morgengaba. De singulis separatim. Donationes inter coniuges, nisi morte firmentur, iure Romano non valent.* Idem et inter coniuges Germaniae illustres obtinet, nisi donans simul imperium habeat summum seu superioritatem territorialem**, donationes enim imperantis, legibus censendae haud sunt Romanis, sed potius naturae iuribus aestumandae veniunt et inde dona, quae vxor a marito imperante accepit solis naturae legibus iudicentur. Hinc cum ius naturae poenas secundarum ignoret nuptiarum (§. 1.) satis patet donationes constante matrimonio factas secundis haud amitti nuptiis. Alia vero esset ratio, si vxor marito donauit, exulat enim in vxore respectus publicus, cuius proinde donationes solis imperii ciuilibus censendae sunt legibus.

§. XVIIII.

Quod ad dotalitium attinet, grauis inter ICtos lis versatur, an illud propter secundas cesset nuptias. Ast hic nostram non facimus hanc litem, ex natura dotalitii diiudicandam, ideoque ad illud caput reseruandam, in quo speciatim de dotalitio sumus acturi et demonstraturi, quod amittatur dotalitium secundis nuptiis, nisi aliter pacto sit conuentum.*** Quod vero ad Morgengabam, non licet hic prolixe examinare, an eius plena ad vxorem transeat proprietas, seu minus, ast hoc omnino certum, quod ex Iuris Romani principiis eius proprietatem vxor ad secunda transiens vota amittat, illamque prioris matrimonii liberos adquirere. Generalia enim legis sunt

* L. 32. et totus titulus D. de *donationibus inter Vir. et vxorem.*

** confr. P. I. iurisp. heroic. Dissert. prooem. (§. 47.)

*** interim confer. diss. Celeb. ESTORIS *an dotalitium cesset propter secundas nuptias.*

sunt verba *: *foeminae, quae susceptis ex priori matrimonio filiis ad secundas post tempus luctui statutum transierint nuptias, quicquid ex facultatibus priorum maritorum sponsalium iure, quiquid etiam nuptiarum solemnitate perceperint, aut quicquid mortis causa donationibus factis, aut testamento iure directo aut fideicomissi vel legati titulo vel cuiuslibet munificae liberalitatis praemio ex bonis priorum maritorum fuerint adsecutae, id totum ita vt perceperint integrum ad filios, quos ex praecedente coniugio habuerint, transmittant.* Hoc iure et illustres vtuntur, quippe qui in negotiis priuatis, deficientibus patriae iuribus, subsunt Romanorum legibus **. Et licet Morgengaba Romanis plane fuerit incognita, illa tamen ad donationes coniugi factas pertinet, sicque secundis amittitur nuptiis. Alia tamen est ratio, si maritus summus simul sit imperans, huius enim donationes Romanis haud subsunt legibus, ideoque secundis licet nuptiis celebratis validae subsistunt. (P. I. diss. proem. §. 46.)

§. XX.

Alia quoque est ratio, si per tabulas matrimoniales nubendi libertas est relicta, prout subinde factum. Sic in tabulis inter Franciscum II. Galliae R. et Mariam Scoticam d. 19. Ap. CIↃ IↃ LVIII. *** contractis decernitur: *A eté accordé, qu' au cas, que la dite Reine d' Ecosse survive mon dit Seigneur le Daufin: elle pourra demeurer en France ou retourner en son Roiaume avec ses serviteurs et officiers, a son choix et option et se marier comme elle verra bon etre par l' auis de ses etats. Et si emportera ses derniers Vaisselle, Bagues, ioyaux, habillemens, meubles precieux, biens et autres Choses, que les Reines doiuent et ont acoutumé d' avoir apres le trepas des Rois de France leurs maris; et iouira de ses droits et assignaux, soit qu'il y ait enfans ou non.*

§. XXI.

Apud Reginas viduas, si ipsae Regimini praesint, ordines Regni instare solere, vt se iterum ad propagandam posteritatem

* *L. 3. C. de secundis nuptiis.*
** P. I. Diss. proemialis §. 46. et 48.
*** Extat apud du MONT. T. V. P. I. n. XV. p. 23.

tem matrimonio iungant, testatur exemplum Annae Magnae Brittaniae Reginae, de qua Gallus iste scriptor ita scribit. *Ce n' est pas seulement dans la Fable de la Diane d' Ephese, que les veuves doivent puiser des Exemples d' une affliction outrée; on a vu a Paris une femme qui ayant perdu son Epoux a gardé son appartement tendu de noir, pendant plus de trente ans; et l' histoire d' Espagne nous apprend de Ieanne Reine de Castille apres la mort de son mari, ne voulut plus voir le soleil, se tenant renfermée dans des appartemens sombres, d' où elle ne sortoit qu' aux flambeaux. St. Evremont sur un pareil sujet dit: que c' etoit pousser trop loin les monstrueuses douleurs, que si les exemples en etoient moins rares, et qu'on en craignit les consequences, on ne manqueroit pas de les corriger par des Reglemens de Police. Le Parlement Britannique profitant de l' avis de St. Evremont a voulu mettre des bornes a l' affliction que la Reine regnante d' Angleterre temoigne encore de la mort du Prince son epoux: car trois mois apres, c' est a dire le 8. Fevrier, les deux chambres, pour inspirer a cette Reine les sentimens d' un second mariage, lui presenterent cette Addresse:*

Madame

Nous las tres humbles et fidelles suiets de V. M. les Seigneurs Ecclesiastiques et seculiers et les communes assemblez en Parlement etans veritablement touchez des grandes benedictions que nous avons obtenues pendant le cours glorieux du Regne *de V. M. iugeons que nous ferions un tort irreparable et a tout le Royaume, si nous negligions de faire nos derniers efforts pour faire passer ces benedictions aux siecles a venir: C' est pourquoi nous vendus avec dernier coeurs remplis de la plus profonde humilité et obeissance, pour la personne de V. M. la prier tres humblement, que suivant les voeux ardens de vos suiets, elle ne se laisse pas alles si fort a sa iuste douleur qu' elle en perde la pensée d' un seconde mariage, celà causeroit une ioye inexprimable a votre peuple, qui ne cesseroit de representer a Dieu ses prieres les plus ardentes pour le supplier de benir V. M.* d' vne *posterité Royale: Etans tous dans le sentiment unanime, qu' on ne peut souhaiter un plus grand bonheur pour votre Royaume, que celui de pouvoir vivre long tems, eux et leurs enfans sous la Regence de V. M. et de ses Descendans.*

Pour garder la bienseance attachée a la douleur de la viduité, la Reine demanda quelque intervale pour reflechir a la proposition, et y donner sa reponse. Comme les larmes courent a la plupart des veuves, notre Reine en versa quelques unes qui firent iuger que sa douleur etoit sincere et l' on commençoit a desesperer de pouvoir la flechir: cependant peu d' heures apres elle s' expliqua d' une maniere a demi ambigue, a peu pres comme font ces filles nubiles qu' on fonde pour savoir, si elles ont une forte inclination pour le mariage; lesquelles par un Prince dependent, n' osent pas dire oui, et qui pourtant, ne dissent jamais non, par la crainte qu' elles auroient d' effaroucher ceux qui voudroient paroitre sur les rangs pour *les epouser, c' est avec la meme prudence que la Royale veuve repondit en tes termes. Le sujet de cette Addresse est d' une telle nature que je suis persuadée que vous n' attendez pas de moi une reponse precise. L' Addresse et la reponse furent peu de iours apres imprimees en plusieurs langues, et repandües dans les païs etrangers. Comme la reponse de la Reine ne ferme point la porte de son coeur aux aspirans et qu' elle n' est que dans sa quarante unieme année les Anglois doivent s' attendre qu' elle trouvera encore de partes dignes d' elle par milles Princes de l' Europe. Cependant les aspirans feront sans doute attention a deux choses; la premiere qu' il faut etre non seulement Protestant mais encore soumettre sa conscience aux peuples de l' Eglise Anglicane suivant les nouvelles Loix etablies en ce païs la depuis la derniere revolution: la seconde qu' il faut que le second Mari n' ait pas moins de docilité et de soumission que le premier, qu' il soit content des emplois qu' il plaira a la Reine son Epouse de lui conferer en lui pretant serment de fidelité d' etre subordonné aux Ministres d' Etat; d' executer les ordres du conseil privé, et de ne se jamais meler du Gouvernement de la Monarchie.*

§. XXII.

Ast interdum sibi interesse putant mariti, ne vxores, ad secundas progrediantur nuptias. Inde pacto a secundis arcere nuptiis suas nituntur vxores et an huiusmodi pactis valor sit tribuendus, quaestio oritur? quam omnino negamus. Primo enim iure naturae, licet non externo perfectoque, tamen interno imperfectoque obligamur ad sobolem procreandam et

sic

sic quoque ad matrimonium ineundum. Hinc pactum de secundis nuptiis non ineundis obligationi naturae internae contrariatur et sic illicitum est. * Deinde reipublicae interest, vt ciuium numerus crescat, neue homines ad procreandum idonei a nuptiis arcerentur, hinc pacta de nuptiis non ineundis secundis reipublicae nocent ideoque merito pro nullis habentur ** Tertio plerumque parum aut nihil interest marito, an post eius fata in viduitate vxor perseueret seu ad secundas transeat nuptias.

§. XXIII.

Maior vero de valore huius pacti esset dubitatio, si illud iuramento a coniuge confirmaretur. Exemplum in hanc rem nobis praebet Constantinus Ducas Graecorum imperator, de quo ZONARAS † *At Imperator graui et diuturno morbo oppressus, cum iam nullum mortis effugium esse cerneret, imperium tribus filiis reliquit, quorum duos Michaelem et Andronium Eudocia priuato*

 vato

* Vult enim Deus vt genus humanum per matrimonia propagetur. Qui igitur id agit, ne per se genus humanum propagetur, ille voluntati contrarius est diuinae. Elegans est qui huc spectat Senecae locus. Hypolito IX. 456.

Prouidit ille maximus mundi parens.
Cum tam rapaces cerneret fati manus
Vt damna semper sobole repararet noua
Excedat agedum rebus humanis Venus
Quae supplet ac restituit mere haustum
Orbis iacebit squallido turpis situ.

** Ebraei ob effatum diuinum Geneseos 1. *crescite et multiplicamini et replete terram liberis gignendis*, credebant, omnes teneri, vt ante vigesimum annum vxorem ducant, procreationique sobolis studeant SELDENO teste Lib. V. c. 3. *de iure N. et G. iuxta disciplinam Ebraeorum.* Apud Lacedemonios actione conueniri potuisse caelibes de caelibatu ex POLLVCE tradit NICOLAVS CRAGIVS Lib. IIII. *de Rep. Laced.* Spartanorum legem connubialem habet AELIANVS Lib. VI. c. 6, Apud Romanos Lege Iulia et Papia Poppaea ad caelibatum fugiendum et poenis et praemiis ciues obstringebantur, HEINECCIVS in doct. *commentario ad L. Iuliam et Papiam Poppeam.* De Germanorum odio Hagenstoltziatus vide KRESS *singulari dissert.*

† Sub Constantino Duca p. 174.

vato adhuc, Constantinum vero Imperatori pepererat, cum et ipsa Augusta appellata esset. Vnde is solus Porphyrogenitus fuit, ab eoque statim prae caeteris imperii insignibus adornatus. Post etiam reliquos designauit. Ac hos quidem imperio praefecit: ipsis vero matrem Imperatricem et nutricem, et vt paucis complectar, dominam reliquit, mandata imperii administratione, quod ei modesta videretur, nec minus ad tractationem rerum apta, quam ad liberos educandos ingeniosa. Sed prius scriptum iusiurandum ab ea exegit, quo promitteret, se a secundis nuptiis temperaturam. Ea syngrapha ab illa firmata, Patriarchae custodienda est tradita. Sed et senatores omnes iureiurando adacti, scripto promiserunt, se non alium Imperatorem nisi liberos ipsius creaturos.

§. XXIIII.

Quemadmodum vero omne iuramentum non tam obligationem constituit quam constitutam magis firmat; ita principali corruente obligatione ea quoque quae per iuramentum accessit collabitur. * Hinc cum pactum de secundis non ineundis nuptiis promittentes haud obliget (§. XXII.) iuramentum quoque, vt illo superstes teneatur coniux, eo minus effici poterit, quo clarius est a nuptiis abstinentem voluntati conuenienter haud viuere diuinae. Noluit igitur Eudocia, Constantini Ducae vxor suo stare promisso iuramentoque, et sibi Diogenem sumsit maritum. Loquitur in hanc rem ZONARAS** verbis: *quae nunciata Imperatricem turbabant: cumque multi dicerent, res Imperatorem requirere, verita, ne aliquo a Republica creato ipsa et liberi Imperio exciderent: aliquem adsciscendum censuit, vt ea ratione et sibi et liberis potestatem inuiolatam tueretur. Negant enim eam* Diogeni *nupsisse ex lasciuia, aut studio voluptatis, sed virum eum vt strenuum et in re bellica probatum et robore incomparabili praeditum summae rerum praefecisse, vt barbarorum impetus non nihil retunderetur, illo armis eorum resistente. Fuit autem et genere illustri ortus, et rebus gestis clarus. Cuius pater cum*

Romani

* GVNDLING I. N. et G. C. XVII. §. 14. KOEHLER Exercitation. §. 1459. CVIACIVS *obseruation* XXII. 7.

** pag. 175.

Romani Argyri *neptem ex fratre haberet, regni affectati conuictus, seipsum praecipitauit, ne quaestionibus adhibitis, conscios prodere cogeretur. Hic vero* Diogenes *Romanus* Bestarchorum *dignitate ornatus, et a* Duca, *Sardicae Dux designatus fuerat, et quum illic alicubi in* Pazinacas *incidisset, multis occisis, nec paucioribus captis, et viuentes et caesorum capita miserat ad Imperatorem: a quo ea de causa* Bestarcha *designatus fuerat, cum honorificis litteris, quibus scribebat eam dignitatem illi non donari, sed pro egregii facinoris remuneratione dari. Illic igitur cum ageret, se ad occupandum regnum parabat, cognito Imperatoris obitu. Quo eius consilio intellecto Imperatrix eum comprehendendum curarat. Ita in vinculis Byzantium perductus facinoris conuincitur, et vt insidiator condemnatus, intra praescriptos limites coercetur. Deinde rursus vt condemnatus ad Tribunal Imperatorium adducitur, vt sententia in eum lata confirmetur. Verum omnibus adstantibus misericordia viri incessit et animi doluerunt. Nec enim robore duntaxat erat incomparabili, sed forma etiam praestanti. An Imperatrice vna cum caeteris illius miserta, an vero amore quoque capta, dicere non possum, sententia damnatoria in absolutoriam commutata, dum crimine solutus, in Cappadociam patriam abit. Imperatrix vero eum ex itinere reuocatum* Magistrum et Ducem Copiarum designat, *quumque iam secum constituisset eum vt virum fortissimum,* Imperatorem creare *tamen* iureiurando et Syngrapha, *quam a Patriarcha, cui asseruanda data erat, recuperatam volebat, impediebatur. Init igitur improbum et profundum consilium, idque cum eunuchorum suorum quodam communicat; illo ministro pro lenone vsa monetque quemadmodum* cum Patriarcha *agendum esset. Is cum Pontifice congressus: Scito, inquit, Domine Imperatricem nepotis tui amore captam esse, (habebat enim nepotem* Bardam *adolescentem lasciuum et rei venereae deditum) et addit, quod si tu annueris, hoc est, si iusiurandi Chirographum ei reddideris et persuaseris, nullum ex ea re periculum ipsi imminere: Statim eam fratris tui filio nupturam, potestatem imperatoriam tradituram. Patriarcha his illecebris irretito, ac de statu mentis deiecto, Eunu-*

chus postulare pergit, vt Senatorum quoque animos, tentet. Is igitur Senatoribus singulatim accersitis, ait: tempora postulare Imperatorem, qui defensionem Reipubl. suscipiat. Romanum enim Imperium si a muliercula et pueris solis administretur: haud ita multo post, non remotas duntaxat prouincias et hostibus finitimas, sed suburbanas etiam perituras, His iusiurandi et syngraphae reprehensionem acrem subiungebat, et mortuo Imperatori maledicebat, quasi non Reipubl. studio, sed ex priuata Zelotypia inusitatum iusiurandum, et syngraphas legibus contrarias exegisset. Quibus cum plerique assentirentur, iis etiam qui refragabantur, partim muneribus, partim pollicitationibus in sententiam suam pertractis, Imperatrici iusiurandi chirographum remittit. Quo illa accepto, consilium suum executura, rem cum filio natu maiore, et Caesare in Regiam accersito, communicat: qui cum hymenaeo interfuisset et nuptiales crateres gustasset, nubit illa Diogeni. Sic ille Imperator declaratur, quum Eudocia eiusque filii menses septem et dies aliquot regnassent.

§. XXV.

Interdum vxor a marito vel inter viuos vel in mortis euentum aliquid accipit sub conditione si non nupserit, sic Eudociae Graeciae imperatrici imperium cum liberorum tutela relinquebatur ea conditione, ne nuberet. (§. 23.) Margaretha Iacobi IV. Scotiae R. vxor post mariti mortem testamento Scotiae regimen et filii tutelam sub conditione ne nuptias iteraret, accepit relictam.* Imo dotalitium sub hac conditione constitutum, probat exemplum Henrici Aucupis, Ottonis, Saxoniae Ducis filius patre ad huc viuo, Mathildi vxori suae Walhusam vrbem constituentis in dotalitium, de quo AVCTOR VITAE MATHILDIS: *Tunc circumducebatur* (Mathildis.) *Ciuibus* (leg. per ciuitates) egregii Ducis *Ottonis a Comite*

* Supra cap. III. §. 13.

uite Thietmaro et militibus caeteris *donec in Walehusen praeparabatur conuiuium nuptiale magno honore*, vti decuit illos, *qui postea imperabant gentibus plurimis: ibi perfruebatur connubiis, et licito foedere amoris.* Henricus *autem tradidit venerabili* nuptae in dotem *omne quod attinet ad eandem ciuitatem patre suo consentiente.* Henricus *autem* Rex *factus, dum* Walhusum *in numerum* ciuitatum Palatinarum *fuisset relata*, Mathildi *coniugi suae per singulare Diploma* Quedlinburgi *a. 929. datum*, Quedlinburgum, Poledam, Northusam, Gronauiam, Duderstadtum concessit in dotalitium, de quo ipsum Diploma testatur his verbis: * *Quapropter legali moderatione astantibus fidelibus nostris* cum consensu et astipulatione filii nostri *Ottonis* et Episcoporum procerumque et Comitum *petitione dulcissimae coniugi nostrae Mathildae, potestatiua manu tradimus et donamus, quicquid propriae* haereditatis *in praesenti videmur habere in locis infra nominatis. Haec enim sunt:* Quitilingaburg, Palithi, Northusa, Gronau, Duderstete, *cum ciuitatibus et omnibus ad praedicta loca pertinentibus*, in ius proprium *concessimus, litis, seruis, mancipiis vtriusque sexus, aedificiis, terris cultis et incultis agris, pratis, campis, syluis, aquis, aquarumue decursibus, molendinnis, viis et inviiis, exitibus, et reditibus, quaesitis, et inquirendis. Et vt cuncti cognoscant, eo modo, et ea ratione, si nobis superstes extiterit*, et in sanctae viduitatis pudicitia permanserit, *praedicta loca ei concedenda tradimus*, vt libera, atque secura potestate *cum omni* quaesitu eisdem locis inuento, *temporibus suis feliciter perfruatur: nec non etiam interiorem familiarum collegionem intrinsecus famulantium, cum omni supellectili, cum equariciis ibidem inuentis, potestati illius possidenda perpetualiter praedestinamus*, etc. Per istam tamen conditionem *nubendi libertas* plane non restringitur sal-

* *Extat Diploma in* MADERI *Antiquitatibus Brunsvicens. p. 102.* HEINECCII *Antiquitat. Goslariens. p. 113.* KETTNERI *Diplom. Quedlinburg. p. 2.* LÜNIGII *Spicileg. Eccl. Tom. IV. de Abbatiss. p. 182.*

tur, saltim vt vidua ad *secunda* vota transiens, dotalitium derelinquat.

§. XXVI.

Vxor autem a marito aliquid sub viduitatis conditione accipit, vel ex vltima voluntate, vel ex pacto. Vtroque casu ad viduitatem seruandam naturae leges vxorem haud cogunt; (§. XXII.) ast vt lucris sub hac conditione relictis ad secunda transiens vota, careat, constituunt. Dominium enim in alterum non nisi ex voluntate domini transit, quae si sub conditione est declarata, corruit ob conditionem non adimpletam et ob defectum consensus in alterum non transfertur dominium. Iure Romano conditiones moraliter impossibiles pacta, quibus sunt adiecta, irrita reddunt et hinc quoque pacta de lucris sub viduitatis conditione capiendis sunt nulla ac neque vxor ad viduitatem seruandam neque maritus eiusque heredes ad lucra praestanda vel reliquenda, tenentur. In vltimis vero voluntatibus conditiones moraliter impossibiles pro non adiectis habentur ideoque sancitum, vt vxori, ad secunda vota transgredienti omnino capere liceat sub conditione viduitatis relicta. Sane lege Papia Poppaea erat cautum: *Si qui caelibatus aut viduitatis conditionem haeredi legatariove iniunxerit, haeres legatariusue ea conditione liberi sunto, neque eo minus delatam hereditatem legatumue ex hac lege consequuntur.* Et licet deinde lege IVLIA MISCELLA caueretur *, vt coniux cui a coniuge aliquid in vltima voluntate sub conditione, si non nupserit, erat relictum aut conditionem indictam adimpleret aut intra annum nuberet iuraret se non aliqua libidine sed liberorum procreandorum causa ad secunda vota prouolare; ipse tamen Iustinianus hanc legis Miscellae dispositionem sustulit et legem Papiam Poppaeam in vsum reuocauit. Prout vero varius in legibus ferendis erat Iustiniani animus * ita quo-

* L. 2. et 3. C. *de indicta viduitate et L. Iulia Misc. tollen.*

ita quoque per nouas leges constituit *. *Cui relictum quid fuerit a coniuge, vel a qualibet persona, ne secundas ineat nuptias, intra annum quidem non petat, nisi spes nuptiarum deficiat: post annum vero capiat, praestita cautione rei fructibus restituendae, si contra fecerit. Pro re immobili iuratoria cautio fiat cum hypothecis; pro mobili si persona sit idonea, eadem sit cautio: alioqui et fideiussor exigitur, si praestari potest. Contractis nuptiis res data vindicari potest: quod sic admittitur ac si ei relictum vel ordinatum non esset.* ** Cum igitur egregia circa indictum viduitatis statum iuris naturae et Romani sit consonantia, dubitari vix poterit, illustres quoque huic subesse dispositioni, illosque non quidem ad viduitatem seruandam, ast tamen ad restituenda lucra, sub viduitatis conditione accepta, obligari, idque eo magis cum ob secunda vota a proprietate rerum a priori marito acceptarum excidant coniuges. Addatur BRVNQVELL *diss. de conditione si non nupserit vltimis voluntatibus adiecta.*

§. XXVII.

Nonnunquam Illustrium viduarum vota *secunda* non equidem prohibentur, ast, ad certas conditiones restringuntur. Dum *Anna Britannica* Carolo VIII. *Gallorum Regi* nuberet, in tabulis dotalibus d. 6. Decembris 1491. *** hunc in modum fuit prouisum: *In casum quod saepe dicta Domina* Anna *ab hoc seculo ante praedictum Dominum nostrum Regem migrauerit absque liberis ex eorum carne legitime procreatis, in eorum matrimonio ante dicto omnia et singula iura, proprietates, possessiones, nomina, rationes, actiones, et obligationes dictae Dominae Annae in dicto Ducatu et Comitatu eorumque pertinentiis competentes, ac generaliter omnia et singula sua, alia bona quaecunque immobilia praesentia et futura vbicun-*

* Nouella 22. c. 43. et 44.

** Sunt verba Authent. C. *de indicta viduitate tollenda.*

*** *Apud* DV MONT. *Tom. III. P. II. n. CXLVIII. p. 272.*

cunque consistentia poterunt inueniri, et apprehendi, cedendo, et transportando, ex nunc prout ex tunc per eandem Dominam Annam dicto *Domino nostro* REGI *omnia* et *singula iura sua proprietatis, possessionis, Dominii, nomina, res, et obligationes antea eidem Dominae competentia et pertinentia ipsum dominum nostrum Regem, tanquam in rem suam propriam Procuratorem in praemissis singulis constituendo, prout constituit, ad effectum corroboratiuum, et fortificatiuum, corroborandoque, et fortificando, quatenus opus est, ius antea saepe dicto Domino nostro* REGI *in praemissis competens, in nulloque eidem praeiudicando aut derogando. Pariter quoque memoratus Dominus noster Rex in fauorem et contemplationem (pro ut supra) volens et consentiens eidem Dominae Annae* fauorem *maritalem* AEQVALEM *exhibere ob causas praemissas donauit, cessit, quittauit, dimisit, et transportauit, tenoreque praesentium donat, cedit, quittat, dimittit, et transportat irreuocabiliter perpetuo ac haereditarie, in casum quod dictus Christianissimus ab hoc saeculo transierit dicta Domina Anna superuiuente absque liberis ex eorum carne in matrimonio praedicto legitime procreatis, (quod abesse dignetur D. N. Iesus Christus) omne et tale ius, nomen, rationem, actionem et obligationem, proprietatem ac possessionem dicto Christianissimo antea in praemissis competentes, ita tamen, quod pro euitando Guerrarum incommoditates, aliosque sinistros euentus verisimiliter secuturos inter patrias ante dictas, praedicta illustris Domina* ANNA *ad alias nuptias nullatenus conuolabit, praeterquam cum Rege futuro, (si illi placuerit, et licitum fuerit) vel cum alio proximiore praesumptiuo futuro successore in corona Franciae ante dicta qui tenebitur in eum casum facere et exhibere dato domino Regi pro tempore recognitiones et redhibentias feudales, tam honorabiles quam utiles hactenus antea debitas ratione ducatus et comitatus praedictorum cum suis pertinentiis neque poterit aut sibi licebit dictos ducatum et comitatum eorumque pertinentias alienare in alias manus quam dicti domini nostri Regis pro tempore et successorum Franciae Regum.*

CAPVT VIII.
DE POTESTATE MARITALI IN VXOREM.

SECTIO I.
PRAECIPVA IVRIS CAPITA EXHIBENS.

§. I.

Distinguenda est maritalis potestas ab imperio ciuili.

§. II.

Plerique ICti maritalem potestatem non nisi ex pacto in statu naturali competere asserunt.

§. III.

Quod conceditur ast speciali opus non esse pacto, et ex indole matrimonii deduci posse maritalem potestatem demonstratur.

§. IV.

Quae competat marito iure naturae potestas definitur et

§. V.

Vberius explicatur, simul monstratur quod coactiuis remediis vti possit maritus.

§. VI.

Quomodo maritalis ab herili et ciuili potestate differat.

§. VII.

Maiorem tamen potestatem, quam naturae leges concedunt, pacto potest in maritum transferre vxor.

§. VIII.

Imo illam potestatem augent leges, sicuti lege Dei positiua factum.

§. IX.

Idem apud Romanos obseruamus.

§. X.

Imo apud Germanos et Gallos.

§. XI.

Maritalis potestas ad naturalia matrimonii pertinet, ideoque abesse et pacto in maritum transferri potest.

§. XII.

An maritus in vxorem imperio vti possit ciuili, quod plerique asserunt ICti.

§. XIII.

Quorum adducuntur argumenta.

§. XIV.

Ast quaedam contra illa mouentur.

§. XV.

Omnis subiectio ex consensu oritur.

§. XVI.

Quod tamen negant quidam, quorum argumenta referuntur.

§. XVII.

Omnis igitur subiectio consensu fit, vel tacito vel expresso. Tacitum colligunt ex habitatione; ast vniuersaliter hoc non procedit.

§. XVIII.

Vxor principis consensu fit subdita expresso. Minime vero ex tacito in matrimonium consensu tacitus in subiectionem colligi potest.

§. XIX.

Non vero sola habitatio vxorem facit subditam, quia participat dignitatem mariti.

§. XX.

Deinde, quia alio plane animo in terri-

cunque consistentia poterunt inueniri, et apprehendi, cedendo, et transportando, ex nunc prout ex tunc per eandem Dominam Annam dicto Domino nostro REGI omnia et singula iura sua proprietatis, possessionis, Dominii, nomina, res, et obligationes antea eidem Dominae competentia et pertinentia ipsum dominum nostrum Regem, tanquam in rem suam propriam Procuratorem in praemissis singulis constituendo, prout constituit, ad effectum corroboratiuum, et fortificatiuum, corroborandoque, et fortificando, quatenus opus est, ius antea saepe dicto Domino nostro REGI in praemissis competens, in nulloque eidem praeiudicando aut derogando. Pariter quoque memoratus Dominus noster Rex in fauorem et contemplationem (pro vt supra) volens et consentiens eidem Dominae Annae fauorem maritalem AEQVALEM exhibere ob causas praemissas donauit, cessit, quittauit, dimisit, et transportauit, tenoreque praesentium donat, cedit, quittat, dimittit, et transportat irreuocabiliter perpetuo ac haereditarie, in casum quod dictus Christianissimus ab hoc saeculo transierit dicta Domina Anna superuiuente absque liberis ex vorum carne in matrimonio praedicto legitime procreatis, (quod abesse dignetur D. N. Iesus Christus) omne et tale ius, nomen, rationem, actionem et obligationem, proprietatem ac possessionem dicto Christianismo antea in praemissis competentes, ita tamen, quod pro euitando Guerrarum incommoditates, aliosque sinistros euentus verisimiliter secuturos inter patrias ante dictas, praedicta illustris Domina ANNA ad alias nuptias nullatenus conuolabit, praeterquam cum Rege futuro, (si illi placuerit, et licitum fuerit) vel cum alio proximiore praesumptiuo futuro successore in corona Franciae ante dicta qui tenebitur in eum casum facere et exhibere dato domino Regi pro tempore recognitiones et redhibentias feudales, tam honorabiles quam utiles hactenus antea debitas ratione ducatus et comitatus praedictorum cum suis pertinentiis neque poterit aut sibi licebit dictos ducatum et comitatum eorumque pertinentias alienae in alias manus quam dicti domini nostri Regis pro tempore et successiorum Franciae Regum.

CAP.

CAPVT VIII.

DE POTESTATE MARITALI IN VXOREM.

SECTIO I.

PRAECIPVA IVRIS CAPITA EXHIBENS.

§. I.

Distinguenda est maritalis potestas ab imperio ciuili.

§. II.

Plerique ICti maritalem potestatem non nisi ex pacto in statu naturali competere asserunt.

§. III.

Quod conceditur ast speciali opus non esse pacto, et ex indole matrimonii deduci posse maritalem potestatem demonstratur.

§. IV.

Quae competat marito iure naturae potestas definitur et

§. V.

Vberius explicatur, simul monstratur quod coactiuis remediis vti possit maritus.

§. VI.

Quomodo maritalis ab herili et ciuili potestate differat.

§. VII.

Maiorem tamen potestatem, quam naturae leges concedunt, pacto potest in maritum transferre vxor.

§. VIII.

Imo illam potestatem augent leges, sicuti lege Dei positiua factum.

§. IX.

Idem apud Romanos obseruamus.

§. X.

Imo apud Germanos et Gallos.

§. XI.

Maritalis potestas ad naturalia matrimonii pertinet, ideoque abesse et pacto in maritum transferri potest.

§. XII.

An maritus in vxorem imperio vti possit ciuili, quod plerique asserunt ICti.

§. XIII.

Quorum adducuntur argumenta.

§. XIV.

Ast quaedam contra illa mouentur.

§. XV.

Omnis subiectio ex consensu oritur.

§. XVI.

Quod tamen negant quidam, quorum argumenta referuntur.

§. XVII.

Omnis igitur subiectio consensu fit, vel tacito vel expresso. Tacitum colligunt ex habitatione; ast vniuersaliter hoc non procedit.

§. XVIII.

Vxor principis consensu fit subdita expresso. Minime vero ex tacito in matrimonium consensu tacitus in subiectionem colligi potest.

§. XIX.

Non vero sola habitatio vxorem facit subditam, quia participat dignitatem mariti.

§. XX.

Deinde, quia alio plane animo in terri-

territorium venit et vocatur, quam vt subdita sit.

§. XXI.

Exinde quod vxor non sit subdita concluditur.

§. XXII.

Quae in Germania de imperio in vxorem obtineant principia.

§. XXIII.

Si Vxor non est subdita exinde nec reipublicae nec principi enascitur praeiudicium, dum eam hostilia agitantem hostilibus tractare possit mediis.

§. XXIV.

Germaniae principum quoad matrimonii causas in vxorem non subditam potestas.

§. XXV.

Illustrantur haec principia responso facultatis Ienensis Theol. et Iur.

§. XXVI.

Diuersa vxoris subditae et non subditae conditio.

§. XXVII.

Varii casus quibus vxor subditorum est numero.

SECTIO II.
EXEMPLA IMPERII MARITALIS SISTENS.

§. I.

Potestas mariti in vxorem se ad quaecunque eius negotia extendit.

§. II.

Quod variis Ictorum opinionibus commonstratur.

§. III.

Imperium Augusti in Augustam consideratur.

§. IV.

Exemplum Herodis, qui imperium in vxorem Mariamme exercuit.

§. V.

Constantini M. huc faciens exemplum.

§. VI.

Falsa sunt, quae de Ottonis III. in vxorem imperio referuntur.

§. VII.

Sigismundus imp. in carceres coniecit vxorem Barbaram.

§. VIII.

Henricus VIII. A. R. Annam Bolenam vxorem ad mortem condemnauit.

§. IX.

Idem Catharinam Howardam capite plecti iussit.

§. X.

Henrici Stuarti Mariae Scoticae maritus exemplum maritalis potestatis Dauidem Kizium interficiendo.

§. XI.

Quid de Reginae maritis sentiendum.

§. XII.

De Germaniae principum in vxores potestate variae sunt Ictorum opiniones.

§. XIII.

Faciunt huc exempla Ludouici, Palatini comitis, qui vxorem praecepit decollari.

§. XIV.

Io. Casimiri Coburgi Ducis, qui custodiae mandauit vxorem.

§. XV.

In diuortiorum causis Germaniae principes A. C. per sua cognouerunt Consistoria.

§. XVI.

In causis vinculum matrimonii non concernentibus imperator sibi cognoscendi tribuit potestatem.

SECTIO I.
PRAECIPVA IVRIS CAPITA EXHIBENS
ELABORATA A IO. AVGVSTO HELLFELD.

§. I.

Illustres, qui summo praesunt imperio, duplicem respectu coniugis sustinere personam, principis nempe et mariti, plerique asserunt Iureconsulti, duplicem exinde marito principi tribuentes potestatem, maritalem nempe, et imperium principis. Cum igitur imperium marito in vxorem competens illustri hic curatius examinare sit animus, vtramque eius potestatem maritalem aeque ac principis a se inuicem seiungamus necesse est.

§. II.

Maritalem potestatem iure naturae non nisi ex pacto competere, plerique asserunt auctores. GROTIVS: * *Ex consensu ius in personas quod oritur, aut ex consociatione venit aut ex subiectione. Consociatio maxime naturalis in coniugio apparet, sed ob sexus differentiam imperium non est commune; sed maritus vxoris caput nempe in rebus coniugii et in rebus familiae.* PVFFENDORFF, ** posteaquam marito imperium in vxorem negauit, pergit: *Neque tamen iure naturali quidquam obstat, quo minus vxor etiam proprie dictum imperium mariti subeat. Nam sese haud quidquam inuicem destruunt metus imperii et amicitia coniugalis, non magis quam imperium in principe amorem ciuium per se extinguit. Idque imperium non solum mariti sibi quaerere possunt per pactum matrimoniali conuentioni adiectum,*

 sed et

* GROTIVS *iure belli et pacis* lib. II. c. V. §. 8.

** PVFFENDORFF. *Ius N. et G.* lib. VI. §. II.

ſed et apud integros populos publica lege id ſanciri ſueuit. THOMASIVS:* *Eadem vero eſt ratio imperii maritalis, vtpote quod et ipſum non quidem deduci poteſt ex regulis iuſti, ſequitur tamen ex regulis decori.* GRIEBNER:** *ſicubi vero natura omnes conſtituit aequales, ita iure naturali, niſi aliud pacto cautum fuerit, nullum marito in vxorem imperium competit.* WERNHER:*** *Vti vero marita an vxori in hac ſocietate imperium competere debeat, Ius Naturae haud definit, ſed a mera conuentione in ſtatu naturali dependet.* Cum quibus conſentiunt plures ex recentioribus.

§. III.

Licet autem quam lubenter concedamus, mariti in vxorem poteſtatem non niſi ex pacto enaſci, de eo tamen potiſſimum eſt quaeſtio, an femina, quae in matrimonium conſentit, ſimul quoque in maritalem poteſtatem tacite conſentiat? ſeu an ex ſolo matrimonii pacto maritalis profluat poteſtas? quae nobis omnino affirmanda videtur. Conſtans enim rectae rationis lex eſt, vt qui in finem conſentit, in remedia quoque conſentire neceſſum habeat. Eadem regula in matrimonii pacto locum habet, et coniuges qui praeter procreationem, educationis finem habent propoſitum, in remedia ad hunc finem obtinendum facientia conſentiant eſt neceſſe. Iam vero non poteſt liberorum educatio tanquam matrimonii finis commode obtineri, niſi vni ex coniugibus quaedam tribuatur praerogatiua, quoddam relinquatur imperium. In plerisque enim contingere poſſet, vt in eligendis educationis remediis quam maxime coniuges diſſentiant, adeoque, cum inter duos ne numerus quidem ſuffragiorum vincere poſſit, res non habeat exitum et educatio impediatur liberorum.

* *Fundament. I. N. et G.* Lib. III. c. II. §. 15.

** *principia iurisprud. natur.* lib. I. c. VIII. §. 3.

*** *Elementa iuris Naturae* c. XVII. §. 10.

liberorum. Inde cum imperium vni ex coniugibus concessum, sit remedium ad commode obtinendam liberorum educationem, satis patet, coniuges, qui in educationem consenserunt, in id quoque, vt vni sit praerogatiua, tacite omnino consensisse. Haec vero praerogatiua, hocce imperium, nisi aliter pacto sit conuentum, non nisi marito potest competere. Coniuges enim tacite in id consensere, quod in liberis educandis consilia sequi velint optima et prudentiora: tamen quia aeque incertum futurum esset, vter coniugum magis altero sapiat, et in dubio ad id quod plerumque fit, sit confugiendum, coniuges quoque in id consensisse censendi sunt, quod in liberis educandis consilium sequi velint, quod vt plurimum pro prudentiori et meliori habetur? Hoc autem est mariti consilium, quod fragili feminarum plerumque melius est, ideoque marito circa negotia, quae ad societatis communis salutem vtilitatemque pertinent, praerogatiua quaedam est tribuenda, quam praerogatiuam maritalem dicimus potestatem. *

§. IV.

Potestas igitur *maritalis* ad matrimonii naturalia pertinet, et consistit in potestate determinandi ea, quae ad fines matrimonii melius obtinendos faciunt.

§. V.

Maritalis potestas ex consensu oritur (§. III.) et sic in iure consistit perfecto, quod coactionem tribuit. Hinc maritus vi maritalis potestatis vxorem ad illa omnia potest cogere, quae ad fines matrimonii commodius obtinendos faciunt.

* GROTIVS de I. B. et P. lib. II. c. V. §. VIII. *Consociatio maxime naturalis in coniugio apparet, sed ob sexus differentiam imperium non est commune: sed maritus vxoris caput, nempe in rebus familiae. Nam vxor pars fit familiae maritalis.* Nec morantur nos ea, quae autor obseruationis obuiae *in denen teutschen auserlesenen Anmerckungen* P. IIII. obganniat.

ciunt. Ast vel ipsa recta suadet ratio, vt durioribus mitiora praeferamus, ideoque maritus rationem sequens, nec ad coactiua progredietur remedia, si amicae supersunt adhortationes, nec durum adhibebit, si leniora sufficiant mala, vbique vero dignitatis habebit rationem.

§. VI.

Maritalis potestas circa fines matrimonii obtinendos se exserit. (§. IIII.) Quaecunque igitur ad liberorum procreationem eorumque educationem mutuumque adiutorium faciunt, illa vi maritalis potestatis ab vxore exigendi marito ius competit. * Hinc maritalis potestas degenerare non debet in herilem, nec illa marito tribuit ius vitae et necis, ius vxores vendendi permutandique. Longe quoque haec potestas differt a potestate ciuili, ideoque nec maritus vxoris iudex est, nec imperium civile in vxorem potest exercere.

§. VII.

Quae iure naturae marito in vxorem competit potestas, in solo iure determinandi ea, quae ad fines matrimonii faciunt obtinendos, consistit. Ast potest omnino vxor per pactum et spontaneam subiectionem maiorem marito concedere potestatem. Est enim in hominum arbitrio et aequalitati et libertati a natura competenti renunciare, ac inde quoque vxor suam in fauorem mariti repudiare potest libertatem suamque marito subiicere voluntatem. Quo casu maior quidem potestas, imo iurisdictio et imperium ciuili simile marito in vxorem potest competere. Ast illud non ex sola matrimonii in-

* Latius igitur quam par erat maritalem extendendam censebat potestatem Mortonius, qui vt Darlaeum Mariae Scoticae Reginae maritum accenderet, sic loquitur apud Thuanum. hist. Lib. XXIIII. Itaque Mortonium, mirum accendendis offensionibus artificem nouo Regi facile persuasisse, quo vxoris contemtum vlcisceretur, vt regia insignia sibi sumeret palam dictitantem ita natura comparatum esse, vt feminae pareant, viri in feminam imperium habeant.

nii indole sed pacto et voluntaria vxoris subiectione enascitur.

§. VIII.

Mediante pacto maior quam iure naturae competit marito potest tribui potestas. (§. 7.) Ast illam interdum et ipsa lex absque pacto marito adscribit. Sane ipse Deus sapientissimus post lapsum primorum parentum femineum sexum in eam condemnauit poenam, vt vxoris voluntas marito subesset. * Ex divino hoc mandato sunt qui colligunt, maritum omnimodam exigere posse subiectionem, illique non in caussis solum liberorum procreationem, educationem, mutuumque adiutorium concernentibus, sed et in aliis quibuslibet competere imperium ac iurisdictionem quandam domesticam. Inde et glossa bibliorum in Saxonia inferiori vsitatorum profluxit, quod maritus vxorem debeat *peinigen und plagen. He shal die Vacken tho pinigen und tho plagen*, ad quam in Codice bibliothecae cuiusdam adscripta leguntur verba

De uns dat wil updragen
Uns to pinigen und to plagen
Den schall de Düffel nagen

geschreben
Von Fr. Grafin Konigsmarck

Sed iam alii monuerunt in textu scripturae originario esse futurum, ac inde Deum de imperio maritali loqui non tanquam de re quae fieri debeat, sed tanquam de eo quod futurum sit. Varia, si aliter interpretari velis textum, sequerentur absurda. Quomodo enim mulieri inperanti absque peccato parere possent tot

* Genes. III. 16. 1. Cor. XI, 7. 1. Tim. II, 11. Eph. V, 23. Coloss. III, 18. 1. Petr. III, 1.

ciunt. Ast vel ipsa recta suadet ratio, vt durioribus mitiora praeferamus, ideoque maritus rationem sequens, nec ad coactiua progredietur remedia, si amicae supersunt adhortationes; nec durum adhibebit, si leniora sufficiant mala, vbique vero dignitatis habebit rationem.

§. VI.

Maritalis potestas circa fines matrimonii obtinendos se exserit. (§. IIII.) Quaecunque igitur ad liberorum procreationem eorumque educationem mutuumque adiutorium faciunt, illa vi maritalis potestatis ab vxore exigendi marito ius competit. * Hinc maritalis potestas degenerare non debet in herilem, nec illa marito tribuit ius vitae et necis, ius vxores vendendi permutandique. Longe quoque haec potestas differt a potestate ciuili, ideoque nec maritus vxoris iudex est, nec imperium civile in vxorem potest exercere.

§. VII.

Quae iure naturae marito in vxorem competit potestas, in solo iure determinandi ea, quae ad fines matrimonii faciunt obtinendos, consistit. Ast potest omnino vxor per pactum et spontaneam subiectionem maiorem marito concedere potestatem. Est enim in hominum arbitrio et aequalitati et libertati a natura competenti renunciare, ac inde quoque vxor suam in fauorem mariti repudiare potest libertatem suamque marito subiicere voluntatem. Quo casu maior quidem potestas, imo iurisdictio et imperium ciuili simile marito in vxorem potest competere. Ast illud non ex sola matrimonii in-

* Latius igitur quam par erat maritalem extendendam censebat potestatem Mortonius, qui vt Darlaeum Mariae Scoticae Reginae maritum accenderet, sic loquitur apud Thuanum. hist. Lib. XXIIII. itaque Mortonium, mirum accendendis offensionibus artificem nouo Regi facile persuasisse, quo vxoris contemtum vlcisceretur, vt regia insignia sibi sumeret palam dictitantem ita natura comparatum esse, vt feminae pareant, viri in feminam imperium habeant.

nii indole ſed pacto et voluntaria vxoris ſubiectione enaſcitur.

§. VIII.

Mediante pacto maior quam iure naturae competit marito poteſt tribui poteſtas. (§. 7.) Aſt illam interdum et ipſa lex absque pacto marito adſcribit. Sane ipſe Deus ſapientiſſimus poſt lapſum primorum parentum femineum ſexum in eam condemnauit poenam, vt vxoris voluntas marito ſubeſſet. * Ex divino hoc mandato ſunt qui colligunt, maritum omnimodam exigere poſſe ſubiectionem, illique non in cauſis ſolum liberorum procreationem, educationem, mutuumque adiutorium concernentibus, ſed et in aliis quibuslibet competere imperium ac iurisdictionem quandam domeſticam. Inde et gloſſa bibliorum in Saxonia inferiori vſitatorum profluxit, quod maritus vxorem debeat *peinigen und plagen. He shal die Vacken tho pinigen und tho plagen*, ad quam in Codice bibliothecae cuiusdam adſcripta leguntur verba

De uns dat wil updragen
Uns to pinigen und to plagen
Den ſchall de Düffel nagen

geſchreben
Von Fr. Grafin Konigsmarck

Sed iam alii monuerunt in textu ſcripturae originario eſſe futurum, ac inde Deum de imperio maritali loqui non tanquam de re quae fieri debeat, ſed tanquam de eo quod futurum ſit. Varia, ſi aliter interpretari velis textum, ſequerentur abſurda. Quomodo enim mulieri inperanti absque peccato parere poſſent tot

* Geneſ. III. 16. 1. Cor. XI, 7. 1. Tim. II, 11. Eph. V, 23. Coloſſ. III, 18. 1. Petr. III, 1.

sent tot hominum myriades, quod tamen fieri, diuersae suo exemplo testantur prouinciae? Quomodo salua conscientia Georgius Daniae princeps Annae Brittannicae, Henricus Stuartus Mariae Scoticae, Fridericus Vlricae Eleonorae Suecicae vxoribus obsequium promittere potuissent iuratum? si ne vnico quidem marito vxor imperare sed potius suam marito ex Dei praecepto subiicere tenetur voluntatem. Deinde si vel maxime statuamus, Deum in lapsus poenam marito subdedisse vxorem, haec tamen eo non est interpretanda subiectio, quod fini contrariaretur matrimonii. Quid autem matrimonii fini magis esset contrarium, quam marito imperium vel herile vel ciuile adscribere? vtrumque timorem magis incutit, quam amorem progenerat, absque amore vero matrimonii felices obtineri vix queunt fines. Plane ad fines matrimonii commode obtinendos non alia marito tribui potest potestas, quam quae in directione mutui adiutorii, educationis et procreationis liberorum consistit, et haec quoque potestas est cui Deus subiecit vxores. Hinc si quid recte video, poena qua vxores maritis subesse iubentur, non positiua sed naturalis est, ex ipsa corrupta hominum natura profluens. Sola enim, qua ante lapsum homines praediti erant, sapientia ad mutuum amorem et ea omnia, quae ad fines matrimonii consequendos faciunt, coniuges excitasset, et nullo opus fuisset imperio. Ast posteaquam graui lapsu corrupta est hominum indoles, fieri vix aliter potuit, quam vt pro amore discordia et pro sapientia stultitia enasceretur, ac inde duce et directorio, si in societatibus ad optatam peruenire cupimus metam, omnino sit opus. *

§. VIIII.

* Vberius haec vide deducta apud SCHOEPFER im *Rechtl. Bedencken ob eines regierenden Fürsten Gemahlin ihres Gemahls Unterthanin §. 60.*

§. VIIII.

Eodem modo magna erat, quam Romani marito in vxores tribuerunt, poteſtas. Erant enim vxores, quae in manum conuenerant maritali imperio ſubiectae, et inſtar filiae familias habebantur. Quemadmodum igitur filia familias in dominio patris Quiritario exiſtebat, patrique ius vitae et necis, ius adquirendi per eam, imo in illam iurisdictio competebat, ita quoque vxor in dominio erat mariti, * quicquid illa adquirebat mariti erat, ** qui et iudex dicebatur vxoris ***, ſuamque ad vitam necemque vxoris poteſtatem extendebat. ****

§. IX.

Dura quoque vxorum erat conditio apud Gallos, de quo CAESAR: ***** *Viri in vxores ſicuti in liberos vitae necisque habent poteſtatem, et quum pater familias illuſtriore loco natus deceſſit eius propinqui conueniunt, et de morte ſi res in ſuſpicionem venit, de vxoribus in ſeruilem modum quaeſtionem habent, et ſi compertum eſt igni atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt.* De Germanis TACITVS †: *Pauciſſima in tam numeroſa gente adulteria, quorum poena praeſens et maritis permiſſa accisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus ac per omnem vicum verbere agit.* Simili modo pleraeque Germaniae gentes vxorem mariti ſubeſſe poteſtati voluerunt, quarum leges adduxit HEINECCIVS †† ſimulque poteſtatem Germanorum maritalem definit, quod ſit *facultas mariti compe-*

* GELLIVS N. A. XVIII. 6.
** CICERO Topic. IV.
*** PLINIVS hiſt. natur. XIIII. 13.
**** DIONYS. HALIC. II. p. 96. GELLIVS II. 23.
***** *de bello Gallico* lib. VI. c. 19.
† *de moribus Germ.* c. 19.
†† *Elem. Iur. Germ.* T. I. §. 272. 275.

competens, tum personam vxoris tegendi defendendique, tum eius bona administrandi, vt vel ipse de illis suo arbitrio disponere, vel saltim vxor in illis nihil agere possit sine mariti consensu et praescitu.

§. XI.

Maritalis potestas ad naturalia matrimonii pertinet, ideoque non necessario quidem, sed tamdiu solum competit marito, donec aliter pacto conuenerit. Hinc dubium non est, quin vxor pacto sibi stipulari possit hanc potestatem, quae tunc non marito sed vxori competeret. Sic si vxor summo cum imperio prouinciae praeesset, et inferiori nuberet, maritus potestatem maritalem in vxorem pacto posset transcribere. Spectat huc exemplum Iac. Boduelli, Ducis Orcadum, qui ducturus Mariam Scotorum Reginam, conceptis verbis iurauit:* *se nullam inde praecellentiam aut supremi gradus fastigium spectare, sed id vnum ut perinde Reginae atque adhuc fecerit, quoad viueret, pareret atque inseruiret.* Ast solo pacto vxor hanc consequitur potestatem, quam proinde ob solum quo gaudet ciuile imperium sibi sumere nequit. Diuersa enim est potestas ciuilis et maritalis, et licet ciuilem habeat vxor, maritalis tamen non deneganda erit marito, nisi illa pacto in vxorem sit translata.

§. XII.

Ast hic de illustribus, ac illis praesertim, qui supremi sunt imperantes, erit agendum. His ea quidem, quam ius naturae maritis concedit, non deneganda erit potestas, ast maior omnino erit disceptatio, an maritus quoque imperium exercere possit ciuile. Si res ICtorum aestumanda venit opinionibus plures omnino sunt, qui affirmant, vxorem principis et summi imperantis subditorum quoque numero esse habendam.

* BVCHANANVS *rerum Scoticarum* lib. XVI. p. 674.

habendam. Sic HERTIVS:* *Cum uxor liberique principum et comitum superioritatem non participent, habitatio autem in regione subditum faciat, non intelligitur qua ratione sint exemti. Sane in regnis uxores liberosque regibus subesse negari nequit.* STRYKIVS ** *De Augustae iudice nihil in A. B. expressum, hinc haud abs re erit, si et in hanc quaestionem breuiter inquiramus. Et quidem si ad ius ciuile respicere quis velit, in eam necessario descendet sententiam, quod et ipsa forum coram Palatino sortiri debeat, cum* ex L. 9. C. de Incol. et L. 13. C. de dignitat. - *Satis manifesto constet, uxorem participem fieri fori mariti. Sed ex his legibus decisio petenda non est, quia ex consuetudine imperator forum coram Palatino sortitus, quae cum stricti iuris sit, ad Augustam extendi nequit. Accedit, quod Augustis hoc priuilegium tributum dicant doctores vt uxori et liberis ius dicere possint.* Menoch. Conf. 2. n. 22. *quod ius generali dispositione A. B. ademtum non videtur. Neque exempla ex historiis desunt,* v. g. *Ottonis III. in Mariam coniugem. Henrici VI. in Constantiae suae adulterium, et Sigismundi in barbaros suae Barbarae mores seuerius inquirentium.* BVXTORFF *ad A. B. et* LIMNAEVS ad A. B. c. I. §. 3. obs. 3. et alio loco *** *Si princeps ipse contra uxorem suam agere velit, siue ex capite adulterii, siue ex capite malitiosae desertionis, hanc in iudicio principis conueniri posse puto.* SCHILTER: **** *Etsi vero par in parem non dicatur habere potestatem, haud tamen ita in consortium imperii recipitur Augusta, quin sit tamen societas coniugalis, h. e. paritas inadaequata, vt tamen socia subordinata sit imperatori atque marito. Quod re indicata comprobauit Otto III. imp. Augustam adulteram et per calumniam homicidii ream ad ignem et viuicomburium damnauit, cognita caussa in senatu principum.* Goth. Viterb. p. 17. KOENIGSHOFEN Chron. c. II. p. 160. GOBEL. PERSONA Cosm. aet. 17. c. 50.

* in *differt. de subiectione territoriali S. §. 6.*

** in diss. *de foro Germ. princ. singulari* cap. II. §. 12.

*** Cap. III. §. 13.

**** *Institut. Iuris publ. lib.* I. Tit. XVI. §. 3.

17. c. 50. Eandem quoque ſententiam defendit LVDOLF:* *De ſubalternis dum loquor principibus, ſummos in republica Monarchas iurisdictionem in vxores iure exercere, nemo eſt qui non intelligat, atque exercuiſſe vel vnicum Henrici VIII. Angliae R. exemplum docet.* VITRIARIVS:** *Cum principes noſtri pleniſſimo iure ſua teneant territoria, ita vt quicunque deprehenduntur in ipſorum territoriis domicilia conſtituiſſe, praeſumantur eſſe ſubditi eorum perpetui, niſi probent ſe eſſe exemtos; et vero Principiſſae ſine dubio in principatu ſua domicilia conſtituta habeant, praeſumuntur ſubditae eſſe principum, vsque dum ſe ab hac ſubiectione exemtas eſſe oſtendunt, aut ſi hoc non oſtendunt, ſubiectae erunt et legibus, ſeu ſtatutis principum tenebuntur.* TITIVS: *** *Non tantum hominibus priuatis, ſed et veris ſubditis illa eſt annumeranda, ſubeſt enim marito, non tam qua imperatori, quam potius qua Regnorum territoriorumque ſuorum domino, hinc iura feminarum aliarum in iurisprudentia priuata vel explicata vel explicanda ad illam quoque in quantum illuſtrior eius conditio id admittit, applicari debent.* Quam ſententiam quoque B. TRVVIVS defendit.****

§. XIII.

Eorum igitur argumenta, qui ciuili principis poteſtati vxorem ſubiiciunt, ad duo potiſſimum redeunt capita. Primo vulgatam iuris regulam huc trahunt, qua omnes in territorio exiſtentes domino quoque territorii ſubeſſe, ac inde nec vxori a poteſtate territoriali exemtionem concedi poſſe, ſtatuunt. Idque eo fidentius aſſerunt, quo magis principium credunt fundatum, habitationem facere ſubditum, et inde quoque vxorem in mariti territorio habitantem ſubditorum, licet honoratiorum iure, ex habitatione eſſe cenſendam. Deinde ad exempla prouocant, quorum coaceruato monſtrare cumulo nituntur, maritos ſubditorum loco coniuges habuiſſe, in eas iuris-

* *De iure feminar. illuſtrium* P. I. §. 19.

** *Inſtit. Iur. Publ. tit.* 17. §. 10.

*** *in Iurispr.* L. V. c. 7. §. 2.

**** Syntagmate iuris publici. C. XXV. §. 23.

iurisdictionem et imperium exercuisse, imo mortis poena illas adfecisse.

§. XIV.

Et varia omnino sunt exempla, quae principes iurisdictionem in vxores exercuisse satis probant, ast illa non quid fieri debuisset, sed potius quid factum sit demonstrant. In plerisque enim aut potentia ius praeualuit, aut maritus, iure quo principes in hostes vti solent, vxorem tractauit. Politicorum vero regula, qua omnes in territorio habitantes territorii principi subiecti praedicantur, recta quidem se habet, ast non ita est comparata, vt nullam plane admittat limitationem aut exceptionem. Variae enim in territorio existere possunt personae, quae territoriali non subsunt potestati, et pacto vel expresso vel tacito exemtionem sunt consecutae. De legatis, quod non sint subditi, res certa est, idem circa principem post abdicationem in territorio commorantem * obtinet. Simili modo nemo temere affirmabit, summum principem consensu domini territorialis eius territorium transeuntem, seu in eo ad tempus visitandi causa commorantem, iuri subiici territoriali, et territorialis domini fieri subditum. ** Nullus igitur dubito, fore omnes, qui mecum consentient, principem personis in ter-

* Sic *Carolus V.* post abdicationem, filii Philippi II. subditus non fuit. *Christina* Sueciae regina post abdicationem in Suecia commorans Regi non erat subiecta. *Victor Amadeus* II. Sardiniae rex imperio ciuili non fuit subiectus, et dum eum carceri filius inclusit, iure quod in hostes competit, est vsus, non vero pro subdito patrem habuit. Hodiernus Hispaniae rex postquam imperium Ludouico filio tradiderat, non subditus sed in statu naturali erat.

** Sic nemo temere affirmabit *Carolum V.* dum apud *Franciscum I.* in Gallia commoraretur, Galliae R. subditum fuisse. Risu exciperetur, qui assereret, *Carolum II.* dum Hispaniae Regem, postea imperatorem VI, cum Angliae Reginam visitaret, Anglicanis subditis fuisse annumerandum, aut Regem Borussiae in castris ad Muhlbergam Friderico Augusto electori Saxoniae subiectum fuisse. Imo ne Turcae quidem Carolum XII. Sueciae Regem, dum post cladem apud Pultauam in Turcia habitaret et subsidiis viueret Turcicis pro subdito tractarunt.

17. c. 50. Eandem quoque ſententiam defendit LVDOLF:* *De ſubalternis dum loquor principibus, ſummos in republica Monarchas iurisdictionem in vxores iure exercere, nemo eſt qui non intelligat, atque exercuiſſe vel vnicum Henrici VIII. Angliae R. exemplum docet.* VITRIARIVS:** *Cum principes noſtri pleniſſimo iure ſua teneant territoria, ita vt quicunque deprehenduntur in ipſorum territoriis domicilia conſtituiſſe, praeſumantur eſſe ſubditi eorum perpetui, niſi probent ſe eſſe exemtos; et vero Principiſſae ſine dubio in principatu ſua domicilia conſtituta habeant, praeſumuntur ſubditae eſſe principum, vsque dum ſe ab hac ſubiectione exemtas eſſe oſtendunt, aut ſi hoc non oſtendunt, ſubiectae erunt et legibus, ſeu ſtatutis principum tenebuntur.* TITIVS: *** *Non tantum hominibus priuatis, ſed et veris ſubditis illa eſt annumeranda, ſubeſt enim marito, non tam qua imperatori, quam potius qua Regnorum territoriorumque ſuorum domino, hinc iura feminarum aliarum in iurisprudentia priuata vel explicata vel explicanda ad illam quoque in quantum illuſtrior eius conditio id admittit, applicari debent.* Quam ſententiam quoque B. TRVVIVS defendit.****

§. XIII.

Eorum igitur argumenta, qui ciuili principis poteſtati vxorem ſubiiciunt, ad duo potiſſimum redeunt capita. Primo vulgatam iuris regulam huc trahunt, qua omnes in territorio exiſtentes domino quoque territorii ſubeſſe, ac inde nec vxori a poteſtate territoriali exemtionem concedi poſſe, ſtatuunt. Idque eo fidentius aſſerunt, quo magis principium credunt fundatum, habitationem facere ſubditum, et inde quoque vxorem in mariti territorio habitantem ſubditorum, licet honoratiorum iure, ex habitatione eſſe cenſendam. Deinde ad exempla prouocant, quorum coaceruato monſtrare cumulo nituntur, maritos ſubditorum loco coniuges habuiſſe, in eas iuris-

* *De iure feminar. illuſtrium* P. I. §. 19.

** *Inſtit. Iur. Publ. tit.* 17. §. 10.

*** *in Iuriſpr.* L. V. c. 7. §. 2.

**** Syntagmate iuris publici. C. XXV. §. 23.

iurisdictionem et imperium exercuisse, imo mortis poena illas adfecisse.

§. XIV.

Et varia omnino sunt exempla, quae principes iurisdictionem in vxores exercuisse satis probant, ast illa non quid fieri debuisset, sed potius quid factum sit demonstrant. In plerisque enim aut potentia ius praeualuit, aut maritus, iure quo principes in hostes vti solent, vxorem tractauit. Politicorum vero regula, qua omnes in territorio habitantes territorii principi subiecti praedicantur, recta quidem se habet, ast non ita est comparata, vt nullam plane admittat limitationem aut exceptionem. Variae enim in territorio existere possunt personae, quae territoriali non subsunt potestati, et pacto vel expresso vel tacito exemtionem sunt consecutae. De legatis, quod non sint subditi, res certa est, idem circa principem post abdicationem in territorio commorantem * obtinet. Simili modo nemo temere affirmabit, summum principem consensu domini territorialis eius territorium transeuntem, seu in eo ad tempus visitandi causa commorantem, iuri subiici territoriali, et territorialis domini fieri subditum. ** Nullus igitur dubito, fore omnes, qui mecum consentient, principem personis in ter-

* Sic *Carolus V.* post abdicationem, filii Philippi II. subditus non fuit. *Christina* Sueciae regina post abdicationem in Suecia commorans Regi non erat subiecta. *Victor Amadeus* II. Sardiniae rex imperio ciuili non fuit subiectus, et dum eum carceri filius inclusit, iure quod in hostes competit, est vsus, non vero pro subdito patrem habuit. Hodiernus Hispaniae rex postquam imperium Ludouico filio tradiderat, non subditus sed in statu naturali erat.

** Sic nemo temere affirmabit *Carolum V.* dum apud *Franciscum I.* in Gallia commoraretur, Galliae R. subditum fuisse. Risu exciperetur, qui assereret, *Carolum II.* dum Hispaniae Regem, postea imperatorem VI, cum Angliae Reginam visitaret, Anglicanis subditis fuisse annumerandum, aut Regem Borussiae in castris ad Muhlbergam Friderico Augusto electori Saxoniae subiectum fuisse. Imo ne Turcae quidem Carolum XII. Sueciae Regem, dum post cladem apud Pultauam in Turcia habitaret et subsidiis viueret Turcicis pro subdito tractarunt.

territorio commorantibus a ſubiectione exemtionem concedere poſſe territoriali. Inde videamus, annon principis quoque vxori huiusmodi poſſit competere exemtio.

§. XV.

Quod vt eo magis pateat, ex iure ciuitatum vniuerſali hic notamus, omnem ſubiectionem ſolo fieri conſenſu. Inuoluit enim ſubiectio libertatis amiſſionem, et libertas ad τὸ ſuum pertinet hominis, quae proinde inuito nec auferri nec minui poteſt, ſed ſolo amittitur conſenſu. Hinc quoque ad ſubiectionem, quae in amiſſione libertatis conſiſtit, nemo poteſt cogi, ſed illa ſolo conſtituitur conſenſu eius, qui alterius ſubire debet imperium.

§. XVI.

Haec licet admodum ſint clara, non deſunt tamen, qui illa variis impugnare dubiis omni nituntur opera, inter ciuitatem iam conſtitutam et demum conſtituendam diſtinguendum cenſentes.* In conſtituenda ciuitate neceſſarium eſſe conſenſum eius, qui imperium ſubire debet ciuile, non negant, aſt in ciuitate iam conſtituta interdum absque conſenſu ſubiectionem per ſolam conſtitui legem, ſibi perſuadent. Vt ſua probent, prouocant, primo ad eorum exempla, qui conſentiendi deſtituuntur facultate, vtpote infantum, furioſorum, mente captorum aliorumque, quos ex ſola legis diſpoſitione absque conſenſu, quippe quem non habent, ſubditos eſſe dicunt. Deinde putant, inuitos quoque ſubditos fieri illos, qui in territorio commorantur, licet vel maxime eo animo, quod ſubditi eſſe velint, in territorium non venerint, idque expreſſis teſtati ſint verbis. Aſt rem curatius aeſtumantes omnem, infantes, furioſi, mente capti habentur ſubditi, quatenus ſubiectio in eorum vergit commodum, ideoque eorum in ſubiectionem conſenſus fruſtra deſideratur, quippe quo non opus eſt in rebus, quae ad commodum et vtilitatem infirmiorum pertinent. Deinde ſubiectionem per ſolam in territo-

* non autores ſed eorum opiniones et errores hic recenſemus.

ritorio commorationem inferri, contrario licet animo declarato, affirmatur quidem, sed non probatur. Omnis enim obligatio oritur vel ex lege vel ex pacto, ergo quoque per habitationem fit subditus vel lege iubente vel pacto interueniente. Lex, ex cuius dispositione habitatio efficeret subditum, esset vel naturalis vel ciuilis. Ciuilis si esset, illa non nisi ciues teneret, et non tam ciues et subditos efficeret, quam factos praeponeret. Hinc quoque nulla esset ratio, cur exteri, principi et territorii domino nondum subiecti, ingredientes territorium fieri debeant subditi. Obiicis forsan, quendam eo momento, quo in territorium venit, fieri subditum, ast haec principium petit obiectio et quaestio est, de qua iam disceptamus, eam ob causam in demonstratione non adhibenda. Deinde ex rectae rationis legibus habitationem subditum efficere, forsan exinde credis, quod domino territorii ius competat ex suo omnes excludendi territorio, qui subiectionis subire nolint iugum. Et facile assentior, pendere ab arbitrio domini territorialis quemlibet a territorio vel excludendi vel in illud admittendi, et admittendis certas, sub quibus admittantur, conditiones praescribendi. Affirmo quoque ad hasce conditiones adimplendas quemlibet obligari, qui territorium ingredi cupit, ast nego, qui neglecta obligatione in territorium venit, subditum esse. Nam licet cuilibet ex rectae rationis principiis ius competat ex suo alios excludendi, et contra suam ingredientes voluntatem malis adficiendi, imo si mitiora non sufficiant, illos eodem quo subditos modo tractandi, princeps tamen hisce remediis non tanquam imperans in subditos, sed tanquam hostis in hostem vti potest. * Si igi-

* Sic Regi Galliae ius quidem competit, a Galliae territorio omnes excludendi, ac ingredientes quibuslibet adficiendi malis, ast absurdum esset, si quis diceret, Hungaros milites in territorio Gallico hostilia facientes tanquam Galliae subditos puniri, et Hungaros tali modo in Galliae existentes territorio esse subditos Galliae.

praecedentiamque accipere,* imo inter summos principes in signum independentiae ciuilis coronari. Si igitur verum est, quod nemo forsan negabit, illustrem maritum suae dignitatis participem reddere vxorem, hoc sane, si quid vnquam, consequi videtur: vxorem principis non esse marito subditam. Duplex enim est, qua princeps gaudet, dignitas, summi nempe imperii et libertatis naturalis. Hinc si vxor mariti principis participare debet dignitatem, illi aut vtraque mariti dignitas imperium nempe ciuile et libertas naturalis, ** aut libertas naturalis absque imperio erit tribuenda. Ab vtraque enim si excluderetur, et nec imperium nec libertatem naturalem participaret, vix esset, quod illam maritalis participem crederes dignitatis. Quamcunque vero a marito cum vxore dignitatem communicari tibi fingas, illa a subiectione erit libera. Siue enim in regiminis consortium adscitam tibi coniugem fingis, siue illam a regimine exclusam in libertatis naturalis praerogatiua tibi concipis, contradictorium erit illam simul imperio subicere ciuili. Tandem quae potest esse inter imperantem et subditum dignitatis aequalitas? Hinc si aliqualem saltim inter principem eiusque vxorem dignitatis aequalitatem statuis, vxor principis non potest esse eius subdita, et vix tibi per somnum concipies, velle principem, vt vxor, quam in dignitatis aequalitatem vocat, simul sit subdita.

§. XX.

Denique nec vxor eo animo in mariti venit territorium, vt ciuili eius se subiiciat imperio, nec vlla est circumstantia, ex qua

* Conf. supra Cap. VII. §. XIXII. XIII.

** Si vxor ad regiminis consortium admittitur, eo minus dubium est, quod a subiectione sit libera. Sic Maria Anglicana Philippo Hispanico nupta licet vel maxime in Hispania commorasset, tamen marito Hisp. Regi subiecta non fuisset, quia imperii consors v. supra Cap. III. §. V.

ex qua tacitum eius in subiectionem consensum liceat concludere. Primo enim non adeo faciles sunt homines etiam leuissimi in iactanda libertate, vt praesumi possit, vxorem illustrem absque necessitate naturali repudium missuram esse libertati. Quae autem necessitas vxorem cogeret, vt mariti fieret subdita? Sane nec matrimonii natura, nec sponsus subiectionem exigit, imo nec ea ciuitatum est ratio, vt absolute omnes in illis commorantes principi sint subiecti. (§. XIIII.) Deinde si vel maxime fingis, maritum eo animo vxorem sibi elegisse, vt subdita sit, haec tamen voluntas, quia singulare quoddam contineret, omnino fuisset declaranda. Vxor enim illustris regulariter mariti participat et dignitatem et libertatem, et inde in nuptias consentiens, in id quoque vt mariti consequatur libertatem consentit. Hanc si concedere non vult maritus, loqui et debuisset et potuisset, quod dum non fecit, consensit, vt vxor libertatem participet naturalem, ac inde subditorum numero coniugem habere nequit.

§. XXI.

Solus consensus facit subditum (§. XVI.) hoc vel ex parte imperantis, vel ex parte eius, qui subire debet imperium, deficiente, nulla constituitur subiectio. (§. XVII.) Iam vero princeps maritus non eo animo in territorium vocat vxorem, vt subdita fit, (§. XIX.) nec vxor vt subdita fieret, in territorium venit. (§. XX.) Ergo quoque deficiente vtraque ex parte consensu, vxor principis non est subdita. * Hinc quoque vxor principi nunquam praestat homagium, quod tamen ab omnibus exigi solet subditis, quodque plerumque pro subiectionis habetur nota.

* Eadem probat SCHORN *im Bedencken ob eines regierenden Fürsten und Herrn Gemahlin ihres Gemahls Unterthanin*, cuius argumenta nos ab ea deduxerunt sententia, quam olim defendimus.

§. XXII.

Quae hactenus dedimus, sunt quidem generalia, rectae rationis principia, ast illa et pacto et consuetudine prouinciarum posse mutari, nemo forsan dubitabit. Inter Germaniae proceres quae obtineant, variae sunt ICtorum opiniones, et non desunt, qui putant, eadem que diximus in Germania esse obseruanda. Dicunt enim, Germaniae principis vxorem mariti dignitatem participare, illam in mariti territorium, vt subdita sit, nec venire nec vocari, indeque, quod in subiectionem tacite consenserit, praesumi non posse. Deinde eo magis illustrem Germaniae vxorem mariti imperio non subesse credunt, quod inter Germaniae principes ius Romanum sit receptum, et ex huius iuris dispositione vxor forum mariti sequatur, quae proinde non magis mariti iurisdictioni subiici possit, quam ipse maritus. Tandemque varia extare exempla affirmant, quae satis probent, vxores non coram marito, sed aut in imperii iudiciis aut coram Austregis esse conueniendas. Priuati non est, hasce tam arduas illustrium lites suas facere, aut sententiam non rogatus dicere. Hinc meum quoque suspendo iudicium, remque iis quibus conuenit de huiusmodi iudicare causis, relinquo omnem. * Non possum tamen quin adducam, quae illustribus Germaniae personis in hac re sententiae haereant. Huc enim facit *Hertzog Carls zu Mecklenburg publicirte deduction wegen der von seinem Herrn Bruder Hertzog Christian zu Mecklenburg Schwerin vorgenommener Ehescheid- und anderer Vermälung mit der Duchesse de Chatillon,* ** ibi enim haecce

* argumenta, quae ab vtraque parte afferuntur, adducit. IO. AVG. Nob. a BERGER *In iure apanagiali* §. 54. sqq. Caeterum, quod vxor imperii principis non sit subdita praeter SCHOENIVM adductum defendunt MYLERVS ab EHRENBACHI P. I. §. 19. *Gamol.* Cap. VII. §. XXII. sqq. de LVDOLFF *de iure feminarum illustrium.* Ect. T. II. p. 174.

** LVNIG *Grundfeste Europäischer Potentzen Gerechtsame.*

haec ecce sunt verba: *Es haben die niedergesetzte (Fürstliche Räthe) weder propriam noch delegatam iurisdictionem gehabt. Propriam iurisdictionem werden sie Ihnen verhoffendlich nicht anmassen, als denen über Fürstl. Personen propria auctoritate zu iudiciren, gar nicht anstehet; und wird unsers Bruders Lbd. selbst ihren Dienern und Vnterthanen über sich und Dero Gemahlin, proprio iure zu iudiciren nicht gestatten; wenn er aber delegatam iurisdictionem praetendirt, so kan dieselbe von niemand anders als von unserm Bruder selbst, tanquam parte delegiret seyn. Ist demnach seine Lbd. in propria causa iudex gewesen, zumal non tam delegatus quam delegans pro iudice zu halten, iuxta vulgatam regulam; quod quis per alium facit, ipse fecisse putatur. Wenn aber Se. Lbd. in ihrer eigenen Sache nicht Richter seyn können, als welches wieder die Natur selbst streitet, auch über der Gemahlin Fürstl. Person, wenn dieselbe schon a tertio belanget wäre, keine iurisdiction gehabt, also dieselbe in propria causa ihr viel weniger anmassen können, so wird nothwendig folgen müssen, dass Se. Lbd. iurisdictionem die sie selbsten nicht gehabt, andern nicht auftragen können, oder die bekandte Regul müste Abbruch leiden: quod nemo plus iuris quam ipse habet in alium transferre possit.* Paullo post: *Vnd den Fall gesetzt, dass Se. Lbd. iurisdictionem Consistorialem et ecclesiasticam in solidum gehabt hätten, allermassen andere protestirende Fürsten und Stände des Reichs haben, so hätten sie demnoch dieselbe in propria causa contra propriam coniugem nicht exerciren können. Denn es erstreckt sich die iurisdictio nicht weiter als auf die* Vnterthanen unter deren Zahl aber die Gemahlin nicht gehöret. *Gleichwie demnach nicht folget*, princeps habet iurisdictionem ciuilem, ergo etiam in propria causa contra propriam coniugem habet: also folget auch mit nichten: princeps Augustanae confessionis habet iurisdictionem ecclesiasticam, ergo etiam in propria causa contra propriam coniugem exercere potest. Item folget nicht; Princeps Augustanae confessionis potest constituere consistorium in causis matrimonialibus subditorum, ergo etiam in propria causa, quam cum coniuge habet, pro lubitu Consistorium formare potest, *denn da heist es billig:* par in parem non habet imperium; item qui iurisdictione praeest, neque sibi ius dicere

debet

debet neque vxori, it. nequis in sua causa iudicet vel ius sibi dicat. Si ius autem dicere non debet, ergo nec iudicem dare, cum iurisdictio sit etiam iudicis dandi licentia. Porro: *Zudem ist Rechtens, dass etiam in foro alias competente, iudex suspectus niemanden wieder seinen Willen könne aufgedrungen werden. Wenn denn die domestici, und sonst alle dieienigen, quibus ab aduersa parte impetrari potest, in den Rechten pro suspectis gehalten werden; und aber alle die von unsers Bruders Lbd. anmasslich bestellte Richter ihre Diener geheimbde und andere Räthe und Vnterthanen gewesen &c.*

§. XXIII.

Si vero principis vxor eius non est subdita, ius quoque, quod marito in vxorem competit, non aliud erit, quam quod naturae leges marito concedunt. Hinc omnis in vxorem illustris potestas mariti in iure ea, quae ad liberorum procreationem, educationem mutuumque adiutorium faciunt, exigendi, consistit eique nec herile nec ciuile tribui potest imperium. Nec est, quod putes, magnum et principi et reipublicae exinde imminere periculum, si vxor in mariti existens territorio in libertate viueret naturali, satis enim sufficientes mariti sunt vires ad quascunque vxoris machinationes propulsandas. Finge tibi vxorem turbas in republica excitantem, hostilia in rempublicam et maritum consilia agitantem, mariti vitae insidiantem, de perdenda mariti salute cogitantem, adulterantem, homicidam seu quaecunque scelera in maritum et rempublicam exercentem, tunc vxor degenerabit in hostem et marito liberum erit, illam quibuscunque remediis coercere violentis. Hinc vxor principis adulterans non quidem a iudicio mariti constituto condemnari et puniri, * ast ob laesiones

* Ast licet vxor coram constituto iudicio nec excusari, nec condemnari aut illi poena dictitari possit, nihilominus tamen maritus non prohibetur rem omnem cum consiliariis agere, et prudenter agit, isi non ex suo forsan irato consilio sed ex aliorum sententia procedit.

nes per adulterium marito illatas variis malis, proſcriptione, incarceratione, imo ſi circumſtantiae ſuadeant, capite truncari poterit. Eadem quoque locum invenient, ſi vxor praua in maritum capiat conſilia, quo caſu ſuae et reipublicae ſaluti, conſulere, ſufficiunt remedia, etiam cum vxoris internecione ſi alia non marito iura rectae non denegant rationis.

§. XXIV.

Quod ad Germaniae attinet principes, illis quidem ciuilem in vxores poteſtatem nec adſcribere nec denegare cupio, aſt tamen, quoad adulteria, aliasque fini matrimonii contrarias vxoris actiones, non dubito, vxores principum catholicorum non mariti imperio, ſed eccleſiaſticis pontificum iudiciis ſubeſſe. Alia vero ratio eſt principum, qui proteſtantium profitentur dogmata. Hi enim in cauſis matrimonii vinculum ſpectantibus, imperatorem, qui ex ſuae religionis principiis de huiusmodi cauſis nec cognoſcere nec iudicare poteſt, iudicem non agnoſcunt, nec alium iudicem habent conſtitutum; * ideoque quoad cauſas matrimonii vinculum concernentes in ſtatu viuunt naturali ** Hinc licet vxor, quae ciuili non ſubeſt imperio mariti, coram eius conſiſtorio in matrimonii cauſis, niſi in

* Sunt quidem, qui putant, ſtatuum cauſas matrimoniales aut in comitiis eſſe dirimendas, aut communi quodam iudicio, conſtituendo adhuc, committendas. Aſt nondum exempla proſtant, quae probent, de re ad vinculum matrimonii pertinentibus in comitiis imperii eſſe actum, et iudicium, ad quod huiusmodi cauſarum deciſio pertineat, nondum conſtitutum eſt ac forſan numquam conſtituetur.

** Inde facimus cum LEIBNITIO, qui ſub nomine FÜRSTNERII intr. de Iure ſuprematus Cap. XXVIII. in fin. ita diſſerit: *Denique, quod ut ſuprà monuimus principes ſaltim proteſtantes nullum in matrimonialibus cauſis iudicem agnoſcant, id nullam aliam rationem, quam quod perſonae principum ſint liberae, ideoque in iis, quae mere perſonalia ſunt, qualis eſt matrimonii obligatio, non niſi conſcientiae vinculo conſtringi poſſunt.*

in illud ipsa compromiserit, conueniri non possit, putarem tamen, maritum huiusmodi causas suo diiudicandas consistorio posse committere. Sunt enim quoad causas, matrimonii vinculum concernentes, Germaniae principes Augustanae confessionis in statu naturali, et Deo solum suaeque conscientiae de suis rationem reddere tenentur actionibus, ideoque propria auctoritate sine decreto consistorii sibi ipsis, quod sequantur, ius dicere, imo absque consistorii decreto ab vxore se possunt separare. Ast prudentiae suadet ratio, ne mariti in re tam ardua, vbi plerumque ira et praeiudiciis animus est repletus, sibi ipsis sint iudices, sed potius prudentiorum religiosorumque hominum iudicio suam committant causam. Inde quoque omnia diuortiorum exempla inter protestantes Germaniae principes exstantia satis probant, illos nunquam sibi ipsis propria autoritate ius dixisse, sed semper decreto consistorii cuiusdam vixisse, idque non quidem ex perfecta sed potius pietatis obligatione. Non enim decreta consistoriorum in causis sui principis coactionem inferunt, quippe quae non magis obligant, quam consilia. Cum igitur principes A. C. suis consistoriis non ex necessitatis, sed ex pietatis potius et humanitatis rationibus suas matrimonii committant causas, seque si sufficientes habeant rationes propria auctoritate ab vxore possint separare, plane non opus esset, vt vxor in matrimonii causis, quas maritus suo commisit consistorio, simul citetur ibique sua audiatur defensione, quippe quod maritus ex sola facit humanitate. Hinc ponas vxorem principis eius subditam non esse, ponas illam in matrimonii causis ad mariti vocatam consistorium non comparere, nihilominus in causa procedi et sententia ferri potest, dum quoque sine hac sententia maritus, dummodo in conscientia tutus sit, ab vxore separare se potuit.

§. XXV.

Haec, vt eo melius pateant, illustrabimus responso facul-

tatis

tatis iuridicae et theologicae Ienensis, quod nobili cuidam immediato permittit, absque praeuio consistorii decreto ab vxore diuertendi. Quae eo magis inter principes locum inuenient. Verba haec sunt: *

Ist ein gewisser vornehmer unmittelbarer Reichs-Cavalier in Schwaben, Evangelisch-Lutherischer Religion, von seinem reformirten Herrn Vormund, welcher eine Catholische Frau gehabt, bereits vor 23. Jahren, und also im 19den Jahr seines Alters, wieder seinen und seiner damahlen noch im Leben gewesenen Frau Mutter, auch gesammter Hochadelichen Freundschafft, ihren Willen, hinterlistiger Weise, und mit recht beschwerlichen Vmständen, induciret und gezwungen worden, daß er ein Römisch Catholisches Fräulein heyrathen müssen; In welcher Ehe er zwar 3. Söhne und etliche Töchter mit ihr erzeuget; darbeneben aber, weil er auf vieles Nachstellen und Zusprechen derer Herren Catholicorum, seine Religion nicht verändern wollen, und sie die Frau Gemahlin, also, aus angemaßtem Haß wieder die Lutheraner, eine grosse Aversion gegen ihn spüren lassen, sich auch sonsten sehr unanständig und wiederwärtig gegen ihn erwiesen, hat er viel schmertzliche Verachtung und Verdrießlichkeiten von ihr, und ihren zur Römisch-Catholischen Religion mit erzogenen Töchtern, zu erdulden gehabt. Nichts deßoweniger hat er das Beste bey sich bestehen lassen, sein schwehres Creutz iederzeit mit Geduld ertragen, und gehofft, es würde sich die Sache etwa noch besser geben, oder doch zu derienigen extremitaet nicht kommen, wie es endlich geschehen. Es ist aber einige Jahr hero der Frau Gemahlin Verbitterung gegen diesen ihren Ehe-Herrn so hoch gestiegen, daß sie vor nunmehro 6. Jahren, und was drüber ist, angefangen, ihme ohne Vrsach das debitum coniugale zu versagen; und ob er sie wohl darunter zur Gebühr zu vermögen sich öffters angelegen seyn lassen, so ist doch solches von ihrem harten Sinn keines weges zu erhalten gewesen, sondern vielmehr mit ihr noch weiter dahin gediehen, daß sie ihm zum andernmahl, wiewohl durch Gottes Genade, ohne völligen Effect, würcklich Gifft beybringen, und viele der Zauberey verdächtige Sachen, von Stroh, Federn, Faden, Haaren, Nadeln, Gebeinen, und andern gantz unerkänntlichen seltsamen Materien, unter denen Thüren, in die Gemächer,

* extat apud LYNCKER Resp. T. I. n. 14. p. 158.

Betten und solche Oerther, worüber er gehen, sitzen oder liegen sollen und müssen, Creutzweisse legen, auch einmahl Froschleich unter seine Speise thun lassen, oder selber gethan hat; alles zu dem Ende daß ihn sein Leben verkürtzt, oder er zum wenigsten um seine Mannheit gebracht werden möchte, gestalten sie als er ihr solches vorgehalten, darüber erblast, und dessen nicht in Abrede seyn können, sondern gantz gezittert und still geschwiegen. Endlich in anno 1692. hat sie in Abwesenheit ihres Ehe-Herrn, dessen Adel. Hauß guten Theils spoliiret, viele seiner Besten mobilien nächtlicher Weile in den Catholischen Pfarr-Hof daselbst tragen, und von dar weiter zu denen Ihrigen wegbringen und verpartieren lassen, der intention ihn mit der Zeit gantz und gar zu verlassen: wie dann endlich auch erfolget, indeme sie am 25ten Aprilis vorigen 1693. Iahres, als er an einem Hoch-Fürstl. Hofe zuthun gehabt, ohne dessen Wissen und Willen, sammt ihren Töchtern zu ihrem Herrn Bruder, nicht weit davon sich begeben, und ihme zu unterschiedlichen mahlen entbieten lassen, was Gestalt sie nimmermehr zu ihm zu kommen verlangte, und er sich anderwerts verheyrathen könnte, wohin er wollte, sie begehrte ihm nichts in den Weg zu legen, sie wüste wohl daß ers thun könne und dürffe; Ia sie hat es darbey noch nicht bewenden lassen, sondern hat erst vor wenig Monathen dieses ihres Ehe-Herrn Köchin, in ein benachbartes Dorff erfodert, und ihr zugemuthet, dass sie ihm ebenfalls Gifft unter sein Essen thun solle; worbey unberühret nicht zulassen, dass sie die gantze Zeit ihres Ehestandes, die Evangelische Religion fast täglich gantz unleidentlich geschändet und gelästert habe, und ihre Töchter ebenfalls darzu verleitet und angeführet, auch die schmählichsten Lieder wieder die Lutherische Religion singen lassen. Gleichwie sie aber, solchem allen nach, die ihrem Ehe-Herrn schuldige Pflicht, Ehre, Lieb und Treu, in vielerley Wege hindangesetzt, sonderlich aber durch die praefractam denegationem debiti coniugalis, per insidias vitae ac virilitati eius structas, et subsecutam demum abhinc sesquiannum malitiosam desertionem, gantz und gar gebrochen, so hat ihr Ehe-Herr sich bereits im vorigem Iahr, bey dem Wohl-Ehrwürdigen Ministerio zu Vlm, informiren lassen, ob er nicht seine wohlbefügte Vrsachen haben möchte, die gäntzliche Ehescheidung von ihr zu suchen: da er denn ein responsum in affirmatiuam erhalten. Nachdem iedoch der Herr von N. in ietzt ermeldten responso, auch ad tentandam reconciliationem et iudicem

compe-

competentem, mit verwiesen worden, er auch wünschen mögen, weil, um vieler fast unglaublichen Ursachen willen, absolute kein Mittel zur reconciliation abzusehen gewesen, und noch nicht ist, daß in dem Heil. Römischen Reich, ein solch allerhöchstes matrimonial Gericht zu finden seyn möchte, dabey ein purer Evangelischer Reichs Cavalier einer ersprießlichen Sententz in dergleichen Fall sich zu getrösten hätte; Sintemahl an dem höchstpreißl. Reichs-Hofrath zu Wien, nachdem des Kayserl. Cammer-Gerichts zu Wetzlar iurisdiction in matrimonialibus notorie nicht fundirt, propter disparitatem religionis et non ignota Catholicorum principia, dergleichen nicht zu gewarten; von der Reichs Ritterschafft Donau Viertels auch, darunter dieser Cavalier gesessen, ohne diß nichts zu hoffen, weil sie bis auf 2. oder 3. Herren Catholisch, und sich also solbige keiner Ehe-Sache unternehmen kan. So hat er von N. anfangs bey einer vornehmen Evangelischen Reichs-Stadt, und hernach bey einem Evangel. Hoch-Fürstl. Hofe gantz angelegentlich nachgesuchet, daß man eine gewisse deputation von Geist- und Weltlichen Herrn Räthen niedersetzen möchte, welche die Sache untersuchen, und sie beyde Eheleute darauf, wann sie gnugsame Ursachen darzu finden möchten, etiam quoad vinculum separiren möchte, alles in Krafft der Commission, so er als ein immediat Cavalier, dergleichen von vielen die superioritas territorialis in Güthern zugeschrieben würde, ihnen dazu aufgetragen, und denen er sich darunter submittiret haben wollte. Es ist aber an beyden Orten, wegen der ietzigen coniuncturen, und weil man mit denen Herrn Catholiquen sich nicht gerne deßwegen collidiren wollen, Bedencken getragen worden sich der Sache zu unterziehen. Derowegen er sich denn nun gemüßiget befindet, das Mittel zu ergreiffen, und sich bey einer und andern Theologischen und Iuristischen Facultät, weiter über folgende Haupt-Fragen informiren, und dero responsa darüber einhohlen zu lassen.

1) Ob sie mit dem Wohl-Ehrwürdigen Ministerio zu Ulm davor halten, daß er der Herr von N. auf die oben angeführte, theils in facto notorio sich also befindende, sonst erweißliche Umstände, und die er zum Ueberfluß bey seinem Gewissen und Adel. Trauen und Glauben, wahr zu seyn versichern läst, von seiner Frau Gemahlin gäntzlich zu scheiden sey.

2) Weil er über allen angewandten Fleiß, keinen iudicem, weder ordinarium noch delegatum, aut compromissarium erlangen können, noch auch in das künfftige dergleichen zu bekommen getrauet, ob er in Krafft eines dergleichen Responsi, auf den ersten Punct, wann es anderst dem Ulmischen, wie er gäntzlich verhofft, gleich ausfallen sollte, und dem er sich ebenfalls, per modum delegationis seu commissionis, submittiret haben wollte, sich ohne vorhergehende formale und gerichtliche Ehescheidung anderwerts verheyrathen möge; Da er zumahl Gewissenshalber nicht wohl ausser der Ehe seyn kann, und seine Frau Gemahlin, wenn schon ein Evangelischer iudex sich der Sach annehmen wolte, vor demselben ihrer Religion wegen, nimmermehr erscheinen oder stehen würde, und also blosser Dings unmöglich, daß mehrgedachter Cavalier, per viam ordinariam zur separation gelangen könne.

3) Ob sich seine Frau Gemahlin desienigen, was ihr in Krafft ihrer mit einander habender pactorum dotalium, aus mehr wohl gedachten ihres Ehe-Herrn Güthern gebürte, verlustig gemacht habe; wiewohl er nicht ungeneigt, ihr und ihren Töchtern nichts destoweniger die subsistentz Mittel zu verschaffen.

Warin dann auch von uns mehrgedachter Cavalier, des Rechten berichtet zu seyn gebethen. Demnach halten wir denen göttlichen und weltlichen Rechten nach, und zwar auf die erste Frage vor Recht:

QVAESTIO I.

Dieweil dieienige Begebenheiten, zwischen erwehnten Cavalier und dessen Frau Gemahlin, so in facto wahr zu seyn versichert wird, nicht nur insgesamt zur Ehescheidung hinlänglich; sondern auch fast alle insonderheit von solchem Nachdruk seynd, daß deren iedwede zu der malitiosa desertione wohl gezogen, und denenselben, mit der bäßlichen Verlassung, ein gleicher Effect zur gäntzlichen Trennung, auch quoad vinculum, und so viel das Band der Ehe

der Ehe selbst betrifft, zugeschrieben werden mag. Dergleichen seynd praefracta denegatio debiti coniugalis, und zwar um so mehr, in dem die Verweigerung deshalben geschiehet, weil sie die Gemahlin sich besorgen müste, daß sie mit einem jungen Herrn schwanger werden könnte, welcher sodann in der Lutherischen Religion würde müssen erzogen werden. Ingleichen daß sie ihrem Herrn, so viel an ihr gewesen, Gifft beyzubringen; wie auch daß sie ihm die Mannheit zu benehmen, auch ihn mit zauberischen Mitteln an seiner Gesundheit zu verkürtzen getrachtet. Zumahl aber sie eine eigentliche formale desertion vorgenommen, da sie bereits vor Iahrs-Zeit ihn und sein Haus spoliiret, und nebst denen Fräulein so Catholischer Religion, davon gegangen, auch hierauf ihrem Herrn zu entbiethen lassen, daß sie zu ihm nimmer verlange, und ihm eine anderweite Heyrath nicht wehren wollte. So mag derowegen Herr von N. solcher Ursachen wegen von seiner Frau Gemahlin gäntzlich wohl geschieden werden.

QVAESTIO II.

Auf die andere Frage seynd wir der rechtlichen Meynung, ob wohl eine Ehescheidung von Personen, welche einiger Obrigkeit unterthan, wenn schon beyde einander des Ehebandes zu erlassen gemeynet, unerachtet auch dessen zu Recht erhebliche Ursachen vorhanden wären, eigener Macht nicht vorgenommen werden kann, sondern darüber rechtlich Erkenntniß zu pflegen, und die Obrigkeit selbst die Trennung zu verfügen hat. Und dann der Herr von N. sich unter einer Christlichen Obrigkeit befindet, indem er dem Reich ohne Mittel, und also er und seiner Gemahlin der Kayserl. Majestät oder Dero Reichs Hof-Rath untergeben. Die Kayserl. iurisdiction auch, nach der hypothesi der Evangelischen, in denen causis matrimonialibus, weil dieselbe plena ist, und keine Ausnahme hat, und die Evangelici, daß eine Catholische Person sich dem iudici supremo, in denen Ecclesiasticis nicht entziehen könne, dafür halten, allerdings gegründet, (obwohl auch in Fällen, da nur Evangelische vorhanden, oder nur der Beklagte Evangelisch ist, solcherley Sachen, welche die Conscienz eines Evangelischen betreffen, wohin die causae matrimoniales auch bey denen protestirenden referiret, und zum wenigsten pro causis mixtis und ecclesiasticis, welche coram Consistoriis, als der ecclesia repraesentativa oder deren iudicio auszumachen gehalten werden, an

den Reichs

den Reichs-Hof-Rath weder zu bringen; noch eine Parthie, gegen das imperiale, durch den Religions Frieden contrahirte, pactum, so eben wohl einem jeden privato, sonderlich denen immediatis prospicirt, wider ihren der Parthie Willen dahin gezogen werden kan) und nur allein der Cammer des Reichs solche Gerichtbarkeit in denen matrimonialibus nicht verliehen ist, als welche sich in die spiritualia erstrecket; deren sich das Cammer-Gericht, ne quidem inter immediatos, nicht zu unterziehen hat. Hiernechst auch was die Verfassung der Ritterschafftlichen iurisdiction betrifft, solch Gericht, weil die Mitglieder des Donau Viertels sich selbst der geistlichen iurisdiction nicht befugt achten, diese Sache nicht annehmen wird. Ferner ob gleich sonst privat Partheyen über denen causis matrimonialibus, wann sonderlich darbey auf die dissolutionem matrimonii, oder dessen Bandes Auffhebung gesehen wird, zu transigiren nicht bemächtiget; auch eben so wenig denenselben über dergleichen in einen arbitrum zu compromittiren verstattet,

c. pen. X. d. Restit. in int. vbi Abb. Panormit. n. 4 iunct. c. fin. X. d. transact. Molina Tract. V. de Iust. et iur. disc. 40. n. 4.

aber wohl beydes denenjenigen Personen, welche in solchen Fällen keiner ordentlichen Obrigkeit fähig seyn können, erlaubt seyn muß; dahero auch manchmahl unmittelbare Eheleute sich vereinigen, für einem wohl besetzen Geistl. Consistorio, (dergleichen eins zu erwehlen, dem provocirenden Theil auch frey gegeben wird,) sich zu stellen und dessen Ausspruchs zu erwarten; welches Consistorium auch sodann, ex pacto und auf Erfordern, die Iurisdiction überkommt, und wo der provocirte Theil etwa der Citation gleichwohl sich entziehen wollte, das producirte pactum in contumaciam pro recognito halten, und ferner definitive sprechen mag: Dennoch in diesem Fall von der von N. Frau Gemahlin, daß dieselbe nebst ihrem Herrn Ehe-Gemahl, über dieser ihrer Sache, compromittiren werde, nicht zu hoffen; und über dieses selbige, wegen der differenten Religion, auf einen solchen arbitrum, deme sich der Herr von N. zu vertrauen, nicht stimmen wird, immassen auch ihr, nach denen hypothesibus ihrer Religion, diese Gewissens Sache iemanden, ausser der Bischöfflichen Iurisdiction, zur Beurtheilung zu überlassen, unmöglich zu halten; Gestalt denn auch,

die causae

die causae matrimoniales also beschaffen, daß sie von Personen, welche einen Richter mächtig seyn können, auf ein compromiss nicht hingelassen werden mögen. Was aber die von dem Herrn von N. bedachte delegation betrifft, dahin gestellet wird, ob demselben die iurisdictio episcopalis, ratione derer causarum ecclesiasticarum, und in specie derer matrimonialien, in seinen Güthern und Gebiethen zuständig, und er solche in Vbung habe. Dem sey aber wie ihm wolle, gleichwohl solche Gerichtbarkeit, sich nur über seine Vnterthanen erstrecket, und wenn gleich er seiner eigenen, oder vielmehr seiner Gerichte iurisdiction, zur Führung der Sache, und Verschickung derselben, auf auswärtiges unpartheyisches Erkenntniß, sich in dergleichen contentiosis unterwerffen könnte, nichts destoweniger er unter dieselbe seine Frau Gemahlin nicht ziehen kan, wie doch weil sie pars altera, und sonderlich rea, und invita ist, vonnöthen seyn wollte, indem nur erwehnte dessen Gemahlin, unter seiner iurisdiction zu stehen, nicht schuldig, sondern gleich so wohl ohne Mittel unter dem Reich, als er, sich befindet. Dahero dergleichen delegation mit Bestand nicht zu verfügen. Dennoch aber und weil in einem Fall, da auf der Welt kein Richter zu erlangen, ein bedrängter Theil, ihm selbst dergestalt Recht zu nehmen und zu verschaffen befugt, wie ihme seine Vernunfft und Gewissen, wenn iene gegründet und dieses darbey getröstet seyn kan, an Hand giebet: Zumahl wenn er nicht so wohl in der Sach Beurtheil- und Erledigung seinem eigenen Bedüncken, als vielmehr unpartheyischer Leute Erkenntniss Folge leistet, und demselben nachgebet. Weil ihme weder Gott noch die gesunde Vernunfft auferlegt, einig Vnrecht, dessen er sich in Mangel eines Richters anderst nicht entbrechen kan, und ihme doch unerträglich, und seinem Leben abbrüchig, wie auch seinem Gewissen und Seeligkeit gefährlich ist, auf sich zu behalten, und darüber sich zu Grund richten zu lassen. In diesem Fall aber der alleinigen iurisdiction des Käyserlichen Reichs-Hoff-Raths, so der Herr von N. zu erkennen haben möchte, dessen Frau Gemahlin, als welche nach denen principiis pontificiis die episcopalem iurisdictionem allein zu erkennen hat, und der Kayserlichen Maiestaet solche nicht zuschreibet, etwas zu deferiren nicht bemächtiget: noch auch die Catholische assessores, eine zwischen Catholischen Personen, beyder oder einer theils strittige Ehe-Sache, bevorab auf die Scheidung, anneh-

annehmen würden, und dahero dißfalls niemand so leicht solche iurisdiction für gegründet achten, oder doch daß solche keinen exitum oder Erfolg gewinnen könne dafür gehalten wird. So ist der Herr von N. nach Prüfung seines christlichen Gewissens, und aufgenommenen Beyfall bewährter, der Göttlichen Geist- und Weltlichen Rechte gelehrter Leute, vermittelst dero gegründeten Gutachtens, (weil ein Richter so er einen dergleichen Fall gehabt, anderer gestalt nicht gesprochen haben würde: und auch hohe Personen die kein Gericht, dem sie unterworffen in der Welt haben, sich eines solchen Spruchs und Ersetzung, zu ihrer in Vernunfft und Gewissen nöthigen Versicherung bedienen müssen) ohne einige delegation, als welche nicht thunlich, wie auch ohne verfügte submission, als die nicht nöthig, eigenen Schlusses und Willens von offterwehnter seiner Gemahlin sich loßzusagen, und dem Band nach sich von derselben zu scheiden bemächtiget; und ist ihme sodann sich anderwerts christlich zu verheyrathen unbenommen.

QVAESTIO III.

Endlich und auf die dritte Frage sprechen wir vor Recht. Weil die Frau Gemahlin ihrem Ehe-Herrn dergestalt, wie bey der ersten Frage gemeldet, begegnet, und demselben die Eheliche Pflicht beharrlich verweigert, sowohl auch ihme sein Leben, oder auch die Mannheit, wo möglich, zu benehmen getrachtet, und gar von ihm sich böslich weg gewendet, auch ihme die eheliche Treu und Verbündlichkeit gäntzlich aufgesaget; So hat sie desienigen was derselben in Krafft der pactorum dotalium aus ihres Ehe-Herrn Güthern sonst gebühren würde, sich verlustig gemachet. Welches wir hierdurch nicht bergen sollen.

Iena d. 26. Nov. 1694.

Nomine publico Fac. Theol. et Iurid.

§. XXVI.

Multum vero interest, quo iure vxorem principis censeas. Illa enim si subditorum censebitur numero, legibus

mariti

mariti subest ciuilibus; contractibus, testamenta aliasque quascunque actiones legibus prouincialibus conuenienter debet instituere, earum supremis mariti iudiciis potest conueniri, imo non melioris conditionis est, quam reliqui subditi, nisi per priuilegia certas consecuta sit praerogatiuas. Si vero vxor subdita non est, illius actiones solis diiudicandae erunt legibus naturalibus, illa nec iudicem nisi Deum habebit, et in imperio R. G. non nisi suprema iudicia, quibus ipse subest maritus, pro competentibus agnoscet.

§. XXVII.

Interim si iustitiam causae ex numero aestumamus exemplorum, varia omnino erunt, quae factis docent, Germaniae proceres iurisdictionem et imperium in vxores exercuisse, et cum exempla ad ius Germanis constituendum plus valeant, non dubito, casu existente, non defutura argumenta, ex quibus principi cum quadam veritatis specie in vxorem vindicare imperium liceret. Sed quomodocunque sit, varii tamen erunt casus, quibus omnino principi in vxorem imperium non poterit denegari. Primo si vxor mediante pacto ciuile mariti agnouit imperium, deinde si ob matrimonii inaequalitatem seu ob pactum Morganaticum mariti non participet dignitatem. Denique si eo procederet vxor, vt suae oblitus dignitatis, factis aequalitatem amitteret infamibus.

SECTIO II.

EXEMPLA IMPERII MARITALIS SISTENS COLLECTA

A

B. B. G. STRVVIO.

§. I.

Illustres non in coniugii saltim et familiae negotiis imperio in coniuges gaudent, sed etiam in negotiis quibuscunque. Hi autem duplicis sunt generis, vel Reges et Principes,

 non

non nisi a Deo dependentes; vel Principes et comites superiorem adgnoscentes. Illi cum summo sunt Imperio in omnes, qui in territorio viuunt; ideoque etiam in coniuges; quae diuino, naturae et Gentium iure sunt sub capite. Adgnouit illud IO. BODINVS,* qui etiam Gynaecocratiam naturae legibus dicit esse inimicam, quae viris prudentiam, robur, animi magnitudinem, imperandi vim dedit, foeminis ademit: DEINDE, quod diuina lex non modo Reipublicae, sed etiam familiae, dominatum eripuerit, cum diserte foeminas sub virorum Imperium subiecerit. Sequitur PVFFENDORFIVS ** ita scribens: *neque tamen iure naturali quidquam obstat, quo minus vxor etiam proprie dictum Imperium mariti subeat. Nam sese haud quaquam inuicem destruunt metus imperii et amicitia coniugalis, non magis quam imperium in Principe amorem ciuium per se extinguit.* Hinc de *Gallis* tradit CAESAR, *** *viri in vxores, sicuti in liberos, vitae, necisque habent potestatem.* Apud *Germanos* poena adulterii vxorum maritis erat permissa. ****

§. II.

Agnouerunt hoc Iure consultorum acutissimi. IO. NICOLAVS HERTIVS,† ea de re sic loquitur: *Cum vxor, liberique Principum, aut Comitum superioritatem non participent, habitatio autem in regione subditum faciat, non intelligitur, qua ratione sint exemti. Sane in regnis vxores liberosque Regibus subesse negari nequit.* Maxime hoc confirmat illustris de LVDOLF †† dum ita scribit: *Marito imperium in vxorem lege diuina competere, communis est sententia. Si ergo lege diuina, quis dubitet,*

* *de Republica lib. II. c. IV. p. 1154.*

** PVFFENDORF. *Iure Naturae lib. VI. c. 1. §. XI.* THOMASIVS *in Iurisprudentia diuina, lib. III. c. II. §. 105. et lib. III. c. III. §. XXXV.*

*** *Lib. VI. c. XIX.*

**** *Secundum Tacitum in Germania c. XIX.*

† *de subiectione territoriali §. VI.*

†† *de Iur. foeminar. illustr. p. I. §. XVII.*

dubitet, dominaturum fore etiam Principem uxori Principi, Comitem Comiti, perinde ut plebeium plebeiae. In Rege, cuius est in Republica τὸ κῦρος, non ius tantum maritale, verum et Iurisdictio summa est consideranda, quam, cum imperio matrimoniali confundere non licet. Imperii istius maritalis ex iure diuino deducti, termini si rite constituantur, nullam video absurditatem, si ei illustres foeminae, matrimonio iunctae, confiteantur se subiectas. Nam quae praeter ius corporis, atque earum rerum, quae ad familiam pertinent, regimen, maritalis iuris esse dicuntur, ex cuiuscunque ciuitatis Iure potius erunt aestimanda.

§. III.

Potissimum idem ius Imp. in Augustam competit, partim maritali, partim summi Imperii iure. Testatur de eodem VLPIANVS,* dum ita decernit: *Princeps legibus solutus est. Augusta autem, licet Legibus soluta non est, Principes tamen eadem illi priuilegia tribuunt, quae ipsi habent*, addi potest: et quarum ipsi sunt capaces; ** dicit de eo SCHILTERVS:*** *Etsi vero par in parem non dicatur habere potestatem, haud tamen ita in consortium Imperii recipitur Augusta, quin sit tamen societas coniugalis, h. e. paritas inadaequata, ut tamen socia subordinata sit Imperatori atque marito.* Sequitur SAMVEL STRYCKIVS,**** et GOTTLIEB GERHARD TITIVS:***** ita scribens: *non tantum hominibus priuatis, sed et veris subditis illa est adnumeranda, subest enim Marito non tam qua Imperatori, quam potius qua Regnorum, Territoriorumque suorum Domino, hinc iura foeminarum aliarum, in Iurisprudentia priuata, vel explicata, vel explicanda, ad illam quoque, in quantum illustrior eius conditio id admittit, applicari debent.*

* *l. 31. ff. de Legibus.*

** SCHILTERVS *Inst. Iur. Publ. lib. I. Tit. XVI. §. 1.*

*** *c. I. §. III.*

**** *Diss. de for. Germ. singular. c. II. §. XII. de for. Princip. spec. c. I. §. XXI. sqq.*

***** *Spec. Iur. Publ. Lib. V. c. VII. §. II.* SPENER *Iur. publ. lib. IV. c. XI. §. VII.*

§. IV.

Declarant hoc varia Regum exercitia in coniuges iurisdictionis. In Historia antiqua singulare Exemplum occurrit in Herodis M. vxore *Marianne*, quam occidi fecit, de quo ZONARAS *: *Inde in Iudaeam maiore cum honore et fiducia regressus, domum suam turbatam reperit. Nam Alexandra et Marianne ratae, id quod res erat, se in Alexandrio tanquam in custodia conclusas esse, vt nec in semet ipsas potestatem haberent: grauiter id tulerunt, ac custodibus, Soemo praesertim, non verbis, tum muneribus concitatis, hominem paulatim eousque impulerunt, donec Regis Mandata eloqueretur. Quibus auditis commotae sunt, Marianne potissimum; cui cum Herodes primae, vt vxori par est statum suum nunciasset, et prae caeteris salutem dixisset: illa ad salutationes ingemuit, ad felicitatis commemorationem moerorem prae se tulit, vt percelleretur Rex, et augeretur inexspectato sui odio, et ad eam insolentiam vindicandam saepius concitaretur: sed amoris vehementia impetum illius retardauit. Ad summam, veritus est, ne dum per imprudentiam adamatam molestaret, in se ipsum grauius amissa illa animaduerteret. Sed quoniam a matre et sorore calumniis ad Zelotypiam et odium exstimulabatur: in dies peius erga eam est affectus, illa suum animum non dissimulante, ipso amorem ira commutante. Quod si ad Caesarem victorem in Aegyptum non festinasset, Antonio et Cleopatrae iam mortuis, statim fortasse facinus perpetratum esset. Nunc rebus domesticis relictis, maxima a Caesare in Aegypto est consecutus, maiorique cum splendore reuersus. Marianne vero quam ardentissime amabat, alias casta erat, et fida illi; sed amore subacto interdum contumeliose insultabat, et matri ac sorori eius ignobilitatem per derisum obiiciebat. Odium porro hac occasione erupit. Rex meridiano tempore thalamum ingressus, vt quiesceret: Mariammem vocauit, ea vero illi maledixit, ob fratrem et auum suum interfectos. Quod illo grauiter ferente, Salome opportuno tempore arrepto, pincernam quem*

* Tom. I. pag. 41. Script. Hist. Byzant.

ante corruperat, vt Mariammem accusaret, impulit, vt tum Regem commoneret, et ea, quae ab ipsa edoctus esset, proferret. Ille vero sibi munera ab illa oblata esse asserebat, vt philtrum ei propinaret: id vero esse venenum quoddam, cuius ipse vires ignoraret. His Rex auditis, iracundia maiore inflammatus, de pincerna vxoris, quem ei fidissimum esse sciebat, quaestiones habuit. Is cum de iis ob quae torquebatur, neque sciret, neque diceret quicquam, odium mulieris e Soemi verbis ortum ducere asserebat. Nondum eam orationem finierat, cum Herodes magna voce exclamauit, Soemum mandata sua non fuisse pro nihilo habiturum, nisi aliquid rei cum muliere habuisset, eumque statim interfici iussit: vxorem vero, intimis suis conuocatis, de poculis amatoriis et veneficiis iratus accusauit. Quam ii, qui aderant, vt Rex affectus esset, cernentes, capitis condemnarunt. Dum ad necem abducitur, Alexandra mater eius, iam suae quoque vitae timens, et ignorationem criminum, quae Mariammae obiecta essent prae se ferens; exiliit, filiamque malam, et ingratam erga maritum appellauit. Illa vero neque perturbata ea re, neque vllum effata verbum, vultu intrepido, et forti animo ad mortem iuit, generosam indolem in extremis etiam prae se ferens. Cum Mariamme, interitu a Salome maturato, ita periisset, Herodes amore illius magis exarsit, saepe nomine eam inclamauit, indecore lamentatus, et vsque adeo affectu illo victus, vt per ministros Mariammem vocari iuberet. Denique in deserta egressus, ibique moerori indulgens, in grauem morbum incidit, qui erat inflammatio et putrefactio ceruicis et mentis alienatio. Alexandra vero Hierosolymis degens, cum Regem iis malis conflictari audiuisset, duo suburbana castella occupare conata, iussu eius statim occiditur: qui cum mortis periculum aegre euitasset, suum se praebuit et implacabilem, ad vindictam et caedes propensus non vulgi duntaxat, sed intimorum etiam amicorum patria quoque instituta violauit, et peregrinis moribus veterem statum corrupit.

§. V. Con-

§. V.

Constantinus M. non tam ex pio zelo, quin potius ex rationibus politicis, Christianus Imp. vxorem *Faustam*, adulterii suspectam, fecit occidi, de quo ZOSIMVS:* Nam Crispum filium, Caesaris ornatum titulo, quod in suspicionem venisset, quasi cum Fausta nouerca consuesceret, nulla ratione iuris naturalis habita, sustulit. Quumque Constantini mater Helena tantam calamitatem aegro ferret animo et intolerabilem ex caede iuuenis dolorem perciperet, quasi consolans eam Constantinus malum malo maiori sanauit. Nam cum balneum accendi supra modum iussisset, eique Faustam inclusisset mortuam inde extraxit. Ne tamen Zosimum, hominem paganum ex odio erga Imp. Christianum scripsisse putemus, audiamus etiam christianos. ZONARAS** hac de re sic scribit: *habuit et e concubina filium natu maximum Crispum, qui Liciniano bello multa fortiter fecerat. Eum Fausta nouerca, insano amore correpta, cum ad concubitum pellicere nequiuisset, apud patrem detulit, vt a quo adamaretur, sua pudicitia saepe sollicitata. Ob id Crimen capitis et Crispum damnat pater, coniugi obsecutus. Sed deinde veritate cognita, de ipsa quoque cum ob pudicitiam, tum propter filii caedem poenas sumit. Nam in balneum vehementer calefactum introducta, aestu praefocatur.* Hinc SIDONIVS APOLLINARIS,† quia scilicet praedictus Augustus iisdem fere temporibus extinxerat coniugem Faustam calore balnei, filium Crispum vigore veneni. Addit PHILOSTORGIVS †† aliam necis Faustae causam, nempe in adulterio deprehensam esse cum quodam ex cursoribus.

§. VI. Inter

* *Lib. II. C. XXIX.*

** *Tom. III. p. 114.*

† *Lib. V. Ep. VIII.*

†† *Hist. Eccles. lib. II. c. IV. Adde* SAM. BASNAGII *Annal. Politico-Ecclesiast. Tom. II. p. 725.*

§. VI.

Inter Imperatores Germanos, de *Ottone* III. Imp. narratur, quod Mariam Sanctii II. Regis Arragoniae et Nauarrae filiam duxerit vxorem, dum Arragoniae Reges demum post Ottonis III. tempora fuerint suborti. Hinc fabula omnino est, quod eandem Mariam ob tentatum cum Comite Mutinensi adulterium, malitiose apud Imp. delatum, vivam fecerit comburi. *

§. VII.

Sigismundus Imp. coniugem suam *Barbaram*, nefaria consilia machinantem, A. 1457. Znoimae in Morauia custodiae fecit mancipari, de quo ANTONIVS BONFINIVS: ** *Barbara Imperatrix vna cum Vlrico Ciliae Comite ac fratre suo virum secuta Imperatoris iussu custodiae traditur, post Sigismundi demum mortem dimissis, quae possidebat in Vngaria, inexpugnabilibus castellis reddita fuit libertati.* ***

§. VIII.

De *Henrico* VIII. Anglorum Rege satis constat, quod alteram coniugem *Annam Boleniam*, tanquam adulterii suspectam, quam Parlamentum non condemnabat, per commissarios ad hoc constitutos, ad mortem fecerit condemnari. De quo LARREY: **** „Le Parlament ne la condamna pas non „plus. Son proces lui fut fait comme nous allons le lire par „les com-

* *Fabulae Auctor est* GOTTFRIDVS *Viterbiensis p. XVII. Chron. p. 329.* ANDR. PRESBYTER *ad A. 988.* CAR. SIGONIVS *lib. VII. p. 183. quem confutaui in Corpore Hist. Germ. Per. V. S. IV. §. IX.*

** *Dec. III. lib. III. p. 291.* DVBRAVIVS *lib. XXVII. exeunte.* NAVCLERVS *Vol. 11. Gen. XLVIII. p. 1060.*

*** NAVCLERVS *p. 1061.*

**** *Hist. d'Angleterre Tom. I. p. 356.*

§. X.

Qua ratione *Henricus Stuartus*, Scotiae Rex, a *Maria* adlectus, dum *Dauidem Ritzium*, ad huius latus sedentem, coenantemque, fremente ea licet atque resistente, fecerit necari, hocque ipso Imperium maritale exercuerit, ad longum docet BVCHANANVS,* ita scribens: *Igitur cum Regina in cellula angusta coenaret, adhibitis de more, ad mensam Dauide, et Comitis Archateliae vxore, paucique adstarent Ministri* (locus enim non multos capiebat) *Iacobus Duglassius, Mortonii comes, cum magno familiarium numero in extimo cubiculo ambulabat: in area subdiali e clientibus et amicorum fidissimis, obseruare iussi erant, et tumultus, si qui orirentur, compescere. Rex e suo Cubiculo, quod infra Reginam erat, per scalas angustas, quae ei soli patebant, ascendit: sequebatur Patricius Ruuenus armatus, cum quatuor, aut quinque ad summum comitibus. Iis in cellam, vbi coenabatur, ingressis cum insolens rerum facies Reginam non nihil commouisset, Ruuenum squalidum, et e diuturno morbo macilentum, et tamen armatum adspiciens, ecquid rei nouae esset, percunctatur: nam qui aderant, e febre delirare ac sui parum compotem esse credebant. Ille Dauidem surgere et prodire iubet: eum enim, in quo sedebat, locum ei non esse decorum: Regina statim assurgit, et corporis obiectu aduersus venientes eum protegit; Rex eam complexus bono animo esse iubet: nihil enim esse, quod ipsa timeret: caedem vnius nebulonis decretam esse. Dauid primum in proximum, deinde in extimum cubiculum pertractus: ibi ab iis qui cum Duglassio praestolabantur, multis vulneribus confoditur: idque praeter omnium, qui in caedem eius conspirauerant, voluntatem, qui eum publice strangulandum, populoque, cui gratissimum fore sciebant, id spectaculum praebere destinabant. Constans fama est, eum a Ioanne Damioeta, Gallo sacrificulo, qui magicae artis non imperitus vulgo habebatur, non semel admonitum, vt re confecta se alio transferret, et potentiorum odio, cui par non esset, se subtraheret: respondit: Scotos magis minaces, quam pugnaces esse. Iterum itidem paucis ante caedem diebus admonitus, vt a notho sibi caueret:*

* *Hist. Scot. lib. XVII. p. 650.* Adde CAMDENVM p. I. p. 109. LARREY *Tom. II. p. 117.*

[illegible]: [illegible] illum se viuo, in Scotia eam potentiam non habiturum vt sibi timendus esset, respondit: a Morauio enim periculum sibi denunciari putabat. Verum dictione illa siue expleta, siue elusa, primum ei vulnus a Georgio Duglassio Comitis Angusiae notho fuit illatum: post id, vt quisque proxime steterat, princeps feriebat, vel dolori suo indulgens, vel in publicae vindictae societatem adscribi cupiens. Ad haec tumultu in totis aedibus orto, Comites Huntileae, Atholiae et Bothelii, qui in diuersa palatii parte coenabant, cum prorumpere vellent, ab iis, qui in area adseruabant intra coenacula sua, sine noxa sunt cohibiti. Ruenius e cella egressus in cubiculum reginae, cum viribus ad standum non sufficientibus resedisset, ac bibere petiisset, regina verbis, quae recens dolor et ira amat, in eum vt perfidum et proditorem inuecta, inter alia exprobrauit, quod se stantem sedens alloqueretur: ille excusat, nulla id superbia, sed virium infirmitate factum: ipsam vero hortatur, vt in regno gerendo nobilitatem, cuius interesset, omnia salua esse, consulat potius, quam nebulones vagos, qui nullum suae fidei pignus dare possent: quippe qui nec in re, nec in fama quicquam haberent, quod perderent: neque quod in praesentia perpetratum est, rem esse noui exempli, regum Scotorum esse legitimum imperium: nec vnquam ad vnius libidinem, sed ad legum praescriptum et nobilitatis consensum, regi solitum: Si qui regum contra attentassent, graues suae temeritatis poenas luisse: neque nunc ita Scotos a maiorum suorum institutis degenerasse, vt exteri hominis, quem vix honeste seruum essent habituri, non modo imperium, sed seruitutem aequo animo perferrent. Hoc sermone cum regina magis inflammaretur, illi discedunt, ne maior aliquis tumultus oriretur, locis idoneis custodibus dispositis.

§. XII.

Alia tamen plane est ratio, cum Reginae maritis, qui ex legis diuinae praescripto equidem circa caussas matrimoniales in statu naturali maritali gaudent potestate, non aeque regia, vel eminenti. Siue enim Reginae mariti a coniuge illustri in regiminis consortium fuerint adlecti, prout Sigismundus a Maria Vngarica, Iagello ab Hedwige Polonica, Henricus Stuartus a Maria Scotica, Guilielmus Arausionensis a Maria Bri-

 tannica

men ipse Io: Casimirus Coniugem suam indicauit, sed coram Consistorio ipsius res fuit ventilata, cui Praeses curiae Prouincialis Io. Ernestus de Teutleben et Mauritius de Holdritt, fuerunt adordinati, causa ventilata vtraque parte audita, Diuortium fuit decretum, Duci vero iteratum connubium fuit concessum. Per ICtorum vero Ienensium sententiam Ducissae capitis poena fuit adiudicata, quam Dux in perpetuos carceres commutauit. * Nec legitur serenissimos agnatos vnquam contra processum ducis aliquid monuisse.

§. XV.

Eundem modum, dum Principes Imperii ad diuortium agerent, hactenus fuisse obseruatum nouimus, vt coram Consistorio, quod ad hunc actum iuramento suo fuit absolutum, adiunctis quibusdam Consiliariis, causa diiudicaretur, prout diuortii sententia in domo Saxonica a. 1690. per Theologos atque ICtos Ienenses fuit decreta.** Idem factum a Consistorio d. 28. Decembris, 1694. in Domo Brunsuicensi.

§. XVI.

Quod si vero coniux illustris in causis, vinculum matrimoniale haud concernentibus, agat, Imp. erit Iudex. Exemplum dabit *Christina Margaretha*, Christiani Ducis Megapolitani coniux, quae in controuersia cum marito contra Iudicium Ministrorum Suerinensium A. 1660. protestabatur, * potius ad caesarem tanquam iudicem ordinarium prouocabat, his vsa rationibus: ** *Weil man noch zur Zeit in solchen terminis nicht versiret; darüber ein geistliches Gericht cognosciren könnte; Massen unsere Streitigkeiten das vinculum matrimoniale an sich selbst nicht, sonder nur zeitliche Güter, saeuitiam maritalem*

* *extat sententia apud Dn.* DE LUDOLF *App. p. 71. 72.*

** *Europ. Herold. P. I. 319. Syntag. Iur. Publ.* c. XXV. p. 957.

* LÜNIG *Fortf. der II. contin. p. 561.*

** *Diarum Europaeum P. XI. p. 548.*

lem, Beschützung wieder Gewalt, und Verschaffung der Alimenten betreffen. Sic dum Palatinus Princeps Georgius Ioannes, Susannam coniugem saepius iteratis verberibus durius habuisset vt a marito discedere coacta fuisset, Ferdinandus III. A. 1641. Commissionem ad cognitionem et reconciliationem decreuit, quae tamen sine effectu mansit in suspenso, vsque dum ambarum partium morte lis ista fuerit dirempta. *

CAPVT IX.

DE DOTE ET PACTIS DOTALIBVS.

SECTIO I.

DE DOTE ET PACTIS DOTALIBVS EXTERORVM.

SVMMARIA.

§. I.

Dos vocabatur olim Withem, Wedem, vnde dos ecclesiae hodie num Widdums-Güter dicebatur etiam Maritagium.

§. II.

Item Morgen-Gaba et Zugelt.

§. III.

Spartani nullam sponsis prebebant dotem, apud Germanos eam maritus vxori offerebat.

§. IV.

Illustrium matrimonia sine vlla etiam dote celebrata probant exempla.

§. V.

Berengaria Alfonsi filia marito non dotem attulit sed captae redditae sunt vrbes. Idem dicendum est de Blanca eiusd. Regis filia, Ludouico Philippi R. Fr. filio nupta. Amadei Sabaudi filia nullam attulit Philippo Mariae duci Mediolan. dotem. nec Catharina Cliueansis Arnoldo Geldr. D.

§. VI.

An illustres feminae ratione dotis dotalitii, Morgengabae, donationis propter nuptias, iure vtantur priuatorum disquiritur.

§. VII.

* MYLER AB EHRENBACH *Gamolog. c. XXVII. §. XXIV.*

§. VII.

Quis dotem constituat et magna dos familiis saepe perosa.

§. VIII.

Quantitas dotis omnino est diversa. Exempla maximae dotis sunt Constantiae Petro R. Arragoniae nuptui collocatae.

§. IX.

Mariae Franciscae Elisab. Petro Lusitaniae Regi nupta.

§. X.

Henricae Mariae Heinr. III. Gall. R. filiae dos octo millium thalerorum addicta.

§. XI.

Mariae dos Ludovico XIII. G. R. oblata XLM. Coron. auri conficiebat.

§. XII.

Maximilianus I. Imp. cum Blanca Maria Mediolanensi insignem accepit dotem.

§. XIII.

Ad hanc fere accessit Ludovicae Mariae Gonzagae dos Vladislao IV. Pol. Regi allata.

§. XIV.

Mariae Mediceae Henrico IV. Galliae R. matrimonio adscriptae dos dabatur CCCM. Thaler.

§. XV.

Quaecum summa convenit dos Mariae Franc. Elisabethae sub Afonso VI. Lusit. R. soluta.

§. XVI.

Annae Philippi III. Hisp. R. filiae Ludovico XIII. R. G. nuptae dos DM. thal. promissa.

§. XVII.

Similis dos Ludovico XIV. G. R. Mariam Theresiam ducenti constituebatur.

§. XVIII.

Eadem quantitas dotis Elisabethae Henrici III. filiae G. R. nuptui datae Philippo III. dicebatur.

§. XIX.

Catharina Arragonia Arturo Henrici VII. R. Angl. filio primogenito dotis nomine obtulit CCM. ducatos.

§. XX.

Exigua interdum dos fuit constituta, prout fuit illa Manae. filiae Amadei Comitis Genevensis, cuius tabulae curiosa quaedam continentes adducuntur.

§. XXI.

Curiosa est dos unius nummi aurei, quam Philippa Henrici V. A. R. filia Erico XIII. Pomeran D. attulit.

§. XXII.

Quaenam dotis fuerit quantitas a Regibus Gallorum data.

§. XXIII.

Quamnam dotem Reges Angliae dederint.

§. XXIV.

De dotis quantitate in domo Sabaudica.

§. XXV.

Aliorum regnorum exempla.

§. XXVI.

Vt dotis quantitas certe praestaretur fideiussores interdum sunt constituti, qui se iure obstagii obligabant, prout docent tabulae inter Leopoldum Austriacum et Catharinam Sabaudicam.

§. XXVII.

Fideiussores quoque dati sunt in dote Margarethae de Belloioco desponsatae Iacobo Sabaudo.

§. XXVIII.

Idem factum in tabulis dot. Caroli Burgun-

Burgundiae ducis et Margarethae Eduardi IV. R. A. filiae.

§. XXIX.

Super dotis successione tabulae quoque Dotales disponunt, quod docent Exempla Emanuelis Philib. Sabaudiae D. cum Margaretha Fr. I. G. R. filia de dote contrah.

§. XXX.

Caroli IX. G. R. et Elisabethae Maximiliani II. Imp. filiae.

§. XXXI.

Henrici Nauarrae et Margarethae Henrici II. Fr. R. filiae.

§. XXXII.

Henrici III. G. R. et Ludouicae Lotharingiae.

§. XXXIII.

Alfonsi Atestini Mutinensis D. atque Isabellae Sab.

§. XXXIV.

Henrici IV. et Mariae Mediceae.

§. XXXV.

Vladislai IV. Pol. R. et Ludouicae Mariae Gontzagae.

§. XXXVI.

Ferdinandi Bauariae principis atque Adelheidae Sabaudicae.

§. XXXVII.

In dotem datae sunt terrae, quod exemplis historiae veteris ostenditur.

§. XXXVIII.

Idem quoque testantur pacta dotalia inter Henricum Godefr. Brabant D. filium et Mechtildem Philippi Flandriae com. neptem.

§. XXXIX.

Heinricus Nauarrae Rex filiae suae Ioannae Heinricum Eduardi I. Angl. Reg. filium sibi associanti promisit successionem in regnum Nauarrae, Eduardus autem filio Vasconiam.

§. XXXX.

Quaenam loca Eleonora Eduardi I. Reg. Angl. filia Alfonso Petri Reg. Arrog. filio dotis loco attributa voluerit.

§. XXXXI.

Carolo Arragoniae Regi a Carolo II. Siciliae Rege cum filia Margaretha in dotem dabatur Comitatus Andegauensis et Cenomanensis.

§. XXXXII.

Otto IV. Burgundiae Comes vnicam filiam ac heredem vni ex Philippi Pulcri R. Franc. filiis desponsauit, eique nomine dotis Burgundiae Comitatum concessit.

§. XXXXIII.

Margaretha Theobaldi Ducis Lotharingiae filia Guidoni Flandriae comiti marito varias terras, in dotem, obtulit.

§. XXXXIV.

Theodorus Montiferrat. Marchio Iolandae filiae, quam Aymoni Sabaudiae comiti nuptui dabat, omnia iura et rationes sibi in certis castris ac villis competentia concedebat.

§. XXXXV.

Wenceslaus Brabantiae Dux Margaretham filiam in sociam thori concedens huic simul tradidit varia loca, v. g. Antwerpiam.

§. XXXXVI.

Qualis inter Ludouicum Galliae Delphinum et Margaretham Iacobi I. Scotiae regis filiam fuerit definita dos.

§. XXXXVII.

Ioanni Duci Cliuensi Elisabetham, Ioannis de Burgundia comitis de Stampes, vxorem ducenti in dotem

varias terras obtulerunt parentes dictae uxoris.

§. XXXXVIII.

Cypri regnum Charlotta Principi Sabaudiae Ludouico in dotem adferebat.

§. XXXXIX.

Ioanna Harcurtia Com. de Tarcarville Renato II. Lotharingiae Duci maritata nomine dotis iura successionis in terras paternas largita est.

§. L.

Bonifacius March. Blancae Guilielmi Montisferratensis March. filiae, Carolo I. Duci Sabaudiae nuptae, dimidiam terrarum partem in dotem constituit.

§. LI.

Anna Francisci II. Britanniae Ducis filia Carolo VIII. Ducatum suum hereditarium Britanniae Minoris adtulit.

§. LII.

Ludouicus XII. *Gall. rex cum Claudia filia vnica Francisco Valesio Comiti tunc Engolismensi varios comitatus in dotem dedit.*

§. LIII.

Philipp. Saband. Comes Geneuensis cum Charlotta Aurelianensi varias terras in dotem accepit.

§. LIV.

Maria Scotiae Regina, quae Francisco II. Henrici Gall. reg. filio nupserat, Scotiae Regnum in dotem adtulit.

§. LV.

Ius succendi et terras cum dote in certa pecunia consistente in dotem nonnunquam dabant, quod exemplo illustratur.

§. LVI.

Exemplum successionis in regna vel prouincias nomine dotis adsignatae praebet Elisabetha Iohannis Gorlicensis fratris Imp. Wencislai filia, atque Antonio Brabantino desponsata.

§. LVII.

Iacobaea Guilielmi Duc. Bav. Hannoniensis et Hollandiae comitis filia Ioanni de Francia marito ius succedendi in Hannoniae, Hollandiae &c. comitatus nomine dotis obtulit.

§. LVIII.

Apud Gallos terrarum vel fundorum filiabus Regum in dotem aut pro sustentatione concessorum vsusfructus, non autem proprietas competebat coniugibus.

§. LIX.

Quandoque iura vel in dotem maritis concessa legimus.

§. LX.

Iacobus I. *Arrag. R. Margarethae Franc. reginae iura in varias ditiones largitus est.*

§. LXI.

Jolanda Aymoni Sabaudiae comiti iura quaedam in terras obtulit.

§. LXII.

Margaretha de Belloioco Iacobo Achayae principi nupta remittit marito omnia iura et actiones in hereditatem Belloiocensem.

§. LXIII.

Iacobo Scotiae Regi per vxorem Christiani I. *Dan. reg. filiam iura in Orcades et Schetlandicas insulas sunt concessa.*

§. LXIV.

Anna Sabaudica Friderico Arragonio nomine dotis concedit comitatus Russilionis et Coritaniae.

§. LXV.

§. LXV.

Ludouica Francisci I. *filia Carolo Castellae Regi omnia iura in Regnum Neapolitanum concessit in dotem.*

§. LXVI.

Dabantur et debita in dotem.

§. LXVII.

Item dotalitium ex priori matrimonio.

§. LXVIII.

Imperantes in constituenda dote a Statibus suis subsidium extra ordinarium exigere solent. v. g. in Gallia.

§. LXIX.

Idem dicendum de Anglia, quotias filia primogenita Regis elocanda est.

§. LXX.

Quid in regno Suecorum cum in finem fuit difinitum.

§. LXXI.

Tertius non nunquam etiam constituere solet dotem, quod exemplo demonstratur.

§. LXXII.

Id quod et alio exemplo illustratur.

§. LXXIII.

Sic et Carolus IV. *Margarethae Lignicensi dotem constituit.*

§. LXXIV.

Et Ludouicus XI. *Gall. Rex Agneti Sabaudae.*

§. LXXV.

Item Eduardus IV. *Angl. rex Margarethae sorori.*

§. LXXVI.

Idemque Ludouicus XI. *Annae Sabaudae.*

§. LXXVII.

Similiter Carolus V. *Christiernae Danicae.*

§. LXXVIII.

Henricus IV. *Rex Gall. sorori suae Catharinae.*

§. LXXIX.

Itemque Ludouicus XIII. *Gall. rex sorori, et Ludouicus* XIV. *Ludouicae Mariae de Gonzaga.*

§. LXXX.

Idem Ludouicus XIV. *edidit exemplum dotationis tempore recentiori.*

§. LXXXI.

Nulla certa summa expressa, talem constitutum iri saltem dicitur dotem, quae dignitati sit conueniens.

§. LXXXII.

Prout et factum in pactis Amadei Sab. Princ. et Violandae Caroli VII. *Reg. Gall. filiae.*

§. LXXXIII.

Ludouici Delphini atque Charlottae Sabaudae.

§. LXXXIV.

Ioannae Ludouici XI. *filiae et Ludouici Duc. Aurelian.*

§. LXXXV.

Caroli V. *Austr. Archi-Duc. et Renatae Ludouici* XII. *Reg. Angl.*

SECTIO ALTERA.

DE GERMANIAE PRINCIPUM DOTE.

§. I.

Principes Germaniae vel certam auriargentiue summam, aut integrum territorium vxoribus in dotem dare solent, prout docet pactum Philippi Imp. vnam ex filiabus suis cum Henrico iun. Brabantino matrimonio iuncturi.

§. II.

Item delineatio matrimonii inter Margaretham Austriacam et Meinhardum Tyrolensem contrahendi.

§. III.

Wilhelmo III. Landgrav. Thuringiae, fortis dicto Anna Alberti II. filia dotem centum ducatorum millium promisit.

§. IV.

Christiano II. Daniae Regi dos i. e. ducenta et quinquaginta millia florenorum auri sunt promissa.

§. V.

Carolus V. Imp. Alberto Bauar. Princ. filiam Mariam vna cum dote quinquaginta millium florenorum pollicitus est.

§. VI.

Maximiliano I. Bav. El. Mariam Annam Imp. Ferdinandi II. filiam ducenti vxorem dos assignatur centum millium Florenorum Rhenensium.

§. VII.

De Computatione Zaluskii variant dotationis, quae a Domo Austriaca prouenire solet.

§. VIII.

Maria Iosepha Friderici Augusti R. Polon. vxor in dotem afferebat marito centum florenorum millia.

§. IX.

Ferdinandus Maria Bauar. Elect. Mariae Annae Ludouico Delphino nuptae dotem promisit centum millium thalerorum cum iocalibus.

§. X.

Vnio Saxonica d. a. 1387. mentio facit constituendae dotis.

§. XI.

In pacto confraternitatis inter domum Thuring. et Hassiac. anno 1392. contracto dos duodecim millium florenorum constituitur.

§. XII.

Quid in pacto vnionis Landgr. Thuring. d. anno 1403. et 1410. sit definitum.

§. XIII.

Postea apud Serenissimam gentem Saxon. viginti quatuor millia florenorum Rhenensium in dotem virginibus constituta leguntur.

§. XIV.

Qualis hodie dos in Seren. domo Saxonica Electorali detur.

§. XV.

Item in domo lineae Ernestinae.

§. XVI.

§. XVI.

Qualem Fridericus II. Dux Saxo-Gothanus sorori Ioannae Adolpho Frid. Strelizensi Duci desponsatae subministrauerit dotem.

§. XVII.

Friderici Wilhelmi Duc. Saxo-Altenburgici dispositio de dote filiae suae constituenda.

§. XVIII.

Ioannes Burgr. Norimb. filiae suae anno 1443. in dotem praebuit quadraginta florenorum Francicorum: Filii autem Friderici I. Elect. viginti millium florenor. Rhen. dotem decreuerunt.

§. XIX.

Albertus Achilles vero a. 1473. tantum dotem decem millium florenorum Rhenensium constituit.

§. XX.

Et Georgius Marcb. illam ad duodecim millia Florenorum Rhenensium extendit.

§. XXI.

Linea Electoralis autem Brandenburgica in eo pro arbitrio nulla lege adstricta agit.

§. XXII.

In Linea Brandenburgico-Franconica dos diuersimode fuit determinata.

§. XXIII.

Carolo IV. Imp. Annam Rudolphi Com. Palatini filiam ducenti dos sex marcarum millia fuit largita.

§. XXIV.

Quantitas dotis a Ruperto Palat. Imp. filiae suae Agneti concessae.

§. XXV.

Fridericus Pal. Elect. filiae Dorotheae Susannae Io. Wilhelmo Vinariensi nuptui collocata dotem triginta duorum florenorum Rhenensium dabat.

§. XXVI.

Dos Carolae Elisabethae Car. Ludou. L. Palatini filiae et Philippo Aurelianensi nuptae data refertur.

§. XXVII.

Elisabetha Philippi Guilielmi El. Palat. filia, quam Iacobus Princeps Reg. Poloniae nupserat, in dotem huic adtulit centum millium florenorum Rhenensium.

§. XXVIII.

De dote in domo Brunsuico-Luneburgica vsitata.

§. XXIX.

Antonio Gunthero de Schwartzburg filia Antoni Vlrici Duc. Brunsv. Lun. dotem millium Thalerorum cum iocalibus obtulit.

§. XXX.

Sophiae Wurtenbergicae Io. Philippo Duci Saxo-Altenburgensi nuptui datae dos triginta duorum millium Florenorum soluebatur.

§. XXXI.

Elisabethae Landgr. Hass. Heinrici filiae Ioannique Nassouio nuptae sedecim florenorum millia in dotem fuerunt collata.

§. XXXII.

Viginti Florenorum Rhenensium millia loco dotis Eleonora Carola Mompelgartensis Syluio Friderico Duci Wurtenbergico-Oelsensi obtulit.

§. XXXIII.

Mechtildis Heinrici Hassiae Landgr. filiae Ioannis Cliuiae Duci coniux dos erat viginti quinque millium Rhenensium.

§. XXXIV.

Sedecim thalerorum millia Anna Pomerana

merana maritis suis in dotem adtulit.

§. XXXV.

Septem millia florenorum Hollandicorum erat dos Elisabethae Adolphi Cliuensis Comitis filiae, qua Reinoldum de Franckenberg exhilarabat.

§. XXXVI.

Maria Iohannis Cliv. Duc. filia Adolpho Duci Iuliac. marito dotis nomine concessit viginti florenorum Rhen. millia.

§. XXXVII.

Ioh. Fridericus Sax. Dux cum Sybilla Cliuensi accepit viginti quinque millia florenorum.

§. XXXVIII.

Franciscus Lotharingicus cum Anna Iohannis Cliv. Duc. filia pro dote nactus est triginta millium florenorum Rhenensium.

§. XXXIX.

De ea inter Heinricum VIII. *Anglorum Regem atque Annam Guiliemi Ducis Iuliae filiam quid definitum.*

§. XXXX.

Quantitas dotis Mariae Eleonorae Iuliac. in Albertum Fridericum Borussiae Ducem collatae illiusque sororis.

§. XXXXI.

Dos Sophiae Henrici XIII. *Henneb. Princip. filiae Alberto Norimb. Burggrauio nuptae.*

§. XXXXII.

Elisabethae Io. Nassouii Com. filiae Christiano Waldecciae Comiti oblatae.

§. XXXXIII.

Octo millia Anna Ottilia Saarbrucensis Wilhelmo Comiti Saynensi nupta in dotem adtulit.

§. XXXXIV.

Dotem viginti millium thalerorum Sophia Augusta Nassov. Wilhelmo Anhaltino offerebat.

§. XXXXV.

Margaretha Lignicensis, Alberto Bauaro XXX. *millia florenorum dotis nomine dedit.*

§. XXXXVI.

Varia exempla dotis datae et acceptae inter illustres ex schedulis Hortlederianis recensentur.

§. XXXXVII.

Dotis constitutio et inter Comites et Dynastas Imperii frequens occurrit; id quod

§. XXXXVIII.

Exempla satis probant.

§. XXXXIX.

Dos illustrium filiarum ex tributis Prouincialibus comparatur.

§. L.

Quis Apanagiatorum Illustrium filiabus dotem constituere teneatur. pater illustris, an vero princeps regens?

§. LI.

Pacta gentilitia quaestionem hanc frequentius decidunt definiuntque.

§. LII.

De Dotis successione etiam varia in pactis dotalibus principum et comitum Germaniae definiri solent.

§. LIII.

Nec desunt tractus terrae, in dotem concessi.

§. LIV.

§. LIV.

Quod illustratur dote uxori Alberti degeneris data.

§. LV.

Rudolphus Habsb. Imp. Iudithae, Bohemiae Reg. Wenceslao matrimonio copulatae in dotem dedit Egram.

§. LVI.

Margarethae Maximiliani I. Imp. filiae diuersas terras in dotem fuisse promissas scimus.

§. LVII.

Coburgensis tractus semel atque iterum dotis nomine fuit cessus.

§. LVIII.

Terras quas ia. de Burgundia. Comes de Sampes filiae Elisabethae Ioanni Cliuensi nuptae in dotem dedit, recenset.

§. LIX.

Maria Wilhelmi Iul. Duc. filia Ioannis Duc. uxor attulit marito Ducatus suos Iuliacensem atque Montium.

§. LX.

Schwarzburgica Reinhardo comiti Hanouiens. ius pignoris in Gelnhausen praeter dotem attulit.

CAPVT VIIII.

DE DOTE PERSONARVM ILLVSTRIVM.

SECTIO I.

DE DOTE ET PACTIS DOTALIBVS EXTERORVM.

§. I.

Inualuit ab antiquissimis iam inde temporibus apud plerasque gentes vt filiabus nuptis ad sustinenda matrimonii onera, vel etiam consuetudinis causa *dos* constitueretur. Dicebatur Dos *Withem.* WILLERAMVS * *Tho her him selbemo mahelda thie Ecclesiam mit themo uuithemo seines heiligen bluodes*, i. e. cum sibimet ipsi desponsaret Ecclesiam *dote* sancti sui sanguinis. Sic etiam GLOSSARIVM LATINOTHEO-

* In *Cant. Canticorum* p. 50. n. 29.

NO THEOTISCUM: Dos: *Widimo.* FREHERUS ad WILLERAMUM.* *Widimo*, i. e. dote, munere sponsalicio, antiphernа. GLOSSAE VETERES: Dos, *Wedem*, Dotare *Wedemen*. *Vnbeweddede*, i. e. non sponsa. Inde hodieque *Dos Ecclesiae*, bona dotalia, *Widdumsgüter* vocantur. ** Vocabatur quoque *Maritagium*, prout patet ex PETRO de VINEIS: *** *donec eos in manibus eius* omnem dotem et ius, *de quibus tenebatur eis pro Maritagio, respondere oportuit necessario remisisse.* Et alio loco; **** *et ideo cum pro Maritagio filiae nostrae charissimae, quam filio N. Marchionis Misnensis decreuimus copulandam, a fidelibus nostris regnicolis subuentionem placeat exhiberi.* Sic in tabulis dotalibus *Ludouici*, Philippi Pulcri *Galliae Regis* filii a. 1299. dicitur: † *Nos vero, conuenimus et promisimus praedicto Domino nostro Regi, pro dicto filio suo dabimus* in maritagium *cum praedicta filia nostra, centies mille libras paruorum Turonensium in pecunia numerata.* Et in tabulis dotalibus inter *Alphonsum*, Petri Arragoniae Regis filium et *Eleonoram* Eduardi I. Angliae Regis filiam XVIII. Kl. Septembris 1282. conclusis: †† *donec de quadraginta milibus libr. nigrorum Turon. quas eadem Domicella affert praedicto viro suo* in Dotem seu Maritagium, *et liberauit eidem Domino Regi Aragon. nomine praedicti Domini Alfonsi Filii sui, Mariti eiusdem Domicellae, tempore traductionis, plene fuerit satisfactum. Et, si reditus, exitus, et prouentus praedictorum quatuor Locorum, et eorum pertinentiarum, non valerent singulis annis, vno cum aliis computato, deductis expensis,*

* p. 37.

** ita dicuntur *Wydemhofe and Güter* bona ecclesiae RVPERTO *Imp.* in Confirmatione priuilegii Capituli Neustatensis a. 1403. Vide SCHILTERVM, *Glossario* voce *Withem*. p. 881.

*** lib. III. c. V.

**** lib. III. c. XVI.

† *apud* DV MONT. T. I. p. I. n. DLXVIII. p. 324.

†† c. l. *Supplem.* n. LII. p. 116.

expensis, tria millia Librarum nigrorum Turon. Dominus Rex praedictus, et nos, nomine eiusdem, tenemur, usque ad supplementum dictae quantitatis, eidem Domicellae, vel eius Procuratori, residuum in Terra praefati Domini Regis, in locis conuenientibus, assignare. Praeterea pro praedictis quadraginta millibus Librarum nigrorum Turon. habendis et recuperandis, si praedictus casus soluti Matrimonii superuenerit, eidem Domicellae, et praefato Domino Iohanni de Vescy, Procuratori ipsius, nomine Procuratorio pro ipsa vice, nomine, loco et auctoritate eiusdem Domini nostri Regis Aragonum, obligamus, simul cum aliis quatuor Locis praedictis, alia duo Loca, castra et Villas infra scripta scilicet, Turolium et Darocham, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, in forma et modo, prout superius de aliis quatuor Locis exprimitur; hoc excepto, quod dicta Domicella tunc primo fructus praedictorum duorum locorum percipere inciperet, si matrimonium contigerit esse solutum: obligationem tamen et iuramenta fidelitatis ex nunc recipiet ipsa, vel Procurator et obedientiam, in casu praedicto soluti matrimonii, a subditis dictorum Locorum, sicut de quatuor aliis Locis superius dominatis. Sic in carta comitis Pontini * Ego Guillielmus comes Pontini notum facio tam praesentibus quam futuris, quod Philippus Dei gratia Rex Francorum Aales sororem suam, filiam Eudouici regis Francorum mihi in uxorem dedit, et cum ea in maritagio quicquid habeat apud Vilers, et quicquid apud Ruam habebat, et quicquid apud S. Walaricum habebat.

§. II.

Dos etiam dicitur *Morgengaba*, ast rarius. Patet hoc ex Tabulis dotalibus inter *Carolum* IV. *Imp.* et *Rudolphum* Palatinum Electorem, ratione filiae ipsius *Annae* a. 1349. conclusis, in quibus ** Wir *Rudolph* von Gottes Gnaden *Pfaltz-Graff*

Ooo 2 beym

* extat in EDM. MARTENE et VRSINI DVRANDI collectione Monum. Veterum. Tom. I. p. 1013.

** apud DV MONT. Tom. I. p. II. n. CCCXV. p. 251.

beym Rhein, Hertzog in Bayern, des Heil. Römisch. Reichs Obrister Truchses etc. bekennen und thun kund öffentlich mit diesem Brief, allen denen, die ihn sehen hören und lesen, dass es zwischen dem Allerdurchleuchtigsten Fürsten unserm gnädigen Herrn und lieben Sohn, Herrn *Carle* von Gottes Gnaden, Römisch. König zu aller Zeit Mehrer des Reichs und Königen zu Böheim, an einem, und uns am andern Theil, um die Freundschafft, die uns beyderseits begriffen und vollführt ist, dass er die hochgebohrne *Annen* unsere liebe Tochter zu einer ehelichen *Königin* und *Würtin* genommen hat, also getheidiget und übereinkommen ist, dass uns der vorgenannt Unser gnädiger Herr, und lieber Sohn, ob wir das zu Rath würden, dass wir eine eheliche *Würtin* nemen wolten, darzu rathen und helffen solle, mit gantzen treuen ohne Gefehr, und were dass sie gewünnen, so solten Unser Land und Leute, Stätte und Veste, demselben unserm Sohn *verbleiben, und auf ihre Erben*, als bescheidentlich, dass Unserm vorgenannten Herrn folge sein *Zugelt* und *Morgengabe*, die in derselben Freundschafft benennt ist, deren Summa ist *Sechs tausend schwer Marckt löthiges Silbers*, die wir ihme *beweisen* sollen, und *beweisen auf Pfandschafft*, die hernach geschrieben stehen, auf Hartenstein, Auerbach, Velden, Plech, und auf den Reydenstain, und was darzu gehöret, besuchet und unbesuchet, ober der Erden, und unter der Erden, und vor der Erden, auf Wälden, Wassern, und Wayden, mit allen Rechten und Herrschafften, die dazu gehören, were aber dass die Durchleuchtige *Anna* Unser liebe Tochter, seine Eheliche Würtin *ergienge*, ehe dann unser vorgenannter Herr und Sohn, *so solle dieselbe Morgengabe ihme verbleiben, dieweil er lebet*, und nach seinem Todt, *werden Unsere Erben*, ob wir die lassen, *darinn succediren*, ob aber der mehrgenannte Unser Herr und Sohn mit Unsern andern Töchtern *einerley Gelt, sie zu berathen, ausgegeben hette, dass soll seinen Erben und nach-*

nachkommenden Königen zu Böbeim von derselben Morgengaab und Zugelt *zuvor bezahlt werden*, und ob auch er was übriges ausgeben hätte, mit den vorgenannten Unsern Töchtern, dasselbig *sollten Unsere Nachkommen gäntzlich richten*, und zahlen. Were aber, dass die *Morgengaab* besser were, dann das Gelt, dass Unser Herr und lieber Sohn ausgeben hette, als vorgeschrieben stehet, so soll *das übrige alles* folgen Unsern Erben.

§. III.

Iure Romano dos nuptiis necessario interueniebat, ita vt absque dote concubinatus potius quam legitimum esset matrimonium. Solet et apud plerasque gentes adhuc hodie dos marito constitui, ast nec natura matrimonii nec ratio vt illam necessario flagitat. Inde dos, quam Romani habebant, variis ignota erat gentibus. De Spartanis AELIANVS: * *Lex est* Spartanis, *vt matrimonia*, nulla intercedente dote, *contraherentur*. De *Germanis* vero sic loquitur TACITVS: ** *Dotem non vxor marito, sed vxori maritus offert. Intersunt parentes et propinqui, ac munera probant; munera non ad delicias muliebres quaesita, nec quibus noua nupta comatur; sed boues et frenatum equum, et scutum cum framea gladioque. In haec munera vxor accipitur, atque inuicem ipsa armorum aliquid viro affert, Hoc maximum vinculum, haec arcana sacra, hos coniugales deos arbitrantur. Ne se mulier extra virtutum cogitationes, extraque bellorum casus putet, ipsis incipientis matrimonii auspiciis admonetur, venire se laborum periculorumque sociam, idem in pace, idem in praelio passuram ausuramque. Hoc iuncti boues, hoc paratus equus, hoc data arma denuntiant. Sic viuendum, sic pereundum, accipere se quae liberis inuiolata ac digna reddat, quae nurus accipiant, rursusque ac nepotes referant.* ANNAEVS ROBERTVS † equidem autumat, id quod de *dote* scribit TACITVS,

 non ab-

* *Var. Hist.* lib. VI. c. IV.
** de *Mor. Germ.* c. XVIII.
† *Rerum iudicatarum* lib. I. c. XIII.

non absurde ad Dotalitium referre licere; verum non tam *ad ostentationem*, quam potius *tanquam pignora* coniugalis amoris a marito *vxori* fuisse concessa, verba TACITI nos docent.

§. IV.

Imo interdum illustrium quoque matrimonia sine *dote* fuere, quod docet exemplum *Guilielmi* Principis Monspelleriensis. Miserat *Alfonsus* II. Rex *Arragoniae* et *Cataloniae* ad *Emanuelem* Constantinopolitanum *Imp.* legatos, qui nuntiarent se cupere illius filiam, nomine *Mathildem*, nulla constituta *dote* dari sibi in Matrimonium. Annuente Imperatore Sponsalium fide mutuo hinc inde data curaque omni deducendae in Hispaniam sponsae *Imp.* relicta, legati protinus ad *Alfonsum* remigrarunt. Interea, dum *Mathildis* ista in Arragoniam mitteretur, duxit *Alfonsus Sanctiam*, *Alfonsi* Castellae Regis filiam ipsi a patre oblatam. Hanc igitur repudiatam licet atque indotatam *Guilielmus Montispessu* Iam Princeps *consensu Procerum* duxit vxorem. * Patet hoc etiam exemplo *Iacobi* I. Arragoniae *Regis*, qui dicti *Guilielmi* erat nepos, dum *Eleonoram* duceret *Alfonsi* X. Castellae Regis filiam, de quo BERNARDINVS GOMESIVS: ** *Vnde legati missi* Agredam, *celebre id Castellae oppidum est, quod Arrogoniae et Nauarrae fines attingit, vti tunc erat* Berengaria, *eidem renunciarunt*, Iacobum *Regem suum cupere* Leonoram *eius sororem matrimonio sibi iungere: atque cum tot, tantorumque Regnorum dominus ipse ac Rex esset, solis* Leonorae corporis *atque* animi dotibus *contentum esse, neque non eidem insignia oppida* nempe Darocam, Epilam, Pinam, Vndecastellam, Barbastrium, Tamaritium de Sancto Stephano, Montalbanum, et Cerueram, *Regni Aragonum: cum his, quae in montibus Siurana et Pratensi sita sunt in Catalonia,* dotem *confecturum.*

§. V. An-

* *de quo* BERNARDINVS GOMESIVS de Vita *Iacobi* I. lib. I. *sub initium.*

** Vita *Iacobi* I. lib. III. ineunte.

§. V.

Anno 1201. captae a Francis Anglorum vrbes in Gallia fuerunt relictae, ea tantum lege, vt *Blanca*, Alfonsi Castellae, Regis filia, *Ludouico* Philippi Regis Galliae filio nuberet, *nulla alia dote*, teste MARIANA: * Pergit ille: *Gloriosum id Alfonso Castellae Regi erat, duas filias coniunctis ferme nuptiis, duobus Regibus sine* vlla dote *copulatas*, nam *Berengariae ea oppida dota sunt, quae Castellae armis viro ipsius non idem pridem erant detracta*. De *Philippo Maria* etiam Mediolanensi Duce PAVLVS IOVIVS: ** *vt demum* Amadaei *Sabaudi filiam euentu sterilem duceret non* sine dote *modo confectis nuptiis, verum, vt soceri societatem promereretur, vltro traditis Vercellis*. Cliuensis Historia testatur, quod *Catharina Adolphi* Cliuensis Ducis filia a. 1423. quae *Arnoldo* Geldriae duci nubebat, in tabulis dotalibus † renuntiabat *doti* his verbis: Voirt sall Ionfer Cathrine, onse lieue Gesellynne voirsol, mit ons, und wy met oer, to gesynnen Hertogen Adolphs van Cleue, ons lieven Schwegerherrn ind Vaiders voirsl. synre Erven ind nakomlingen wytlicke vertiechnisse doen, up alle Medegaven, und up alle Anfall ind Versterffnisse.

§. VI.

Dum autem a longis retro seculis inter illustres *dos* intuluerit, suboritur quaestio, si de *Iure foeminarum illustrium* agatur, vtpote de *dote*, de *dotalitio*, *morgengaba*, *donatione propter nuptias*, aliisque rebus, quae *matrimonii* fiunt intuitu: an *illustres* foeminae *iure* vtantur *priuatorum*. Adserit hoc illustris LVDOLPHVS. †† Verum nec circa res *matrimoniales* foeminarum *illustrium* in omnibus obtinet ius *priuatum*, nec circa Reginas

* lib. XI. c. XXI.

** *in vita ipsius* p. 186.

† apud DITHMARVM *Cod. Diplom*, ad TESCHENMACHERI *Annales* n. LXIX.

†† de *Iure Foemin. illustr.* II. Part. II. cap. I. §. III.

Reginas et coniuges *Maritorum supremi iuris*, priuata iura locum habent, quin potius *consuetudines* cuiuslibet *Regni et Prouinciae* vel *pacta gentilitia, et dotalia*, quae saepissime variant, sunt consideranda.

§. VII.

Dos constituitur vel necessario vel voluntarie, necessario dotem constituit pater, seu qui eius in imperio est successor, reliqui omnes voluntarie constituunt. Quantitas dotis admodum variat, moxque maior mox minor fuit, et obseruamus in illustribus domibus, minorem saepe dotem constitui, quam diuites mercatores filiabus constitui solent. Imo in plerisque familiis magna dos admodum est perosa, dum doti conueniens dotalitium sit concedendum. Hinc saepe de quantitate dotis accipienda pactis inter illustres conuenit familias.

§. VIII.

Dotis *quantitas* plane est *diuersa*, vel *insignis* ista, vel *mediocris*, vel etiam *exigua*. Singularum exempla secundum *quantitatem* et pro *temporis* ordine recensebimus. *Maxima* quam adhuc dum animaduerti, dos fuit *Constantiae* Manfredi, qui *Friderici* II. Imp. filius erat *naturalis*, tunc Siciliae Regis, filiae a. 1289. Petro III. Arragoniae Regi nuptui collocatae, de qua BERNARDINVS GOMESIVS: * *Protinus de vxore* Petro *deligenda cogitauit. Neque enim quantum in* Alfonso, *in* Petro *rem distulit. Nam inter alios; proposita ei fuit* Constantia, *filia vnica* Manfredi *Siciliae Regis*, Federici *Imperatoris filii*, *qui sex ante annis, tempore* Alexandri IV. *Pontif. Max. Regio insignitus titulo, in Italiam traiiciens, Calabriam cum vniuersa Apulia in potestatem redegerat, idque inuito Pontifice, et Conradino Principe filio Conradi Imperatoris, et sororis* Manfredi, *ad quem regnum* Neapo-

* LVDOLFF de iure feminarum illustrium p. 102.

** *Vita Iacobi* I. *lib.* XVI. ineunte p. 324. Tom. III. *Hispan. illustratae.*

Neapolitanum *cum iis prouinciis spectabant. Cupiens igitur* Manfredus *sese cum Aragoniae* Rege *affinitate coniungere legatos e Sicilia* Barcinonem *misit, Giroldum Postam, Maiorem* Egnatiensem, *et Iacobum* Mostacium, *viros prudentissimos*, qui de matrimonio *Petri* Arragoniae, et Cataloniae Principis, et *Constantiae* agerent, *quam* Manfredus *ex vxore* Beatrice, *Amadaei Comitis Subaudiae filia susceperat*, dotem illi L. M. *auri unciarum* nomine patris *dicerent: propter ingentes alias cum* corporis, *tum* animi *dotes, quibus praeditam esse* Constantiam, *non solum Legati, sed plerique probatae fidei mercatores Barcinonenses, qui e Sicilia venerant, pleno ore referebant. Placuit* Regi, *atque omnibus propositum cum dicta* dote *matrimonium (neque enim antea dos tanta accepta fuerat ab Aragoniae Regibus) ac etiam* Manfredi *affinitas; iis quippe patere sibi, suisque in posterum, magnum in Italia ostium, Siciliae Imperio, aperiri quoque horreum refertissimum ad haec sustentanda Regna, prospexit. Quamobrem statim ad deducendam sponsam misit* Fernandum Sanctium *filium, quem ex* nobilissima *Aragonensi foemina* Antilionia *susceperat, vna cum pernobili Aragonensi Guilhermo Torrellia, viro prudentissimo, vt iis arbitris* sponsalia *fierent, et* Constantiam *cum magno Comitatu deducerent. Quibus proficiscentibus, auditum est,* Vrbanum *IV. Pontificem* Alexandri *successorem in* Manfredum *tam male esse affectum, vt non modo diras, atque omnes Ecclesiasticas censuras imprecatus ei fuerit: verum omnium fere Christianorum Principum auxilia implorarit, magnumque coegerit exercitum, vt illum ab omnibus Ecclesiae ditionibus, quas tenebat, expelleret. Qua de causa Rex ancipiti distractus cogitatione, dolensque tam commodum sibi, filioque impediri matrimonium et affinitatem, Legatos Romam misit ad* Vrbanum *inter alios,* F. Raimundum Pennafortium *ordinis Dominicani, virum insigni sanctitate atque doctrina nobilem vt honestis rationibus, et quantis posset precibus, a* Pontifice *impetraret, vti* Manfredum, *supplicem, resipiscentem, ac misericordiam implorantem, sibi et Ecclesiae sanctae conciliaret. Verum enim tantum abfuit, vt* Pontifex *veniam illi daret, vt eo magis obduruerit, in idque rursum incubuerit, vt* Iacobum *auocaret a coniunctione et affinitate Manfredi, Tarentini, vt dicebat, Principis, impii, acerbissimique Ecclesiae hostis ac perduellis: quin et recenseret, alios inveniri princi-*

pes

pes Catholicos, ac Deum timentes, qui filias suas Manfredinae, *virtute, ac dote pares,* Petro *filio nuptui traderent libentissime. Sed neque* Regis *preces apud Pontificem, neque ipsius monita apud Regem quicquam profuerunt: creditumque est, diuina factum prouidentia, et numine, vt eae nuptiae aliis omnibus praeferrentur: quod iis maximae fuerint fortunarum, atque dignitatis accessiones factae Aragoniae Regnis.* Hanc *dotem* tali ratione computat MARIANA* scribens: *puella dotis nomine* auri duodecim myriades, *ingens ea tempestate pretium et regni Siculi haud dubiam spem, cum* Manfredus *mascula prole careret, in Aragoniam regiam inferebat.*

§. IX.

Recentiori etiam aetate *Maria Francisca Elisabetha* Petro *Lusitaniae* Regi a. 1668. in *dotem* attulit *Ducatorum myriadem*, prout tabulae ** habent. Que la dite *Serenissime Princesse* se constituë *en dot vn million de Croisades ou Ducats, monnoie courante de ce Roiaume*, afin que le Serenissime Prince Dom *Pedro, apres la consommation du Mariage*, ait et gagne ladite *dot*, et en dispose *à sa volonte*, et paroe que, quand la *Serenissime Princesse* vint de France, elle apporta auec soi *vne somme* qui se montoit *à la valeur d' vn million*, laquelle à esté effectivement remise entre les mains des Ministres de ce Roiaume, et que par consequent ce Roiaume lui doit, on est conuenu que ledit *Serenissime Prince*, parmi les autres biens dudit Roiaume, qui est obligé à la restitution de ladite somme, *se contente de la même dot*, comme s' il l' auoit reçûë lui méme, et tient la *Serenissime Princesse* pour bien et duëment dechargée de la paier vne autre fois, de même que si elle la lui paioit reellement et actuellement à cette heure.

§. X.

Henricae Mariae Henrici IV. Galliarum Regis filiae *Carolo* I. M. Britanniae Regi elocatae *dos* statuta fuit *octo millium Thalerorum*, prout Tabulae *Matrimoniales* docent *Parisiis* d. 8. Maii,

* *lib.* c. XIII.

** *dans* RECVEIL DES TRAITTES DE PAIX *Tom.* IV. n. LXXXI. p. 249.

Maii. 1625. * in quibus: Le *Dot* de madite *Dame* sera *de huit cens mille écus, de trois livres piece monnoye de France,* dont sa Maiesté Tres-Chrêtienne sera ac quittié la moitié la veille des épousailles dans la Ville de Londres, et l' autre moitié dans vn an, à commencer du iour dudit premier payement.

§. XI.

Henricus VIII. Anglorum Rex sorori suae, *Mariae, Ludouico* XII. Gallorum Regi nuptae, *dotem* constituit *quadringentorum millium auri*, ita tamen, vt *dimidia* pars per summam Regis Galliae, quam *Henrico* VIII, deberet, compensetur, de quo ipsae Tabulae *Londini* die VII. *Augusti* 1514. confectae, ** docent: *Item conventum* et *concordatum est, quod dictus* Rex Angliae, *haeredes et Successores sui* pro Matrimonio *praefatae* Dominae *Principis*, Dominae Mariae *cum dicto* Rege Francorum *habendo et contrahendo*, *nomine* Dotis *dabit, soluet et deliberabit, dari vel solui et liberari faciet praefato* Christianissimo *Regi* Ludouico, *eiusve Deputato seu Deputatis* summam quadringentarum millium coronarum auri, *vel earundem verum valorem, soluendarum modo et formâ sequentibus.*

§. XII.

Blanca Maria Galeacii Sfortici, *Mediolanensis* Ducis filia *insignem dotem*, pro illorum temporum maxime ratione, attulit *Maximiliano* I. *Imp*. de quo PONTVS HEVTTERVS: *** *Mirabantur complures Caesarem* Maximilianum *ad* tam impares *descendisse* nuptias: *sed rerum ignari non considerabant caesarem, ob prodigam liberalitatem continuaque bella* semper pecuniae indigum *cum ea* in dotem *ac* pro diplomate, *quo* Ludouicus Sfortia, *sponsae patruus*, Dux Mediolanensis, *renunciabatur*, *accipere* quadringenta millia aureorum ducatorum, *pro mundo eius muliebri* ducenta millia, *aliaque* centum millia, *quibus cognati eius atque affines honorare dicebantur.* Auget ornamenta Blan-

 cae GER-

* *extant apud* DV MONT Tom. V. p. II. p. 476.

** *extant apud* DV MONT *Tom.* IV. p. I. p. 189.

*** *Rer. Austr.* lib. V. c. II. p. 123. *in Operibus Historicis.*

cae GERHARDVS a ROO.* sic scribens: *Ludouicus*, (frater Blancae Mariae) *praeter ornamenta*, *quae ad* quadraginta aureûm nummûm ducalium millia *aestimabantur*, quadringenta millia dotis *nomine*, *certis pensionibus daturum se receperat.*

§. XIII.

Prope accedit *Ludouicae Mariae Gonzagae dos septingentorum millium thalerorum*, dum *Vladislao* IV. Poloniae Regi nuberet d. 16. Septembr. 1645. constituta, de qua tabulae Nuptiales: ** Sa Maiesté donnant *en Mariage* au Roi *de Pologne*, la susdite *Dame Princesse*, comme si elle estoit sa fille, *il a esté accordé que le present contract seroit fait en Francois*, *comme on a accoûtumé de faire pour les Filles de la Maison Roiale*, et comme on le pratique *aux Reines d' Espagne et d' Angleterre*. Sa Maiesté a declaré et declare que la *Dot* de la susdite *Princesse est de sept cens mille écus*, qui montent *à deux millions cent mil livres monnoie de France*, comme il est dit ci aprés. De laquelle somme il a d' vne part *six cens mil liures* que sa Maieste a donné et donne à la susdite *Princesse* en faueur dudit Mariage, par l' affection que sa Maiesté lui porte, éstant sa proche Parente, *et née de Princesses du Sang Roial*, et d' autre part *vn million et demi de Livres*, auquel Sa Maiesté à évalvé et liquidé, du consentement de ladite Princesse, tous ses Droits à elle appartenans pour quelque cause et titre, qu' elle pretende dans la *Succession de Monsieur le Duc de Mantouë* son Pere, de quelque qualité et en quelques Lieux que soient les Biens de ladite Succession, laquelle somme *d' vn million et demi de liures* restera Franche et libre de detes et decharges au profit de ladite Princesse. Sur ladite somme *de deux millions cent mil livres* sa Maiesté à promis et s'est obligée de paier de ses deniers, le iour precedent celui dudit Mariage, la somme *de trois cens mil livres*, et vne autre sembable somme

* *lib. XI. ineunte.* Adde *Iasonem* MAGNVM *in Oratione gratulatoria.* MARIANA. *Hist. Hisp.* lib. *XXVI. c. IV.* FVGGER *lib. VI. c. I. p. 1091.*

** *extant apud* du MONT *Tom. VI. p. I. p. 326.*

me de trois cens mil livres, et vne autre semblable somme *de trois cens mil livres*, à la fin de l' année prochaine 1646. *les deux dites sommes* faisant ensemble cette de six *cens mil livres*, du DON que Sa Maiesté fait à la *Princesse* en faveur du Mariage, et de la premirere somme *de trois cens mil livres*, sera donnée Quittance, tant au nom du *Roi de Pologne* futur Epoux de ladite *Princesse*, par les Ambassadeurs dudit *Roi de Pologne* envoiez pour celebrer ce Mariage, qu' au nom de la dite Princesse, et pour l' autre pareille somme *de trois cens mil livres*, le *Roi de Pologne* et ladite *Princesse*, ou autres, qui auront Commission et leur Pouvoir pour recevoir le paiement, en donneront Quittance conioinctement: et à l' effet, de tout? cequi a esté dit cidessus, ladite *Princesse* est de meurée autorisée en vertu de la presente. Le iour même qui precedera celui de la Celebration du Mariage ladite *Princesse* a promis et promet d' apporter en deniers comptans la somme *de neuf cens mil livres*, en deduction de la somme *de deux millions cent mil livres*, sur les Droits de ladite *Princesse*, laquelle somme *de neuf cens mil livres*, proviendra de la vente et transport que ladite *Princesse* fait de ses susdits Droits pour la somme *de neuf cens mil livres*, aux Sieurs *Cantarini* et *Corantoni*, Marchands *Banquiers* et *Bourgeois de Paris*, par contract fait auiourd' hui deuant le Guay et Saint-Vast, Notaires au Chastelet de Paris; et on vendra des Biens de ladite Succession pour le paiement de ladite somme *de neuf mil livres;* de laquelle et des interest à commencer du iour de la datte des presentes, lesdits Sieurs *Cantarini* et *Cerantoni* seront paiez *sur les deniers provenans de la vente des dits Biens, et cela par preference à tous autres Creanciers*, attendu l' importance de l' affaire *pour laquelle ladite somme est paiée*, et que? les Biens de ladite Succession sont notoirement beaucoup plus que suffisans pour le paiement des detes. A l' égard des *six cens mil livres* restans, Sa Maiesté a promis et s' est obligée, promet et s' oblige de faire remettre à ladite *Princesse* à la fin de l' année presente 1645. des Biens de ladite succession dudit feu *Seigneur*

Duc

Duc de Mantouë qui sont en France de la nature qu'ils sont, jusqu' à la Valeur de ladite somme *de six cens mil livres*, conformement a l' estimation qui sera faite desdits Biens par Gens experts ou bien la somme *de six cens mil livres en argent*, au choix du *Serenissime Duc de Mantouë*, au paiement de laquelle tous les Biens de ladite Succession, aprés le paiement de ladite somme *de neuf cens* mil livres, seront hipotequez, et ladite consignation sera faite aprés que Sa Maiesté aura terminé les differens concernant ladite Succession, entre le *Serenissime Charles II. Duc de Mantouë et de Montferrat*, et ladite *Princesse*, et les autres qui pourront y avoir interest, et arrivant que dans ledit temps à la fin de la presente année 1645. ces differens ne soient point terminez, ou que dans le même temps on n' ait point consigné à la *Princesse* la somme *de six cens mil livres* en Biens de ladite Succession ou en argent, Sa Maiesté a promis et s' est obligée, promet et s' oblige de faire paier à la *Princesse* la somme *de six cens mil livres* en Biens, de ladite Succession ou en argent, sa Maiesté a promis et s' est obligée, promet et s' oblige de faire paier à ladite *Princesse* les interest de ladite somme *de six cens mil livres*, à raison du denier vingt, surtous les Biens de ladite Succession, *à commencer au premier iour de Ianvier prochain*, iusqu' *à* l' entier paiement de ladite somme, *en Biens ou en argent* comme il a esté dit, et les Biens qui seront donnez à ladite *Princesse* pour la Somme *de six cens mil livres*, en cas qu' elle ne soit pas paiée en argent, ou la même Somme si le paiement n' est pas fait en argent, appartiendront à ladite *Princesse* en proprieté incommutable et irrevocable, francs et libres de toutes debtes et hipotecques, et charges de ladite succession, pour iouir et disposer desdits Biens tant en ce qui regarde les fonds que les fruits, ou de ladite Somme en argent comme de son propre bien et heritage ainsi qu' il lui plaira, pour lequel effet tous les *Titres*, *Papiers et Enseignemens* concernans lesdits Biens, lui seront donnez et consignez;

consignez: et à cette même fin ladite *Princesse* est et reste pleinement et pour toûjours autorisée par ces Presentes, et pour en avancer et faciliter recouvrement, ladite *Princesse* à dès a present soumis et soumet le different au Jugement de *sa Majesté* et a passé aujourd' hui Procuration devant les dits Notaires pour reçevoir la Prononciation ou la signification dudit Jugement, ou pour passer telle transaction que *Sa Majesté* ordonnera touchant le susdit different, sans neanmoins innover ni prejudicier à ce qui est contenu ci-dessus, et sans qu' il y soit besoin d' aucune Ratification.

§. XIV.

Maria Medicaea marito *Henrico* IV. Galliae *Regi* a. 1600. elocata dotem attulit *Sexcentorum Millium Thalerorum*, prout pacta * habent dotalia: En faveur et contemplation duquel Mariage ledit *Seigneur Grand Duc*, tant pour la singuliere affection qu' il porte à ladite *Serenissime Princesse* sa *Niepce*, que pour la Dignité et Maison où elle est issuë, a promis et promet *bailler en dot* à ladite *Serenissime Princesse* la somne *de six cent mil Ecus d' or de sept livres et demie chacune monnoye Florentine*, des quels ledit *Seigneur Roy* a déja receu *deux cent cinquante mil Ecus* payez et nombrez entre les mains du Tresorier de son Espargne, et les autres *trois cent cinquante mil Ecus* restans seront aussi payez en derniers comptans en la Ville de *Marseille* ou *Lyon* lors que le Mariage sera confirmé et solemnisé, comme il a été dit cy-dessus. Le dit *Seigneur Grand Duc* a aussi promis et promet de faire conduire ladite *Serenissime Princesse* sa *Niepce*, comme il convient à *Prince* de telle qualité, jusques en la *Ville en Marseille*: et outre ce lui donnera *baques, joyaux et autres meubles precieux de Valeur convenable a la Dignité de Sa Majesté et à la Maison* dont ladite *Princesse* est issuë.

§ XIV.

* *apud* DU MONT Tom. V. p. II. p. 4.

§. XV.

Huic proxima est dos *sexcentorum millium thalerorum* Mariae Franciscae Elisabethae Sabaudicae *Alfonso* IV. Lusitaniae Regi a. 1666. nupta prout tabulae nuptiales * nos edocent: Il a esté arresté et accordé entre les Excellents *Seigneurs* Marquis *de Sande*, le Duc *d' Estrées*, et l' Evêque *Duc le Laon*, que la *Dot* de ladite *Serenissime Princesse* Madame *Marie Françoise Elisabeth* de *Savoie* sera *de six cens mille écus Monnoye de France bonne et ayant cours*, qui font *un million huict cens mille livres Tournois*, à savoir *quatre cens mille écus*, qui seront portez en especes à *Lisbonne*, et les autres en effets, et de la maniere qu' ils seront declarez dans l' Article suivant. Il a été convenu et accordé entre lesd. *Seigneurs* Marquis *de Sande*, le *Duc d' Estrées* et l' *Evêque et Duc de Laon* que pour faire connoître à toute l' Europe la grande consideration, et la difference que font *les Maisons de Nemours* et *de Vendosme* du Mariage du *Serenissime* Roi de *Portugal* à tout autre; la *Dot* de la *Serenissime Princesse* seroit *plus grande que celles, qui ont été données jusques à present aux Princesses de cette Maison en les mariant*: Et pour cet effet, ils sont convenus que ladite *Dot* sera *de six-cens mille écus*, à savoir *cent mille écus Monnoie de France*, que l' Excellent *Seigneur* Marquis *de Sande* porta l' année passée à *Lisbonne*, de laquelle Somme l' Excellent *Seigneur* Comte de *Castelmeillor* a donné deja son reçeu au Sieur *Gravier*, et declaré par icelui qu' il la recevoit pour compte, et faisant partie de la dite *Dot*, et pour les autres *cinq cens mille écus* restans pour faire ladite somme *de six cens mille écus*; lesdits Excellents *Seigneurs* Duc *d' Estrées*, et Evêque Duc *de Laon* s' obligent *comme Procureurs*, de tenir prests et fournir *quatre cens mille écus Monnoie de France*, qui font *un million deux cens mille livres tournois, argent bon et aiant cours*, au Port où ladite *Serenissime Princesse* s' em-

* ap. DU MONT. Tom. VI. p. III. p. 104. art. III.

s' embarquera, pour aller *en Portugal*, afin que l' argent puisse être emporté avec elle, et le dit Excellent *Seigneur* Marquis *de Sande*, au nom du *Serenissime Roi de Portugal* son Maitre, sera obligé *de garantir* la *Serenissime Princesse de tous le risques que sa Dot pourroit courir sur la Mer, depuis le jour qu' il verra embarquer la Somme de ladite dot dans les Vaisseaux, où la dite Serenissime* Princesse *s' embarquera pour passer en Portugal jusques au jour de son arrivée à Lisbonne*, où à quelque Terre de Portugal, où debarquera la dite *Serenissime Princesse*; et en ce lieu les dits Excellens *Seigneurs* Duc *d' Estrées* et *Evêque-Duc de Laon*, s' obligent de faire remettre lad. somme *de quatre cens mille écus Monnoie de France* en même nature et espece que dit est entre les mains des Ministres du *Serenissime Roi de Portugal*, qui seront deputez pour cela par *sa Majesté*, lesquels en donneront toute quittance et décharge necessaire à ceux qui seront commis pour cet effet par la dite *Serenissime Princesse*, et par les dits Excellents *Seigneurs* Duc *d' Estrées* et *Evêque-Duc de Laon*. Et pour les autres *cent mille-écus* restans pour l' accomplissement et perfait paiement de la dite *Dot*; les dits *Seigneurs* Duc *d' Estrées*, et Evêque-Duc *de Laon* s' obligent de les faire paier à *Lisbonne* dans le tems *de quatre années* où plûtôt, si la discussion des Biens peut être faite, aux Ministres du dit *Serenissime Roi* selon la forme susdite, sur laquelle Somme *d' un million et deux cens mille livres tournois*, sera prise la somme *de quatre vingts dix mille livres*, et mise ès mains de la *Serenissime Princesse*, pour fournir à la dépense de son voyage, et autres qu'il lui conviendra faire en partant, sans aucune diminution *de douze cens mille livres*, à l' égard de la restitution de la *Dot*. Et licet maior adhuc summa exprimatur in Tabulis nuptialibus, * *Petri* Lusitaniae Regis cum dicta *Maria Francisca Elisabetha* a. 1668. adiecta tamen sine dubio doti

* *ap.* DU MONT. Tom. VI. p. 81.

doti fuisse videntur paraphernalia, quae in Lusitaniam secum attulerat.

§. XVI.

Philippi III. Hispaniarum *Regis* filiae *Annae*, *Ludouico* XIII. Galliarum Regi a. 1612. nuptae, *in dotem* promissa fuerunt *quingentorum Thalerorum millia*, prout Tabulae dotales* docent: Que Sa Maiesté Catholique promet et demeura obligee de donner et donnera à la *Serenissime Infante*, Dame *Anne*, en *Dot* et en faveur de Mariage avec le *Roy Tres-Chrestien*, *de France*, et payera à *Sa Maiesté Tres-Chrestienne*, ou a celui qui aura Pouvoir et Commission d' elle, la somme *de cinq cent mil ecus d'or de la valeur de seize réalles la piece*, et ce en la Ville de *Paris* un iour avant la celebration dudit Mariage. In *Dotis* vero securitatem talia promittuntur. Que leurs Maiestez *Tres-Chrestiennes* s' obligeront d' asseurer ou asseureront le *dot* de la *Serenissime Infante*, Dame *Anne*, sur rentes bien asseurees et bonnes et sur fonds et assignations valables, au contentement de sa *Maieste Catholique* ou des personnes qu' elle nommera pour cet effet. *Et en cas de dissolution de Mariage, en cas que de droit la restitution du dot ait lieu, elles le rendront à la Serenissime Infante, ou à celui, qui aura charge de Son Altesse*; et pendant que le temps qu' il courra, qu' on ne lui rendra point son dit *dot*, son *Altesse* ou ses *Heritiers* et *Successeurs* iouiront du revenu, a quoi monteront lesdits *cinq cent mil écus à* raison du denier seize, qui seront payez en vertu des susdites assignations. Econtrario ista renunciare debebat *successioni paternae*.

§. XVII.

Eadem *Dos* constituta fuit LUDOVICO XIV. Gallorum Regi, *Mariam Theresiam* a. 1659. post pacem *Pyrenaeam* ducenti, de qua tabulae ita loquuntur (*) dotales: Que sa *Maiesté Catholique* promet et demeure obligee de donner, et donnera

* *extant apud* DU MONT *Corp. Diplom*, *Tom. V. p. II. p.* 215.

** *extant apud* DU MONT *Tom. VI. p. II. p.* 284.

donnera á la *Serenissime Infante* Dame MARIE THERESE, *en Dot* et *en faveur de Mariage* avec le *Roy Tres-Chrestien de France*, et payera á Sa *Maiesté Tres-Chrestienne*, où a celuy qui aura Pouvoir et Commission d' Elle, la somme *de cinq cens mille Escus d'or sol*, ou leur *iuste valleur*, en la ville de *Paris*. Et ladite somme sera payée en la maniere suivante: le *tiers*, au temps de la consommation du Mariage, l' *autre tiers* a la fin de l' année, depuis la dite consummation; et la *derniere troisiéme partie*, six mois aprés: En sorte que l' entier payement de ladite somme *de cinq cens mille Escus d' or sol*, ou leur *iuste valeur*, sera faite en dix-huit mois de temps, aux termes et portions, qui viennent d' estre specifiées. Quid vero circa huius summae valorem fuerit agitatum exponit LIMIERS:* Il s' agissoit de règler *la Dot* que le *Roi d' Espagne* devoit donner á l' *Infante*. Don *Loüis* dit d' abord, comme on l' à vû dans Lettre du *Cardinal*, que si quelque *Princesse* pouvoit être mariée *sans dot*, c' étoit celle là à cause des belles qualitez qu'elle possedoit: mais cette proposition n' étant point du goût du *Cardinal Mazarin*, le Ministre Espagnol se retrancha à éxagerer les grans avantages, que la moindre chose que le Roi pût faire, étoit d' accepter la *Dot* sur les Conquêtes qu'il avoit faites depuis la rupture de la Negociation de Madrid. Don *Louis* apuïa cette proposition d' vne Lettre, que Don *Antoni Pimentel* lui avoit écrite de Lion: dans laquelle il lui marquoit, que le *Cardinal* lui parlant de la *Dot* dans les Conférences qu' il eût avec ce Ministre, lui avoit lâché, qu' on en pourroit prendre vne partie sur les conquêtes dont nous venons de parler. Le *Cardinal*, en convint; mais il dit qu'il n' avoit chargé *Pimentel* d' écrire de la sorte, que dans la pensee, que l' on ne pretendroit pas *en Espagne* que l' *Infante* fit vne *Renonciation générale, de tout ce qui lui pourroit apartenir;* et qu' on lui avoit declare que l' on ne pretendoit pas rendre vn seul pouce de terre de tout ceque les armes du Roi avoient conquis depuis l' annee

 1656. H.

* *Tom.* II. p. 172.

1656. Il confirma la même chose à *Don Louis;* et lui dit encore qu' apres avoir cede sur le point de la Renonciation, le Roi consentiroit de donner au *Roi Catholique* non seulement vne partie de la *Dot*, mais le tout pour quelques unes des conquetes que la *France* avoit faites depuis cetems-la, pourvû qu'elles lui demeurassent tout entieres. Apres quelques disputes la-dessus, dans lesquelles le *Cardinal* fit bien valoir les pretentions de son Maître, *Don Louis* repondit qu'il falloit s' en tenir a ce qui avoit ete arrete, et que ne s' agissant maintenant que *de l' argent*, il ne croioit pas *qu' il fût de la dignité du Roi son Maître de disputer cet Article*, comme il croioit bien aussi que le *Cardinal* n' insisteroit pas a *augmenter la somme de la Dot* qui fut donnee a la Reine: & autant plus qu' elle ne feroit pas le meme effet a present qu' elle fit alors, a cause *que l' argent étoit bien plus rare* en ce tems-la. Le *Cardinal* repliqua qu' il ne feroit pas plaisir au Roi de s' arreter un seul moment sur une affaire de cette nature, pour la meme raison que *Don Louis* avoit dit, *qu' il n' etoit pas de la dignité d' un grand Roi de disputer pour le plus ou le moins d' argent:* aioûtant en riant, *quae s' il vouloit faire païer la dépense qui se feroit en cette occasion, il lui en donneroit un compte fidele et qu' il ne prendroit rien pour la Dot.* Ce qui faisoit de la peine au *Cardinal*, c' etoit l' evaluation *des cinq cens mille ecus d' or* qui devoit etre faite en Reaux, selon les termes du Contrat de Mariage de la Reine. Comme en ce temps-la les ecus d'or ne valoient guere plus de la moitie de ce qu' ils valoient au tems des Conferences, il croit de perdre plus *de douze cens mille livres*, si on vouloit les païer sur un meme pie. Mais il espera de se demeter de cette affaire en faisant evaluer les ecus d' or sur le prix courant des ecus de France au soleil. Sur ce pie-la somme pouvoit bien monter *a trois millons de livres*, que le *Cardinal* destinoit au paiement d'une presque egale somme que l'on devoit donner *aux Archiducs, pour l' Alsace cedee a la France* par le Traité de Munster.

§. XVIII

§. XVIII.

Simili ratione dos *Elisabethae* Henrici IV. Regis Gallorum primogenitae *Philippo* III. a. 1612. elocatae, in eodem quanto constitit, prout dotales tabulae * docent: En faveur et contemplation du quel Mariage, et pour a celui parvenir, *Leurs dites Maiestes Tres-Chrestiennes* ont promit et promettent de bailler pour *Dot et Mariage* de la dite *Dame* leur Soeur et Fille aînée, la somme *de cinq cent mille ecus d'or sol.* Et ce *pour tous Droits paternels et maternels, et autres qui lui pourront appartenir et échoir par succession et autrement.* Laquelle somme sera comptée et delivrée a celui que le dit *Roi Catholique* et ledit *Prince des Espagnes* deputeront pour la recevoir a une seule fois en paiement, la veille de la consommation dudit mariage en la ville de Madrit comptant les ecus sols au pris de treize reales pour piece.

§. XIX.

Arthurus, Henrici VII. Regis Anglorum filius primogenitus *Catharinam Arragoniam* Ferdinandi et Isabellae filiam a. 1501. duxit vxorem. Infanta *dotis loco bis centies mille Ducatos* secum attulit, qualis portio *nulli vnquam Principi* data legitur, vt haud immerito gratam eam reddiderit Regi Henrico VII. ** De hoc ita scribit BACO de VERVLAMIO. *** *Summa Dotis* (quae in *Regem* translata erat per viam renunciationis) *fuit* ducenta millia Ducatorum. *Quorum centum* millia *solui debebant, post decem dies a solennizatione Matrimonii.* Altera vero centum millia *aequis portionibus, proximis duobus Annis. Pars tamen poterat per Iocalia, aut per vasa aurea et argentea, repraesentari: Et ratio inita est, quo pacto iuste et indifferenter aestimarentur: Reditus autem* Principissae *assignatus, fuit* tertia pars Principatus Walliae et Ducatus Cornubiae, et

* DV MONT *Corp. Diplom.* Tom. V. P. II. n. CXXVI. p. 218.
** BVRNETVS *Hist. Reform. Eccles. Anglic.* lib. II. p. 20. LARREY *Hist. d'Angleterre.* Tom. I. p. 66.
*** *Hist. Henrici* VII. p. 37.

Comitatus Cestriae *postea per Metas separanda. Verum, si contigerit eam* Reginam Angliae *fore, indefinitus relinquebatur: Ita tamen*, ne minor foret, *quam* vlla Regina Angliae *ante hac frueretur*. quae dos postmodum quoque Arthuri fratri Henrico constituta est, vt docent tabulae *

§. XX.

Dotem subinde *exiguam* fuisse constitutam videmus, *Maria* Amadei Comitis Geneuensis filia a. 1346. *Philippo Sabaudo* nupta *dotem* attulit quindecim *millium florenorum boni auri*, his terminis. ** *Pro cuius* Mariae dote, *et nomine* Dotis *idem* Dominus comes *praedicto* Domino Principi, *et mihi praefato vt supra stipulanti, et recipienti vice, nomine, et ad opus dicti* Philippi *et omnium, et singulorum quorum interest vel interesse poterit in futurum, destinavit, constituit* quindecim mille florenos boni auri et iusti ponderis, *quos quidem* quindecim mille florenos *ex causa* dotis, *qua supra, praedictus* Dominus Comes *praedicto* Domino Principi, *et mihi praefato Notario vt supra stipulantibus, et recipientibus stipulatione solemni, et per iuramentum quo supra, et sub obligatione omnium bonorum suorum, mobilium et immobilium, praesentium et futurorum, solvere promisit per terminos, et modum infra scriptos.* Primo *videlicet quando dicta* Maria *per dictum* Philippum *desponsata fuerit in facie Sanctae Ecclesiae, vel saltem quando ducta fuerit in Domum dicti* Domini Principis, septem mille florenos, *quam in eam duci ordinatum est, et conventum per dictos* Dominos *in festo omnium Sanctorum proxime venturo, qui* septem mille floreni ex *solemnibus conventionibus inter dictos Dominos* Principem et Comitem *factis et initis, ad manus dicti* Domini Principis *debent pervenire et sibi solvi et ex tunc in duobus annis, videlicet revoluto ex tunc biennio eodem termino*, duo mille florenos, *et inde anno revoluto anno quolibet eodem termino*, duo mille florenos *et sic subsequenter anno quolibet eodem termino* duo mille florenos *vsque ad integram et perfectam solutionem dictorum* quindecim mille florenorum. *Acto tamen, et in pactis solemni stipulatione vallatis deducto inter Dominos* Principem et Comitem, *quod dicti* octo mille floreni

* *apud* DV MONT. Tom. V. p. II. p. 41.

** Consult. de *Marchion. Montisferratens.* p. 13.

floreni, in dictis quatuor ultimis solutionibus soluendi ponantur, et soluantur in manu cuiusdam medii per dictos Dominos Principem et Comitem eligendi, qui medius dictam florenorum quantitatem recuperet, exigat, recuperareque, et exigere possit, et debeat, habeatque exigendi potestatem plenariam praesenti Instrumento per dictos Dominos sibi concessam, sine alio mandato singulis terminis supradictis prout in singulis sunt solvendi, et nihilominus dictus Dominus Princeps ex solemni stipulatione, et promissione, circa haec sibi facta, dictam quantitatem octo millium florenorum destinatam pro dote praedicta in terminis supra dictis petere possit, et requirere poni, et solui in manibus Depositarii supra dicti, vel alterius ex infra scriptis per modum qui sequitur, et compellere dictum Dominum Comitem Gebennesii, et Fidei iussores infra scriptos ad ipsam quantitatem florenorum soluendo, ut in praesenti Instrumento contra etiam Depositarii, vel personae pecuniam ipsam recipere debentes in ipsius pecuniae exactione cessarent, et eos custodiat idem Depositarius, et conseruet quousque praedicti Philippus, et Maria ad aetatem peruenerint Matrimonium contrahendi; quo Matrimonio inter dictos Philippum et Mariam completo idem Medius praedictos octo mille florenos dicto Domino principi expediat, et deliberet, atque expedire, et deliberare teneatur, vel dicto Philippo, seu illi ad quem tunc dicta pecunia pertinebit, quia sic inter dictos Dominos solemniter actum extitit, et conventum; acto etiam inter eos ut supra, quod dicti Domini eligant dictum Medium cum primum dicta Maria ducta fuerit in Domum dicti Domini Principis, et si tunc non eligerent quod duo mille florenos primae solutionis pecuniae in dotem destinatae ponantur, et solvantur per dictum Dominum Comitem in manibus Reverendi viri Domini Rodulphi de Montebello Abbatis Sancti Michaelis, si tunc esset in loco et haberi posset, si verò tunc non esset in loco vel haberi non posset, solvantur, et ponantur in manibus Domini Guilermi de Ripalta, vel Nicolai eius Fratris; si vero praedictum matrimonium inter ipsum Philippum et Mariam aliquo casu vel causa, sine tamen alterius dictarum Partium culpa prout infra, non compleretur, quod ex tunc id est ex quo constaret dictum Matrimonium non compleri, lapso ex tunc vno anno, dictus Dominus Princeps praedictos septem mille florenos per eum habitos, et sibi solutos restituat, et restituere teneatur praedicto Domino comiti

miti *in continenti reuoluto anno, ex quo constaret dictum matrimonium per culpam, vt praemittitur, non compleri, et dictus medius dictos* octo mille florenos *videlicet quantitatem solutam, et per ipsum medium receptum dicto domino* Comiti *restituat, et restituere teneatur in continenti, ex quo constaret dictum* Matrimonium non compleri, *quia sic inter Dictos* Dominos *actum extitit, et conuentum prout supra; sin autem dictum Matrimonium propter culpam euidentem dictae* Mariae, *vel dicti* Domini Comitis, *vel alterius de parte sua, non compleretur, tunc in illo casu praedictus* Dominus Comes *donat donatione pura, mera, simplici, et irreuocabili inter viuos, praedicto* Philippo, et *praedicto* Domino Principi, *et michi memorato Notario recipienti, et solemniter stipulanti vice, nomine, et ad opus dicti* Philippi *praedictos* septem mille florenos *praedicto* Domino Principi *in solutione prima soluendos, faciens de praedictis dicto* Philippo, et *dicto* Domino Principi, *et mihi iam dicto Notario, vt supra recipienti, tot singulares, particulares donationes quod nulla ipsarum insinuatione non indigeat, nec summam* quingentorum *excedat* aureorum, *soluens, et quittans ex causa donationis qua supra praedicto* Philippo, *et praedicto* Domino Principi, *et mihi praedicto Notario recipienti vt supra ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc, dictos septem* mille florenos *in casu in quo propter ipsius euidentem culpam, vel dictae filiae suae vel alterius de parte sua, prout supra dictum, Matrimonium non compleretur, pactum non faciens expressum dicto* Domino Principi *de ipsis in illo casu vlterius non petendis, promisitque ad Sancta Dei Euangelia corporaliter tacta et iurauit*, sub obligatione omnium bonorum suorum, *praedicto* Domino Principi *in illo casu contra praedictam* Donationem non facere vel venire per se vel per alterum, publice vel occulte, *et versa vice modo simili praedictus* Dominus Princeps, *si dictum Matrimonium non compleretur inter praedictos* Philippum et Mariam *propter euidentem culpam ipsius Domini* Principis, *vel dicti* Philippi *seu alterius de parte sua, in illo casu, donat donatione pura, mera, simplici, et irreuocabili* inter viuos, *ex nunc prout ex tunc*, *dictae* Mariae *et praedicto* Domino Co-

mini, septem mille florenos boni auri, et iusti ponderis *de ipsis faciens dictae* Mariae, *et dicto* Domino Comiti *tot singulares*, et particulares donationes *quod* nulla ipsarum insinuatione indigeat, *ne* summam quingentorum aureorum excedat *promisitque dicto* Domino Comiti, *et mihi iam dicto Notario vt supra solemniter stipulanti, et recipienti, vice, nomine, et ad opus dictae Mariae stipulatione solemni, et per iuramentum suum super Sancta Dei Euangelia corporaliter praestitum, et sub obligatione omnium bonorum suorum*, mobilium et immobilium praesentium et futurorum, *praedictos* septem mille florenos *ex causa* donationis *qua supra soluere dictae* Mariae *vel mandato suo in illo casu, in quo dictum Matrimonium non compleretur propter culpam euidentem ipsius, vel dicti Philippi, vel alterius de parte sua prout superius, in pace, et sine lite, controuersia, vel quaestione qualibet, omnibus exceptionibus, et defensionibus iuris, et facti postpositis penitus, et remotis, et contra praedictam* Donationem *nunquam facere vel venire per se vel alterum, publice vel occulte, nec contra facienti vel venienti in aliquo consentire; sed ipsam* Donationem perpetuo firmam, et ratam habere, et tenere, et inuiolabiliter obseruare *restituereque dicto* Domino Comiti *vel mandato suo, seu ad quem restitutio dotis, seu pecuniae, pro promissa dote destinatae pertinebit, dictos* septem mille florenos *in prima solutione* pro dote *sibi solutos quos quidem* quindecim mille florenos dotales *prout soluti et numerati fuerunt, praedictus* Dominus Princeps, *conuentionibus tamen praedictis semper saluis, praedicto* Domino Comiti *restituere promisit per terminos, quibus ipse receperit similes, obligans insuper specialiter et expresse praedictae* Mariae *Castra sua infra scripta, cum Villis, territoriis, mandamentis, redditibus, mero et mixto Imperio, et vniuersis pertinentiis, videlicet* Villam Francham, *et* Moretam, *et in casu in quo* Moreta *non esset in manu dicti* Domini Principis, *vel dicti Filii sui*, Carignanum *promisitque dictus* Dominus Princeps, *quod faciet cum effectu, quod* communitates dictorum Castrorum, et Villarum solemniter iurabunt, *quod dicta* Castra, et Vil-

et Villas *custodient, et servabunt dictae Mariae, et eidem homagium* facient, *atque respondebunt, et obedient durante obligatione praedicta.*

§. XXI.

Singularis illa *dos erat*, quam *Philippa* Henrici V. *Anglorum Regis* filia *Erico* XIII. Pomerano attulit, de qua IO. LOCCENIUS:* *Post aliquot temporis interuallum legitur* in matrimonium Erici Philippi, *Henrici* Regis Angliae *filia, quam* Erici *nomine*, regio ritu *Thuro Benedicti in Angliam legatus cum duobus* Daniae Proceribus *desponsauit et solemni pompa in regnum deduxit.* Dotem marito *attulisse fertur* vnum aureum nummum, *sed* ingentis ponderis, *in quem* plura millia auri *conflata essent.*

§. XXII.

Prolixum esset, ex singulis regnis, quae in dotem data sit quantitas, exemplis monstrare. Interim de quibusdam pauca adducere placet. In GALLIA filiae et sorores Regum, dum collocantur et nubunt, nihil praeter pecuniam de regalibus praediis delibare possunt, sed certam pecuniae summam accipiunt. Haec non adeo magna fuit antiquiori tempore, de qua BODINUS:** *L' ordonnance de Charles VIIII, ne donne aux filles de la maison de France, que dix mille livres; et combien qu' Elisabeth de France fille de Philippe le Bel, fut mariée au Roy d' Angleterre, si n' eust elle, que douze mille livres en mariage. On me dira, que c' estoit beaucoup, veu la rarete d' or et d' argent, mais aussi la difference est bien grande entre dix mille livres et quatre cens mille escus, de quo* IAQUES DE CHARRON *** *Ysabeau, fille du Roy Philippe le Bel, n' avoit eu en mariage plus que douze mille escus, epousant le Roy Edouard d' Angleterre. Mais a present les mariages sont tellement haussés que plusiers artisans en donnent*

* lib. IV. *Histor. Suecanae* p. 122.

** *de la Republique* livre V. Ch. 2.

*** apud LIMNAEUM *notitia Regni Franc.* Lib. II. c. XXI. p. 933.

donnent beaucoup plus [illegible] simples marchands, trois ou quatre fois autant, quelques financiers vingt ou trente fois d'avantage, et nos Rois jusques a cinq ou six cens mille escus. Rem exemplis illustrabimus. Caroli VII. R. Fr. filia Yolanda quae ab Amadeo Sabaudiae principe ducebatur centum thalerorum millium dotem A. 1436. accepit. * Eiusdem alterae filiae Catherinae, dum Carolo comiti de Carolois nuberet, dos centum viginti millium thalerorum constituebatur. ** Ludouicus XI. G. R. filiae seniori 1473. Borbonio elocatae dotem dedit centum millium thalerorum ***, quam etiam accepit eiusdem filia secundogenita Ioanna, Ludouico Aurelianensi, postea sub Ludouici XII. nomine Regi nubens. **** Magdalenae Francisci I. G. R. filiae Iacobi V. Scotiae R. in dotem constituta fuit summa centum millium aureorum prout tabulae docent ***** Elisabethae, Henrici II. G. R. filiae primogenitae Philippo II. Hisp. Regi 1559. nuptae dos fuit quadringentorum millium thalerorum. † Eodem anno Francisci I. Gallorum R. filia, Emanueli Philiberto Sabaudiae duci nupta pro dote obtinuit trecenta thalerorum millia. †† Eadem summa 1572. Margarethae Henrici II. G. R. filiae, dum Henrico Nauarrae Regi elocaretur, data est: ††† quam etiam accepit Catharina Henrici IIII. R. G. soror vnica, Henrico Lotharingiae principi 1598. elocata. †††† Christianae Henrici IV. R. Fr.

Rrr 2 secundo-

* Tabulae dotales extant apud DV MONT. Tom. III. P. I. n. II. p. 10.

** l. c. T. III. p. I. n. 45. p. 58.

*** tabulae sunt apud DV MONT Tom. III. P. I. p. 465.

**** tabulas vide apud DV MONT T. III. P. I. p. 463.

***** apud DV MONT. T. IIII. P. II. n. 106. p. 149.

† confer. tabulas apud DV MONT. T. V. P. I. p. 48.

†† l. c. T. V. P. I. n. 28. p. 50.

††† instrumenta dotalia sunt in DV MONT *corps dipl.* T. V. P. I. n. 101. p. 216.

†††† tabulis testantibus apud DV MONT. Tom. V. P. I. n. 161. p. 582.

ſecundogenitae, quae a Victore Amadeo Pedemontium principe 1619. ducebatur Ludouius XIII. frater dotem conſtituit quadringentorum millium thalerorum.* Eius vero ſoror Eliſabetha, Henrici IV. primogenita, Philippo III. Hiſp. Regi A. 1612. quingentorum millium Thalerorum dotem attulit ** Henricae Mariae, Henrici IV. R. G. filiae tertiogenitae Carolo I. M. Brittanniae Regi nuptae dos fuit conſtituta octo centum millium thalerorum. *** Quingentorum millium thalerorum dotem Maria Ludouica Philippi ducis Aurelianenſis filia, cum a Carolo II. Hiſpaniarum Rege duceretur, accepit. ****

§. XXIII.

Angliae Reges diuerſam dotis quantitatem dedere. In tractatu inter Fridericum II. Romanorum Imp. et Henricum III. Angliae Regem, de Iſabella Ioannis ſine terra filia elocanda 1236. conuenit, vt Friderico dos triginta millium Marcarum argenti optimi Sterlingorum ſolueretur ***** Eduardus III. ſorori ſuae Eleonorae Raynaldo Geldriae comiti nuptae dotem conſtituit decem millium librarum Sterlingorum. † In tractatu inter Rupertum R. imp. et Henricum IIII. Angl. R. pro contrahendo matrimonio inter Ludouicum filium imp. natu maximum et Blancam dicti R. filiam primogenitam Londini d. VII. Martii CIↃCCCCI. concluſo dos promittitur XLM. nobilium cunei Angliae †† Margaretha Eduardi IV. A R. filia A. 1467. Carolo Burgundiae duci nupta pro dote obtinuit

* dotalia pacta ſunt apud DV MONT Tom. V. P. II. n. 189. p. 326.

** vide ſupra §. 18.

*** vide ſupra §. X.

**** ſupra §. XVI.

***** extant tabulae apud LVNIGIVM *Cod. Germ. dipl.* T. I. p. 370.

† tabulae ſunt apud DV MONT. T. I. p. II. n. 189. p. 128.

†† vide tabulas apud DV MONT. T. II. p. I. n. 209. p. 282.

nuit summam ducentorum millium scutorum auri Franciae. * Margaretha Henrici VII. Anglorum R. filia, Iacobo IV. Scotorum Regi 1501. in matrimonium adscripta pro dote obtinuit triginta aureorum nobilium Angliae millia ** Mariae Henrici VII. A. R. filiae, dum Carolo Archiduci Austriae Maximiliani I. imp. nepoti 1508. deponsaretur centum quinquaginta millium coronatorum dos est constituta *⁎* Elisabethae Iacobi I. A. R. filiae nubenti Friderico Palatino d. XVII. Nou. 1612. dos promissa quadraginta millia librarum sterlingarum. *⁎⁎* Eandem summam Carolus I. filiae Henricae Mariae maritandae Guilielmo Arausionensi pactis dotalibus promisit. *⁎*⁎* Henrica - Anna eiusdem Caroli I. filia Philippo Aurelianens. duci 1661. quingenta sexaginta florenorum Gallicorum millia in dotem attulit. †

§. XXIII.

Ex Sabaudiae historia haecce occurrunt Exempla. Adelheidae Victoris Amadei Sabaudiae ducis filiae tertio genitae, quae Ferdinando Bauariae Electoris Maximiliani primogenito nuptu, dabatur per tabulas dotales Augustae Taur. die IV. Decembr. 1650. dos fuit constituta ducentorum millium coronatorum auri s. scutorum Italiae †† Isabellae Sabaudicae, quae 1608. Alphonso primogenito Caesaris Estensis Mutinae ducis fuit nupta, Carolus Emanuel pater dotem constituit ducentorum millium sutorum. ††† Eadem quantitas data est Ludouicae Mariae Sabaudicae, dum Mauritio Sabaudiae principi

* L. C. T. III. P. I. p. 373.
** L. C. T. IV. P. I. p. 21.
⁎ L. C. T. IV. P. I. p. 95.
⁎⁎ L. C. T. V. P. II. p. 640.
⁎⁎* L. C. T. VI. P. I. p. 189.
† L. C. T. V. P. II. p. 354.
†† extant tabulae apud GVICHENON *Preuves* p. 582. ex quo habet DV MONT. T. VI. P. I. p. 568.
††† L. C. T. V. P. II. p. 92.

cipi 1642. in matrimonium concederetur;* quam quoque accepit Charlotta Sabaudica Ludouico duci Delphino 1451. elocata ** Margarethae Ludouici Sabaudiae ducis filiae, Ioanni Marchioni, Montisfer: 1454. nubenti constituta fuit dos Centum millium scutorum auri noui de Sabaudia*** Margaretha Sabaudica 1444. Ludouici duci Bauariae elocata, a fratre suo Ludouico Sabaudiae duce dotem obtinuit centum viginti quinque milium florenorum Rhenensium **** Carolae Sabaudae, dum Friderico Saxoniae duci, Friderici placidi Electoris filio 1443. in matrimonium fuisset promissa, dos assignata fuit centum millium florenorum in auro. ***** Verum effectu dum careret hoc matrimonium Carola cum ****** dote ducentorum Millium thalerorum Delphino est collocata. Amadeus Sabaudiae comes sorori suae Ioannae Io. Iacobo Montisferatensi comiti 1307. nuptae dotem obtulit sexaginta florenorum millium † Ludouica Sabauda Iani de Sabaudia filia primogenita A. 1473. Carolo Sabaudiae duci nupta ipsi dotem attulit quinquaginta millium florenorum auri puri ponderis ac valoris ††. Ludouica Philippi Sabaudiae comitis filia Carolo Aurelianensi duci 1487. nuptui collocata, dotem attulit trigenta quinque millium librarum Turonensum. ††† Amadeus Comes Sabaudiae filiae suae Catharinae Leopoldo Austriae duci 1310. elocandae dotem constituit octo millium marcharum argenti puri. ††††

§. XXV.

i. * L. C. T. VI. P. I. n. 153. p. 266.
** L. C. T. IV. p. I. n. 131. p. 182.
*** apud GVILIENON PREVVES p. 375. et DV MONT III. p. I. n. 156. p. 210.
**** DV MONT T. III. p. I. 141. Lunig Cont. II. p. 32.
***** Du MONT T. III. p. I. p. 122.
****** De quo GVICHENON T. I. p. 531.
† Tabulae apud DV MONT T. I. P. I. n. 599. p. 343.
†† l. c. Tom. III. n. 313. p. 455.
††† DV MONT T. III. p. II. 104. p. 192.
†††† extant Tabulae apud du Mont. T. I. p. I. n. 614. p. 356.

§. XXV.

EX PORTVGALLIAE Principissis Beatrix, Emanuelis Portugalliae R. filia, dum 1521. Carolo Sabaudiae duci elocaretur, dotem illi attulit centum millium ducatorum, prout habent tabulae.* HISPANIA Ludouico XIII. G. R. dum Annam Philippi III. H. R. filiam duceret et Ludouico XIV. G. R. Mariam Theresiam thori sociam sibi eligenti, dotem DM. soluit.** Anna, Iani Regis Hierosolymitani filia Ludovico, Amadei VIII. D. Sabaudiae primogenito 1432. nupta dotem attulit centum millia ducatorum.*** *Maria Burgundica*, Philippi Audacis filia 1386. nupta fuit Amadeo Sabaudico ipsique in dotem dedit centum millium librarum. ****

§. XXVI.

Nonnunquam *in dotis securitatem fideiussores* constituebantur, qui se iure *obstagii* obligabant, prout in tabulis dotalibus inter *Leopoldum Austriacum et Catharinam Sabaudicam* de a. 1310. † videmus agitatum, in quibus: *Nos quoque* Amadeus Comes *praedictus tenemur procurare in quantum per nos stat, aut stare poterit, quod sponsalia huiusmodi consummabuntur, hinc à festo Beati Michaelis proximum in vnum annum completum, dando eandem* Katerinam Filiam nostram *dicto* Domino *Duci* Lupoldo, vel Inclytae Dominae Elizabeth, quondam Romanorum Reginae Genitrici suae, *nomine* Ducis eiusdem *quando post dictum terminum fuerimus requisiti dicto quoque* Duci *dare debemus, et promittimus bona fide*, pro dote *filiae nostrae* octo millia Marcharum argenti puri et legalis *in terminis infra scriptis, videlicet a die consummationis sponsalium in vnum annum* quatuor millia, *deinde anno revoluto* duo millia, *postea vero anno alio* reuoluto

* apud DV MONT T. IV. p. I. n. 147. p. 332. *et* GVICHENON *preuves* p. 505.

** conferantur supra §. XVI. et XVII.

*** DV MONT. T. II. p. II. n. 152. p. 247.

**** L. C. T. II. p. I. n. 149. p. 206.

† extant apud GVICHENON *Preuves* p. 159. et DV MONT. Tom. I. p. I. p. 356.

revoluto, residua duo millia, *et pro* cautione seu securitate *solutionis* dotis, *ipsi* Duci centum fideiussores, seu obsides idoneos *dare debemus, quorum* quinquaginta ad minus existant, et residentiam habeant, à Friburgo *citra versus terras Comitis antedicti, qui sacramentis* corporalibus *praedictis obligati erunt ad recipiendum et praesentandum* se in obstagium vel per se, vel per alium, *suo nomine* in Villa Friburgi *spatio vnius mensis*, si solutio argenti praedicti facta non fuerit integraliter, *hoc adiecto: Si nos aliquos* Cives Friburgenses vel Bernenses, *constituerimus* pro fideiussoribus Domino Duci, *quod* Friburgenses in Berna et Bernenses in Friburgo, obstagium obseruare debeant, *vsque ad solutionem integram pecuniae, et si aliquis praedictorum* obsidum seu fideiussorum *ante primam solutionem* quatuor millium marcharum argenti, *mori contingeret, in locum* ipsius *aeque idoneum, infra vnius mensis spatium subrogare debemus, postquam fuerimus requisiti.*

§. XXVII.

In tabulis matrimonialibus inter *Iacobum* Sabaudum et *Margaretham* de Belloioco. a. 1362. sic placuit: * *pro qua quidem dote solvenda firmius ipsi* Domino Principi *dicti* Domino Belliioci *se fidemque constituerunt, quibus* in solidum erga Dominum Principem *supra dictum stipulantes* pro se, et suis haeredibus, et successoribus quibuscumque, *nec non ad requisitionem, et praeces dicti* Domini Principis, *et pro ipso erga dictum Notarium stipulantem, et recipientem pro dicta* Domicella Margarita, *et aliis quorum interest, et poterit interesse de et pro* restitutione dictae Dotis, *ac dicto* Dotalicio *manutenendo, defendendo, et conseruando dictae* Domicellae Principales et Fideiussores *intercesserunt quilibet* in solidum *et se constituerunt* Princeps Illustris *Dominus, noster* Amedeus Comes Sabaudiae *viri nobiles Domini* Guillermus de Grandisono, *Dominus de Sancta Cruce*, Ludouicus Revoire, *Dominus Domessini*, Humbertus Musiti *Dominus Sancti Stephani Nemorosi*, Stephanus de Laia, Hugo de Chales, Stephanus de Taney *Milites, et* Petrus Gerbaisii de Bellico *Thesaurarius Sabaudiae, qui omnes, et singuli iurati corporaliter ad Evangelia Sancta* Dei

* *apud* DV MONT. II. p. I. p. 40.

Dei pro praedictis omnibus et singulis de quibus se obligaverunt specialiter, et expresse *dictis* Domino principi, *et* Domino Bellijoci *praedictis nominibus* se et omnia, et singula bona sua mobilia, immobilia, praesentia, praeterita, et futura. *Item Dominus* Hugo *de Gletens* Miles *de dicta* solutione Dotis *pro dicto* Domino Bellijoci, *erga dictum* Dominum Principem, *et de ipsius restitutione, et assettamento* Dotalicii, *et ipso manutenendo pro dicto* Domino Principe *erga dictum* Dominum Bellijoci, *inque Notarium stipulantem ut supra se obligavit, et bona sua quaecunque praesentia, et futura*, cum praestatione iuramenti corporalis ad Evangelia Dei Sancta *per hunc modum, videlicet, quod* in defectu Principalium, et cuiuslibet ipsorum non observantium *praedicta de quibus se dictus* Dominus Hugo *obligat ad requisitionem* Partis *ipsum requirentis, qui non observaverit praedicta, praemissa, et conuenta* circa solutionem restitutionis *dictae* Dotis, *assettamentum, et conservationem* Dotalicii *memorati, ipse* Dominus Hugo *tenetur, promisit, et convenit ipsis* Domino Principi, *et* Domino Bellijoci, *et michi Notario stipulanti ut supra, sub iuramentis et obligationibus praedictis* personaliter *in quolibet termino, in quo esset defectus, tenere* hostagia apud Castillionem in Dombis, *donec fuerint observata promissa, et conventa pro terminis tunc elapsis, vel donec ab illo, qui ipsum requisivisset de dictis* Hostagiis *recedendi, quos* Fideiussores, *et* Principales *ac dictum* Dominum Hugonem de Gletens, *et quemlibet ipsorum promiserunt, et convenerunt eisdem, et cuilibet ipsorum promiserunt, et convenerunt eisdem, et cuilibet ipsorum dicti* Dominus Princeps *et* Dominus Bellijoci *sub eorum iuramentis, et obligationibus praedictis, prout pro quolibet ipsorum se obligaverunt ut supra de praedictis* omnibus, et singulis *indemnes penitus observare, de quibus ipsi* Dominus Princeps, *et* Dominus Bellijoci, *pro utraque ipsorum dicta* Domicella, *et aliis quorum interest vel intererit, instrumenta publica tenoris eiusdem fieri requisiverunt.*

§. XXVIII.

cordé, que outre ce que dessus seront rendus et restituez à ladite Dame *ou à ses* Heritiers, *tous les autres* biens, meubles et immeubles, *à elle apartenans, qui lui seront escheus et avenus par succession, donation, ou autrement, ensemble toutes ses* bagues et joiaux *qu' elle aura aportez.* ' *Et où lad.* Dame *survivroit ledit futur Epoux en cè cas aura et prendra non seulement les dits* trois-cens écus, *et autres biens* parafernaux, bagues et joiaux *qu' elle aura aportez, comme dessus est dit, mais aussi* les bagues et joiaux, *que ledit* Seigneur Duc *lui auroit donné* comme propres *à elle, le tout franchement et quittement de toutes charges, obligations, et hipoteques faites et contractées, tant durant et constant ledit Mariage, que auparavant, encore que ladite* Dame *eût parlé et consenti lesdites hipoteques, alienations, et obligations, et qu' elle s' y fût expressément obligée.*

§. XXX.

Idem in tabulis dotalibus inter *Carolum* IX. Galliae Regem atque *Elisabetham* Maximiliani II. Imp. filiam *Madriti* d. XIV. Ianuar. 1570. videmus definitum verbis: * Il est pareillement accordé et convenu, qu' *au cas de dissolution de cedit Mariage*, par mort de ladite *Serenissime Princesse*, future Reine, *sans Enfans* survivant à elle le dit *Seigneur Roi tres Chretien*, que ledit *Dot les joiaux*, et *autres choses*, que ladite *Dame* aura aportées desquels joiaux et choses se fera Inventaire, si elle ne les aura données en sa vie, seront renduës et restituées entierement et librement aux Heritiers de ladite *Serenissime Princesse*, future Reine et à ceux à qui elle ordonnera et disposera. Auquel cas, retourneront semblablement audit *Seigneur Roy tres-Chretien* les joiaux, qu' il aura donnez à ladite *Dame*. Toutefois, *au cas de dissolution de ce Mariage par mort* dudit *Seigneur Roi tres Chretien*, et survivant à lui ladite *Serenissime Princesse* future Reine, elle aura lesdits *Dots*, et joiaux, tant ceux qu' elle aura aportez, comme ceux que ledit *Seigneur Roi tres Chretien* son Mari lui aura donnez, pour en faire *comme de ses Biens propres.*

* *apud* DU MONT. Tom. V. p. I. n. LXXXVI. p. 178.

propres. Aussi est arrêté, qu' *en cas de dissolution de ce Mariage, avec Enfans* d' icelui, survive ladite *Serenissime Princesse* future Reine, ou non, étant lesdits *Enfans de ce Mariage* en vie lors de son trépas, les tels Enfans succederont aux Biens et Heritages de ladite *Serenissime Reine* leur Mere, selon que par Droit d' Hoirie, et par les Loix d' icelui Roiaume leur compete et apartient: et audit cas, *non obstant* qu' il y ait Enfans de cedit Mariage, ladite *Serenissime Princesse* pourra *disposer de ce qui lui est permis par les Loix et coûtumes dudit Roiaume*, et en ladite Maison de France; et s' il n'y a point de Loix ni coûtume particuliere sur ce fait, ladite *Dame puisse disposer librement de la cinquieme partie pour son ame*, ou gracieusement comme il lui plaira.

§. XXXI.

Idem adparet in Tabulis dotalibus inter *Henricum* Navarrae Regem atque *Margaretham* Henrici II. Francorum Regis filiam *Parisiis* d. XVII. Augusti 1572. conclusis. * Et pareillement est convenu et accordé, que *en cas de dissolution* dudit *Mariage* par le trepas dudit *Seigneur Roi de Navarre*, ladite *Dame* survivant, soit qu' il y ait Enfans, ou non, *il sera en son choix et option de se tenir à sa communauté, ou de renoncer a icelle*. Et en cas de renonciation, elle demeurera franche et quitte de toutes dettes et hipoteques de ladite communauté encore qu' elle se fût obligée durant ledit mariage. Et pourra neanmoins ladite *Dame* reprendre *deux cens-cinquante mille Ecus*, des dits *trois cens mille Ecus* à elle donnez pour son dit *Dot*, par ledit *Seigneur Roi*, avec les dits *deux-cens mille Livres Tournois* à elle donnez par la Reine sa Mere et *les cinquante mille Livres Tournois*, aussi à elle donnez par *Messeigneurs ses Freres*, et tous les autres Biens, qui lui pourront être échûs et avenus durant le Mariage *par Succession, Donation ou autrement*;

* *extant apud* DU MONT *Tom. V. p. I. n. CI. p. 216.*

ment: et reprendra particulierement son *Doüaire* et tous ses *habillemens*, *baques*, et *joiaux*, et *vaisselle d' Argent* servans et destinez à sa personne et *à son usage ordinaire*, à quelque somme qu' ils se puissent monter: ensemble les baques et joiaux, qui lui auront été donnez par ledit *Seigneur Roi de Navarre* son Mari. Lesquels pour obvier à toute doute à l' avenir, seront mis par inventaire: et avenant le cas, que ladite *Dame* decede avant ledit *Seigneur Roi de Navarre* son Mari; et que dudit Mariage n' y eût Enfans, les successeurs et aians cause de ladite *Dame*, auront et recouvriront toutes *les baques et joiaux* par elle apportez, et contenus en l' inventaire, qui en aura été fait avec ledit *Seigneur Roi de Navarre*; pourvû toute fois qu' elle n' en eut autrement disposé; aussi *les deux cens mille Ecus* à elle constituez en *Dot*, et qui doivent demeurer propres à elle et aux siens; ensemble, *les deux-cens mille Livres* à elle données par la *Reine sa Mere*; *et les cinquante mille Livres*, aussi à elle données par *Messeigneurs* ses Freres; et outre ce, tous les autres Biens immeubles, qui seront avenus et échûs à ladite *Dame* par Succession.

§. XXXII.

In Contractu Matrimonii inter *Henricum* III. Poloniae primum postea Galliae Regem cum *Ludovica* Lotharinga *Rhemis* d. XIV. Febr. 1575. de *successione*, sic definitur. *Est aussi semblablement accordé, que* en cas de dissolution dudit Mariage sans Enfans, *et que ledit* Seigneur Roi *survive, il fera rendre et restituer* aux Heritiers de ladite Dame *tous et chacuns les Biens, tant meubles, qu' immeubles, à elle propres et apartenans, qu' elle aura aportez, n' étoit que de son vivant elle en eût donné ou disposé d' aucuns: de la restitution desquels en ce cas* sa *Majesté ne demeurera obligée* *.

§. XXXIII.

* C. I. n. CXVII. p. 234.

§. XXXIII.

In Tabulis Dotalibus *Alfonsi* Atestini Ducis *Mutinensis*, atque *Isabellae* Sabaudicae d. XXII. Febr. 1608. *Rauennae* conclusis * sic fuit definitum: *Ipseque Dominus Comes Alfonsus dicto nomine et obligans omnia et singula bona, praesentia et futura, dicti Serenissimi Ducis Mutinae ex authoritate eidem vt supra attributa titulo, et ex causa donationis purae, merae, simplicis inter viuos donauit et donat dictae Serenissime Infantae Isabellae absenti eidemque illustrissimo et Reuerendissimo Domino Cardinali pro ea acceptanti Ducatonorum quinquaginta mille, quorum media pars ad ad eundem Serenissimum Mutinae Ducem reuertatur, si dicta Serenissima Isabella sine liberis ex hoc matrimonio moriatur, si vero liberi existunt, ad eosdem redeat dicta media pars, quam* Dotem *vt supra constitutam et promissam, ea tamen prius habita, et non aliter, nec alio modo, idem* Dominus Comes Alfonsus *obligans bona omnia* Serenissimi Principis *sui, dare et restituere promittit ipsi* Serenissimae Infantae Isabellae *in omnem casum et euentum dictae* Dotis *soluendae et restituendae.*

§. XXXIIII.

In Tabulis Dotalibus *Henrici* IV. cum *Maria Medicea* d. XXVI. Aprilis 1600. *Florentiae* confectis, ** sic definitur. *Et* en cas de Dissolution du Mariage *par la Mort de ladite* Serenissime Princesse sans aucuns enfans, *ledit* Seigneur Roy *fera rendre et restituer audit* Seigneur Grand Duc, *ou à qui il sera par luy ordonné* les bagues et joyaux *à elle donnez selon l' Inventaire qui en sera fait, en cas toutesfois qu' elle n' en ait disposé, ensemble la* somme de quatre cent mil Ecus *qui font* les deux ters de six cent mil Ecus, *payés pour ledit* Dot; *si non que S. M. aime mieux jouïr de la somme entière sa vie durant au quel cas ladite* somme de six cent mil Ecus *sera entiérement restituée aprés la mort de ladite* Majesté. *Et si ladite* Serenissime Princesse *délaissoit Enfans procrées dudit Mariage, lesdits enfans succederont* à touts les biens, *tant meubles qu' immeubles à elles delaissez et qui luy pourroient appartenir et seront entr - eux selon les us et coutûmes de France.*

* c. I. P. II. n. LIX. p. 92.
** c. I. P. II. n. III. p. 4.

ment: et reprendra particulierement son *Doüaire* et tous ses *habillemens*, *baques*, et *joiaux*, et *vaisselle d'Argent* servans et destinez à sa personne et *à son usage ordinaire*, à quelque somme qu' ils se puissent monter: ensemble les baques et joiaux, qui lui auront été donnez par ledit *Seigneur Roi de Navarre* son Mari. Lesquels pour obvier à toute doute à l' avenir, seront mis par inventaire: et avenant le cas, que ladite *Dame* decede avant ledit *Seigneur Roi de Navarre* son Mari; et que dudit Mariage n' y eût Enfans, les successeurs et aians cause de ladite *Dame*, auront et recouvriront toutes *les baques et joiaux* par elle apportez, et contenus en l' inventaire, qui en aura été fait avec ledit *Seigneur Roi de Navarre*; pourvû toute fois qu' elle n' en eut autrement disposé; aussi *les deux cens mille Ecus* à elle constituez en *Dot*, et qui doivent demeurer propres à elle et aux siens; ensemble, *les deux-cens mille Livres* à elle données par la *Reine sa Mere*; *et les cinquante mille Livres*, aussi à elle données par *Messeigneurs* ses Freres; et outre ce, tous les autres Biens immeubles, qui seront avenus et échûs à ladite *Dame* par Succession.

§. XXXII.

In Contractu Matrimonii inter *Henricum* III. Poloniae primum postea Galliae Regem, cum *Ludouica* Lotharinga Rhemis d. XIV. Febr. 1575. de *successione*, sic definitur. *Est aussi semblablement accordé, que* en cas de dissolution dudit Mariage sans Enfans, *et que ledit* Seigneur Roi *survive, il fera rendre et restituer* aux Heritiers de ladite Dame *tous et chacuns les Biens, tant meubles, qu' immeubles, à elle propres et apartenans, qu' elle aura aportez, n' étoit que de son vivant elle en eût donné ou disposé à aucuns: de la restitution desquels en ce cas* sa *Majesté ne demeurera obligée* *.

§. XXXIII.

* c. l. n. CXVII. p. 334.

§. XXXIII.

In Tabulis Dotalibus *Alfonsi* Atestini Ducis *Mutinensis*, atque *Isabellae* Sabaudicae d. XXII. Febr. 1608. *Rauennae* conclusis * sic fuit definitum: *Ipseque Dominus Comes Alfonsus dicto nomine et obligans omnia et singula bona, praesentia et futura, dicti Serenissimi Ducis Mutinae ex authoritate eidem vt supra attributa titulo, et ex causa donationis purae, merae, simplicis inter viuos donauit et donat dictae Serenissime Infantae Isabellae absenti eidemque illustrissimo et Reuerendissimo Domino Cardinali pro ea acceptanti Ducatonorum quinquaginta mille, quorum media pars ad ad eundem Serenissimum Mutinae Ducem reuertatur, si dicta Serenissima Isabella sine liberis ex hoc matrimonio moriatur, si vero liberi existunt, ad eosdem redeat dicta media pars, quam* Dotem *vt supra constitutam et promissam, ea tamen prius habita, et non aliter, nec alio modo, idem* Dominus Comes Alfonsus *obligans bona omnia* Serenissimi Principis *sui, dare et restituere promittit ipsi* Serenissimae Infantae Isabellae *in omnem casum et euentum dictae* Dotis *soluendae et restituendae.*

§. XXXIIII.

In Tabulis Dotalibus *Henrici* IV. cum *Maria Medicea* d. XXVI. Aprilis 1600. *Florentiae* confectis, ** sic definitur. *Et* en cas de Dissolution du Mariage *par la Mort de ladite* Serenissime Princesse sans aucuns enfans, *ledit* Seigneur Roy *fera rendre et restituer audit* Seigneur Grand Duc, *ou à qui il sera par luy ordonné* les bagues et joyaux *à elle donnez selon l' Inventaire qui en sera fait, en cas toutesfois qu' elle n' en ait disposé, ensemble la* somme de quatre cent mil Ecus *qui font* les deux ters de six cent mil Ecus, *payés pour ledit* Dot; *si non que S. M. aime mieux jouïr de la somme entiére sa vie durant au quel cas ladite* somme de six cent mil Ecus *sera entiérement restituée aprés la mort de ladite* Majesté. *Et si ladite* Serenissime Princesse *délaissoit Enfans procrées dudit Mariage, lesdits enfans succederont* à touts les biens, *tant meubles qu' immeubles à elles delaissez en qui luy pourroient appartenir et seront entr - eux selon les us et coutûmes de France.*

* c. I. P. II. n. LIX. p. 92.
** c. I. P. II. n. III. p. 4.

ce. *Mais* en cas que la Dissolution dudit Mariage *fut advenuë par la Mort precedée dudit* Seigneur Roy Trés-Chrêtien, *survivant à luy ladite future Epouse, soit qu' il y ait Enfans ou non dudit Mariage, ladite* Serenissime Princesse *future Epouse reprendra entiérement tout sondit* Dot, *bagues, et joyaux par elle portez, et outre celles qui luy auroient été données par ledit* Seigneur Roy, *hormis toutesfois* les bagues de la Couronne, *qui se baillent comme garde et dépost aux Reines de France; et en cedit cas joüira semblablement ladite future Reine de son* Douaire, *comme il est dit, et de tout ce que dessus, soit qu' elle demeure en France où qu' elle se retire ailleurs, ce qui demeurera en sa liberté.*

§. XXXV.

In Tabulis dotalibus * inter *Vladislaum* IV. Poloniae Regem et *Ludovicam Mariam Gonzagam a. 1645.* conclusis, ita decernitur: Et arrivant que *le Roi de Pologne* du consentement de ladite *Princesse*, ou autrement dispose de ladite Somme de neuf cens mil livres, ou de l' argent provenant de la vente ou autre alienation qui pourroit estre faite par ladite *Princesse* des Biens qui lui auront esté mis entre les mains pour la *somme de six cens mil liv.* faisant l' entier paiement de ladite *Somme d' un million et demi de Livres*, ou de la somme *des six cens mil livres*, si le paiement en a esté fait, à ladite *Princesse* en argent, ou si les dites *Sommes de neuf cens mil livres d' une part, et de six cens mil livres de l' autre*, ont esté emploiées pour les affaires du *Roi de Pologne* des dits sommes suivant que le *Roi de Pologne* en aura disposé, ou qu' il en aura emploié pour ses affaires, seront renduës et restituées à la *Princesse après la dissolution dudit Mariage* sur les Biens du *Roi de Pologne* comme il a esté dit, ou si elle estoit morte sans en avoir disposé selon les Loix et coûtumes à ses enfans, ou en cas qu' elle fust morte sans enfans à ses Heritiers du costé et ligne dudit feu *Seigneur Duc de Mantoue* son pere.

§. XXXVI.

* c. I. T. VI. p. I. p. 317.

§. XXXVI.

In Tabulis dotalibus inter *Ferdinandum* Bauariae Principem atque *Adelheidam* Sabaudam a. 1650. conuenit. * *Item obseruetur si ex dispositione Diuina consummato Matrimonio, Serenissima Domina* Adelhaidis *praemoriatur, vt nimirum* inter liberos si qui extant, *ius habeat* libere disponendi de proprietate totius Summae Morganaticae seu sponsalitiae largitatis; *liberis vero non existentibus tantum* de semisse seu media eius parte, *altero semisse apud superstitem* Serenissimum Maritum *permanente. Insuper promissum est iam dictae* dotis, donationis propter nuptias et sponsalitiae largitatis *nomine praefatae* Serenissimae Dominae Adelaidi *hypothecae iure obligata esse et manere nominatim comitatum de Meringen, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, nec non castra et bona cum Praefecturis et quatuor Ciuitatibus Schongauia, Landsperga, Friedberga et Aichach cum omnibus itidem harum Praefecturarum pertinentiis, redditibus et iuribus suis omnibus, quibus hypothecis Serenissimae Dominae Abelhaidi in omnibus quae Serenitati suae in casum seu euentum restituendae* Dotis et praestandi census *ex* Donatione propter nuptias *debiti, sicut etiam caeteris aliis restitutioni subiectis abundanter cautum est.*

§. XXXVII.

Quandoque *terrae* in dotem fuerunt datae. Obtinuit hoc iam dum temporibus *antiquissimis*. *Amphipolis* in dotem data fuit *Acamanti*, Thesei filio. Apud *Homerum* Agamemnon septem vrbes se *Achilli* dare pollicetur. Cyaxares filiae suae *Cyro* nubenti in dotem dedit Mediam vniuersam. Lanossa, Epirotarum Regi *Pyrrho* nubens, in dotem ei attulit Corcyram vrbem ab Agathode patre suo bello captam. ** *Darius* per litteras petebat, *uti filiam suam*, Statyrae erat nomen, *nuptiis* Alexan-

* apud DV MONT. T. VI. p. I. p. 568.

** PLVTARCHVS *Pyrrho* [illegible]

Alexander *sibi adiungeret. Dotem fore omnem regionem inter Hellespontum et Halyamnem sitam; inde orientem spectantibus terris contentum se fore.* * Sic etiam apud *Chalcocondylam.* ** *Caroli Consobrinam, Leonbardi ducis filiam, fratri Constantino uxorem dedit, hac tamen conditione, vt dotis nomine Constantino vrbs Clarentia traderetur.* Et paullo post: *Conclusum, vt in dotem acciperet* Messenae et Ithaniae *regionem.*

§. XXXVIII.

De eodem testantur pacta dotalia inter *Henricum* Godefridi *Brabantiae* Ducis filium primogenitum et *Mathildem* Philippi *Flandriae* Comitis neptem, de a. 1179. quae nobis exhibet AVBERTVS MIRAEVS: *** *Haec est conuentio facta, inter Comitem Flandriae Philippum, et Ducem Louaniae Godefridum, super contractu matrimonii Henrici filii Ducis, et Mathildis neptis Comitis, quae scripto commendata est, ne memoriae nouerca obliuione possit offuscari in posterum. Sciant itaque omnes et singuli, quod Dux Godefridus dedit Henrico filio suo, ad dotandam, inde Mathildem neptem Comitis, Brusellam cum Castello, hominiis, et omnibus pertinentiis, Vilvordam cum hominiis et omnibus pertinentiis,* Leucam *cum hominiis et omnibus pertinentiis, Vcclam, et* Ruschbrock *cum hominiis, et omnibus pertinentiis, et quidquid* Dux *habet inter* Sonnam et Flandriam. HENRICVS *autem assensu Patris sui et suorum hominum consilio dedit haec omnia praenotatae* in dotem Mathildi *antequam ei nuberet: hac interposita conditione, quod si contigerit,* Henricum *mori absque herede, vel etiam relicto post se herede aliquo, dotem illam possidebit* Mathildis *libere et absolute tota vita sua. Si vero* Mathildis *decesserit non suscepto herede ex* Henrico, Comes Flandriae *tenebit* Brussellam, *quousque ei reddantur* mille et quingentae librae Flandrensis monetae, *quas dedit* Duci. *Illud quoque sciendum, quod si* Henricus *plus vixerit, quam* Dux *pater eius*

* apud CVRTIVM lib. IV. cap. V.
** lib. V.
*** Codit. Donat. Piarum cap. XCIX. in oper. p. 106. Tom. I.

vius, succedet ei in Ducatum tanquam heres suus, *et omnia ad eum devoluentur iure hereditario, quae* Dux *modo possidet* praeter Vrtinam et Comitatum de Arschot. *Et si forte contigerit,* Henricum *mori ante Patrem, heres* Henrici, *si quem post se reliquerit ex* Mathilde *saepe dicta, ita succedet* Duci auo *suo in* Ducatum *et omnem possessionem suam,* praeter Vrtinam et Comitatum de Arschot, *sicut* Henricus *fecisset, si diutius patre vixisset.*

§. XXXIX.

In Tractatu matrimoniali inter *Eduardum* I. Anglorum *Regem* et *Henricum* Nauarrae Regem pr. Kl. Decembr. 1273 super contrahendo matrimonio inter *Henricum* filium dicti Regis Angliae et *Ioannam* dicti Regis Navarrae filiam concluso, *Henricus* filiae suae successionem in Regnum Navarrae, *Eduardus* filio *Vasconiam* promittit, prout in tabulis continetur. * *Nos* Edwardus, Dei gratiâ, Rex Angliae, Dominus Hiberniae et Dux Aquitaniae; et Henricus, *eadem gratia,* Rex Nauarrae, Campaniae et Briae comes Palatin. *notum facimus universis, quod ad honorem Dei, considerata etiam communi utilitate Terrarum confinium, in quibus, propter malitiam gentis, multa mala hactenus perpetrata fuisse noscuntur, ad ipsa radicitus extirpanda, et ad providendum ne deinceps his similia committantur, tales inter nos inivimus Pactiones,* videlicet, *Quod nos, praedictus* Henricus, Rex Navarrae, *promittimus et convenimus praefato* Regi Eduardo, *dare et tradere* Iohannam, *filiam nostram et haeredem,* Henrico, *filio primogenito et haeredi praefati* Edwardi Regis Angliae, *in* sponsam et vxorem legitimam desponsandam, et ducendam *temporibus praefinitis a Iure ad Sponsalia et Matrimonia contrahenda. Et nos, praedictus* Edwardus, *promittimus et convenimus praedicto* Regi Navarrae *dare et tradere Henricum, Primogenitum nostrum filium et haeredem,* Iohannae, *filiae et haeredi praedicti Regis Navarrae, in virum legitimum desponsandum et ducendum temporibus praefinitis a Iure ad sponsalia et Matrimonia contrahenda, sicut praedictum est. Item nos,* Henricus Rex Navarrae *praedictus, promisimus et convenimus praedicto* Regi Edwardo, *quod si absque alia prole legitima, ex nobis descendente, decedere nos contingat,* (quod absit) *quod praefata*

 Iohanna

* Extant apud du MONT tom. I. p. 1. n. L. p. 412.

Iohanna *Filia nostra nobis succedat, et sit haeres in* Regno Navarrae, *et comitatibus praedictis; ita tamen quod* in Feodis Ecclesiarum et allodiis, *ac aliis acquisitionibus, per nos vel antecessores nostros factis,* praeter Comitatus *praedictos et regnum eadem* Ioanna, *cum caeteris suis sororibus, admittetur* ad virilem portionem secundum consuetudinem et forum Patriae; *caeterum si nos, Rex* Navarrae *praedictus, auctore Domino,* filium Masculinum legitimum susceperimus vnum vel plures, *qui nobis supersit tempore mortis nostrae, tunc volumus et promittimus dicto* Regi Angliae, quadraginta millia librarum Turonensium *dare et soluere sibi* in dotem *pro filiâ nostrâ* Iohanna *praedicta; videlicet* viginti millia librarum Turonensium *die Matrimonii contracti*, et *alia* viginti millia librarum Turonensium *a die Matrimonii contracti in unum annum. Promisimus etiam et convenimus nos*, Rex Angliae *praedictus, dicto* Regi Navarrae, *cum Matrimonium fuerit contractum inter praefatum Filium nostrum* Henricum et Iohannam *filiam praedictam* Regis Navarrae *assignabimus* et *tradenius totam terram nostram* Vasconiae *praedicto filio nostro* Henrico *tenendam eo modo; quo, felicis recordationis,* Henricus *pater noster eam nobis tradidit et concessit.*

§. XL.

In Tabulis Dotalibus inter *Alfonsum*, Petri Arragoniae Regis filium atque *Eleonoram* Eduardi I. Regis Anglorum filiam, apud *Oscam* XVIII. Kl. Septembr. a. 1282. confectis, * sic decernitur: *Nos autem* Archiepiscopus, et Episcopus *praedicti eiusdem Domini* Regis *mandatis parere volentes, virtute et auctoritate praedicti* mandati, *contracto Matrimonio per verba de praesenti inter* illustrem Domicellum Alfonsum, *eiusdem* Domini Regis *primogenitum praesentem* et illustrem Domicellam Alianoram, *illustris Regis Angliae primogenitam, per nobilem virum* Dominum Iohannem de Vescy, *procuratorem eiusdem* Domicellae *ad hoc specialiter destinatum, nomine eiusdem* Domicellae *contrahentem per eadem verba de praesenti consensum eiusdem* Domicellae *exprimentia, prout iura permittunt, eidem illustri* Domicellae, *vice nomine, loco et auctoritate* Domini nostri Regis Arragonum *praedicti*, pro arris

* *apud* DU MONT. Tom. I. p. I. n. LII. p. 415.

arris et arrarum nomine, *damus et assignamus loca inferius annotata, scilicet:* Iactam, Barbastrum, Lunam et Pertusiam, *cum omnibus Villis, Aldeis, Pechis, Moneticis, Iudaeis et Sarracenis ibidem habitantibus, et in posterum habitaturis;* alta et bassa Iusticia, *vero etiam et mixto Imperio, cum omnibus homagiis, fidelitatibus, servitiis, caenis, et aliis omnibus pertinentiis, ad dicta loca, seu ad Dominium praedictorum Locorum, quoque modo spectantibus, cuiuscumque servitii, expletamenti, nominis, seu conditionis existant, licet specialiter habeat nominari, nichil Dominii vel proprietatis praedicto Domino nostro Regi penitus retinentes; immo eadem ab ipso totaliter abdicamus, quamdiu eadem* Domicella *praedicta loca tenuerit, seu tenere debuerit, secundum* formam assignationis *huiusmodi sibi factae; Habenda, tenenda, et possidenda per ipsam* Domicellam, *vel Mandatum suum, praedicto constante Matrimonio, et etiam soluto, si ipsa supra vixerit, sive sit in* Regno Aragon. *sive extra sive sit vidua, sive coniugata, ad voluntatem suam inde faciendum, cum omnibus fructibus, redditibus et exitibus de dictis locis et pertinentiis eorumdem, quoque modo ex nunc levandis et percipiendis eisdem* in sortem seu solutionem Dotis *minime computatis, donec de* quadraginta millibus Libr. nigrorum Turon. quos *eadem* Domicella *affert praedicto viro suo* in Dotem *seu* Maritagium, *et liberavit eidem, vel* Domino Regi Aragon. *nomine praedicti* Domini Alfonsi filii sui Mariti *eiusdem* Domicellae *tempore traductionis, plene fuerit satisfactum.*

§. XLI.

Carolus II. Siciliae Rex, *Carolo* Arragoniae *Regi* cum filia *Margaretha* a. 1290. in dotem dedit Comitatum Andegauensem et Cenonanensem his verbis:* *Item, quod nos dabimus eidem* Carolo *cum ipsa* Marguarita Comitatus Andegauiae et Cenomaniae, totamque Terram *quam habemus in* Andegauia et Cenomania, *et locis inhaerentibus, seu vicinis, adiectis pactis et conventionibus, quae sequuntur;* videlicet *quod si inter iam dictas partes pacificari contingat, et idem* Carolus, *ius quod habet* in Aragoniae Valentiaeque *Regnis, ac comitatu* Barchinoniae, *ex deputatione facta auctoritate dictae* Sedis *quittaverit, quod ad requisitionem*

* *extat apud* DU MONT. Tom. I. n. LV. p. 420.

nostrum, vel heredis nostri, accedente ad haec consensu Romanae Ecclesiae *facere, Pace interveniente tenetur, habebit ex tunc ipse, et etiam posteritas post eum, sive ex dicta* Nata Nostra, *sive ex alia coniuge legitima descenderit*, in propriam Hereditatem, *tanquam si ei a suis Parentibus obvenisset*, comitatum totamque Terram Andegauiae et Cenomaniae, *vt est dictum: si tamen idem* Carolus praemoriatur *filiae nostrae*, prole non extante *de Matrimonio eorumdem, dicta* Marguarita, *quamdiu vixerit, totam Terram ipsam tenebit: sed* ea de medio sublata, *etiamsi prolem ex alio viro susceperit, praedicti comitatus, seu terra cum suis pertinentiis libere et integre deuenient ad praedictum* Dominum Regem Franciae, *vel heredem suum similiter* Regem Franciae: *et si proles extans de corpore dicti* Caroli *deficeret, ad ipsum* Dominum Regem Franciae, *vel heredem suum similiter* Regem *devenireut*. Item, *expresse conuentum est, quod si pax huiusmodi non fuerit, procedente Matrimonio praedicto, et ipso Carolo ius suum in dictis* Aragoniae Valentiaeque Regnis, et Barchinonensi Comitatu *retinente, vel illud sine nostra, vel heredis nostri requisitione quittauerit, comitatus, seu Terram* Andegauiae et Cenomaniae *cum pertinentiis suis, vt praedicitur, nihilominus assignabimus ipsi* Carolo in Maritagium *cum dicta filia nostra*, tali conditione apposita, *quod si* prolem ex dicto Matrimonio reliquerit, *ipsa proles, salvo dictae Filiae* iure balli, *secundum locorum consuetudinem, in ipsis* Comitatibus, seu Terris *succedat; sed ipso* Carolo sine prole *ex eodem Matrimonio decedente* (quod absit) *super viuente dictâ* Filia *nostra Comitatus Cenomaniae eidem* Filiae *nostrae* ad vitam suam *remanebit, et* Comitatus Andegauiae *ad nos, vel principalem Heredem nostrum, statim post obitum dicti* Caroli, *libere reuertetur*.

§. XLII.

Potissimum vero huc facit exemplum *Othonis* IV. Burgundiae *Comitis*, qui dum nullos haberet liberos legitimos, praeter *Iohannam* vnicam legitimam filiam, illam vni ex *Philippi Pulcri* Francorum Regis filiis a. 1295. desponsauit, atque *Burgundiae Comitatum* dotis loco concedit, his verbis: * *Verum*, quoniam Reges Franciae vt frequentius non consueuerunt filios

* *c. L. n.* DXXIX. p. 292.

filios suos maritare, nisi cum iidem filii cum vxoribus suis magnas Baronias, et magnos redditus in dotem recipiunt; *nos considerantes quod aliter de dicta filia nostra cum praefato* Domino Rege *cum altero de praedictis duobus primogenitis filiis suis huiusmodi sponsalia contrahere minime poteramus*, totum Comitatum nostrum, castra, possessiones, homagia, feoda, et omnia iura *nostra personalia et realia, vbicumque et in quibuscumque consistant, ex nunc dicto* Domino Regi, *recipienti*, legitimo administratorio nomine filii sui, *futuri mariti praedictae filiae nostrae cum eadem filia nostra damus et irrevocabiliter assignamus* in dotem. *Promittentes eidem* Domino Regi *solemniter stipulanti, dictam* filiam nomine sponsalium *huiusmodi, et ob causam eorum* in domum et potestatem ipsius Domini Regis *ex nunc transducere, et ipsi* Domino Regi *tradere et deliberare ex nunc totum* comitatum, Baroniam, terram, castra, iura, homagia, et feoda praedicta, *libera et immunia ab omni obligatione debitorum et ipsum* Dominum Regem *vel mandatarium suum ex nunc inducere in possessionem et quasi possessionem omnium et singulorum praedictorum et facere ex nunc ipsi* Domino Regi *vel alii pro ipso ad haec recipienda ab ipso constituto praestari et fieri, omnia et singula homagia supradicta.*

§. XLIII.

Theobaldus Dux *Lotharingiae* filiae suae *Margarethae* a. 1311. *Guidoni* Flandriae comiti nuptae *in dotem* attulit varias terras, prout tabulae dotales* habeant: c' est assavoir que nous *Thiebaus Duc* dessusdit donons a dit *Monsignor Guys*, à femme *Damoiselle Marguerittè* notre année fille, et je *Guys* dessusdit la dois prendre à ma loyale famme, le sainte Englise si consent, en la meniere, et en la forme cy-aprés devisées; c'ast assavoir que nous *Thiebaus Dus* dessusdit avons donnei et donnons à laditte *Damoiselle Margueritte* notre fille, et adit *Monsignor Guys* por cause *de Mariage et de don de noces*, le Casteil *de Beure*, la Castellerie *le Moer*, et les terres de *Beure*, et toutes les appartenances, en quoi qu'elles gisent, quelles qu'elles soient, et de kel-

* prostant in LVDWIGII *Cod. Diplomat.* S. II. p. 2007.

kelles meuvent, et le devons en heriter en tems et en leu dedans *la Conté de Namur*, par devant *le Comte de Flandres* de tout ce ke faire en poons, et ke à nous en appartient et puet appartenir à tenir en heritaige à toujours por eauls et por lours hoirs.

§. XLIV.

Theodorus Montiferratensis Marchio *Yolandae* filiae suae *Aymoni* Sabaudiae *Comiti* a. 1330.* nuptae, huius matrimonii contemplatione constituit *in dotem* dictae Dominae *Violandae* dat, tendit, cedit, et concedit *omnia iura sua, et rationes* sibi competentes et competentia, competituras et competitura *in castris, Villis Lancei, Cyriaci et Casellarum, et eorum mandamentis*, et in terris, pratis, vineis, nemoribus, alpibus, aquarum decursibus, domibus, servitiis fictis, *et omnibus Minis cuiuscumque metalli existant*, tailliis, homagiis, fidelitatibus, feudis, emphyteotis, laudibus, venditionibus, iurisdictione, *meris, et mixtis imperiis* et rebus aliis vniuersis cum eorum pertinentiis quaecunque sint.

§. XLV.

Anno. 1357. inter *Wenceslaum* Brabantiae Ducem atque *Ludouicum* Flandriae Comitem facta fuit concordia, vbi inter alias leges conuenit: *Margarethae* Comitis vxori *Antwerpia*, cum vicis, *Hova, Vuilrica, Berthemo, Ordris, Vitmerdonga, Scadebrouca, Lilloa, Berendraco, Burgfleto, Sandfleto, Stilla, Dorna, et Wineghemo* doti assignarentur, *ea* tamen *lege*, ne quid de priuilegiis *Antwerpiensium* mutet, minuatue Comes.**

§. XLVI.

In Tractatu matrimoniali inter *Carolum* VII. Gallorum et *Iacobum*, Scotiae Regem de contrahendo inter *Ludouicum* Galliae *Delphinum* et *Margaretham* Iacobi filiam a. 1428. conclufo,

* *extant Tabulae apud* DV MONT. *Tom. I.* p. II. n. CLXXVIII. p. 120.

** teste PETRO DIVAEO *Rerum Brabant. lib.* XV. p. 170.

cluso, definitur: * *Item dicta* Domina Margareta, *cum ratione dicti* Domini Ludouici *tempore futuro* ad Dignitatem Reginalem coronae Franciae *devenerit*, *dotabitur secundum quod* Reginae Franciae *per leges et consuetudines dicti* Regni *solent esse et fuerunt dotatae. Item, si contingat dictum* Dominum Ludouicum decedere *antequam* ad Coronam Regiam peruenerit, *Matrimonio consummato dicta Domina dotabitur*, *vt solent dotari sponsae* Primogeniti Regis Franciae: *at si magis placet* dos nominata, *dotabitur* de duodecim mille libris *in redditu iuxta aestimationem* librarum Franciae, *et constituetur* dos in Fortalitiis et Dominiis *honori et statui* tantae Dominae *condecentibus.*

§. XLVII.

Ioannes de Burgundia Comes *de Stampes* et Dominus de *Durdan* et *Iacoba* ipsius Conthoralis in pactis dotalibus inter *Ioannem Cliuensem* et filiam suam *Elisabetham*, varias terras, in dotem promittunt, his verbis. ** *Et nos* Iohannes Comes et Iacoba Comitissa de Stampes *praedicti et maxime nos* Comitissa *super hoc debite auctorisata per dictum* Dominum conthoralem *meum quam quidem auctorisationem et libera nostra voluntate acceptavimus gratanter, et non coacta promisimus, et promittimus, quod eadem* Elisabeth vnica filia nostra *ducet* in sponsum et maritum *ipsum* Dominum Iohannem *Ducem* Cliuensem *secundum ordinationem sanctae Ecclesiae, vt praedictum est, vt vltra in fauorem progressus praedicti Matrimonii quod Deo dante consumabitur, donauimus, tradidimus, cessimus, transportamus et transferimus irreuocabiliter ex nunc, ex certis nostris scientia et libera voluntate, pro nobis, et omnibus nostris heredibus successoribus et causam habentibus perpetue, et perpetuis temporibus, eidem* filiae *nostrae* pro dote sua, *et ad fruendum ea pro se et liberis ac heredibus suis legitimis*, de corpore suo natis et procreatis, *et in legitimo matrimonio ab ea descendentibus*, Villas, Castra, Terras et Dominia *inferius declarata: Sciendum est*

* *extat apud* DV MONT. Tom. II. p. II. n. CXXXVII. p. 224.
** extant in DITHMARI. Cod. Diplom. n. LXXXVI. p. 92.

ss Terras, Castra, Domos, Feuda et Dominia de Potre et Rengers Vlyete *situata circa* oppida Bruggens. et Sluisens. *mouentia et tenta* in feudum de Burgo, et Baluuatu de Brugis, *in ea cum omnibus et singulis suis* dominiis, Iurisdictionibus, prouentibus, et emolumentis, Iuribus patronatus et feudalibus *atque aliis quibuscunque nihil exinde secluso, retento, aut reseruato; Item Terras, Villas, Castra et Dominia* de Cayen et Boulamcourt in Sery *situata praedictum* Cayen *supra mare in ore fluminis de Somna et praedictum* Boulamcourt *circa quinque miliaria à praenominato* Cayen. *et quatuor miliaria* de Abbatis Villa *mouentia et tenta in feudum* Castellanatu Sancti Walerici *supra mare, in omnibus profectibus, Iurisdictionibus, Dominiis, redditibus, Iuribus patronatus et feudalibus atque aliis quibuscunque, nil exinde secluso, quas quidem terras, quamuis nobis donatae fuerint in tractatu matrimonii nostri, scilicet* Porte et Rengers Vlyet pro mille libris parisiens. monetae *realis hereditarii et annui redditus computando* quadraginta quinque grossos monetae Flandriens. pro una libra, *et praefata* Cayen et Boulancourt *pro aliis* mille libris *monetae ac valoris praedictorum similis haereditarii et annui redditus.*

§. XLVIII.

Carolotta Cypri et Antiochiae Princeps *Ludouico* Sabaudiae Principi a. 1458. nupta *in dotem* ipsi attulit *Cypri Regnum*, prout tabulae * habent desuper conscriptae. Item mesdits *Seigneurs Ambassadeurs, et Procureurs* au nom que dessus, des maintenant constituissent et donnent pour et en nom *de Mariage et de dote* à mondit *Seigneur de Geneue les Chasteaux, Villes; Vassaulx, et autres biens* cy-aprés declaires et specifiés; lesqueulx promettent, comme dessus faire valoir de revenuë annuele tant en viures comme autre prinses et rentes, selon la coustume de la Secrete Royal, *la somme de six mille Ducats;* et en outre luy constituissent *en nom de dote* tout ce que, *le Roi* a donné et peut avoir donné a madite *Dame la Princesse* depuis la mort de la *Royne sa Mere*, lesquels Places et Chasteaulx tiendra

* *apud* DV MONT. *Tom.* III. p. I. n. CLXXXVI. p. 251. et GVICHENON Preues p. 326.

dra et sera tenu de tenir mondit *Seigneur de Geneve*, selon l' vsage du Pays, et d'en fere fideleté et homage au Roy. *Item*, promettent lesdits *Ambaxeurs* et *Procureurs* pour et au nom que dessus que sitost que mondit *Seigneur de Géneue* sera arrivé *en Chypres et estant consomé le dit Mariage*; les Comtes, Barons, Chevaliers, Escuyers, et autres *hommés liges du Royaume*, viendront devers luy et luy promettront de le tenir et recevoir en leur *Roy*, cas advenant que *le Roy* moruſt *sans enfans masses le loyal Mariage*, et ce a cause de madite *Dame la Princesse* sa femme en pact et convention que defaillant au Roy comme dit est *sans Enfans masses de loyal Mariage*, et aussi madite *Dame la Princesse sans enfans* (que Dieu ne veuille) ledit *Royaume* soit et doyet appartenir et appartienne pleinement et entierement a mondit *Seigneur de Geneve*, reservé toutes fois tout autres droits et decisions qu' il pourroit appartenir aux autres *Messieurs Enfans de Savoye* nés de *Madame la Duchesse de Savoye* Fille du dit *Roy de Chypres*.

§. XLIX.

Ioanna Harcurtia Comtesse de *Tancarville Renato* II. Lotharingiae *Duci*. a. 1471. nupta marito suo *in dotem* attulit *Iura successionis* in terras paternas, si sine masculis haeredibus fuerit defunctus, prout tabulae desuper confectae * habent. Que mesdits *Seigneur et Dame* marient leur seule *Fille et Enfant* vnique pour le present, a mondit *Seigneur de Vaudemont*, avecques *tous ses Droits de Succession*, ou noms et actions qui luy pourront competer et appartenir aprés le deceds de mesdits *Seigneur et Dame de Tancarville* et de chacun d'eux. Et s' il advenoit que mesdits *Seigneur et Dame de Tancarville* eussent, ou temps avenir *Enfans masses*, sont reservés a ladite *Damoiselle leur* Fille *tous ses Droits de Succession*, et toutes et chascunes leurs *terres et Seigneuries*, quelque par qu'elles soient situées et assises, et tout selon les Vsages et Coustumes des Pays où elles sont situées et assises.

* c. I. p. I. n. XXV. p. 604.

§. L.

Blancae, Guilielmi *Montisferratensis* Marchionis filiae, quae a. 1485. *Carolo* I. Duci Sabaudiae fuit nupta, *Bonifacius* Marchio, masculis deficientibus, *dimidiam* terrarum partem *in dotem* constituit, prout pacta habent dotalia * his verbis: *In primis convenerunt, quod casu quo praelibatus* Illustrissimus Dominus Marchio *ab hac vita migraret* relictis post se filiis masculis legitimis et naturalibus vno vel pluribus, Illustrissima *Domina* Blancha *Neptis sua* in dotem *et nomine* dotis *habeat vt praefatus* Illustrissimus Dominus Marchio *ex nunc eidem constituit*, Ducatos octuaginta millia, soluendos *in terminis infra scriptis. Videlicet omni Anno* quinque mille Ducatos *vsque ad complementum solutionis. Cuius primus terminus incipere debeat post mortem praelibati* Illustrissimi Domini Marchionis, *et non antea obligando pro* cautione solutionis *dictae* dotis *Terras et loca vltra* Padum *existentia. Item quod casu quo praefatus* Illustrissimus Dominus Marchio *Montisferrati diem suum claudat extremum*, nullis post se relictis Filiis Masculis naturalibus et legitimis, *ex nunc constituit* pro dote, et dotis *nomine* Illustrissimae Dominae Blanchae, *omnes Terras, Loca, Iurisdictiones, homagia, superioritates, et Iura quae habet vltra* Padum, *faciendo eo casu quod* Vasalli, et Castellani *praesentes, et qui in futurum erunt pariter et homines dictarum Terrarum promittent et iurabunt obseruare sine strepitu, et aliqua contradictione supra scriptam promissionem, et remissionem facient dictorum* Castrorum, et Locorum *libere, et sine exceptione. Item conuenerunt quod reliquum dicti* Marchionatus *videlicet* ciuitates Castra, Terras, Loca, Iurisdictiones, Iura et Dominia mediata et immediata *existentia* citra Padum *vbicunque, tam in* Monteferrato, *quam in partibus* vltra Tanagrum, *et in quibuscumque aliis partibus in dicti* Illustrissimi Marchionis *mera et libera voluntate, et dispositione remaneant, quae tanquam reseruata esse voluit.*

§. LI.

* *extant apud* DU MONT. *Tom. III. p. II. n. LXXVII. p. 144.*

§. LI.

Anna, Francisci II. *Britanniae Ducis* filia atque haeres *Carolo* VIII. a. 1491. per tabulas dotales *Langesiis* d. VI. Decembr. 1491. confectis * confert *Ducatum* suum Haereditarium *Britanniae Minoris*, tali modo: *Et in fauorem et contemplationem volens et consentiens eidem Dominae* Annae *fauorem maritalem equalem exhibere, ob causas praemissas donauit, cessit, quitauit, dimisit, et transportauit, tenoreque praesentium donat, cedit, quittat, dimittit et transportat irreuocabiliter perpetuo ac hereditarie, in casum quod dictus* Christianissimus *ab hoc seculo transierit dicta Domina* Anna *super viuente, absque liberis ex eorum carne in matrimonio praedicto legitime procreatis, (quod abesse dignetur D. N. Iesus Christus) omne et tale ius, nomen, rationem, actionem et obligationem, proprietatem, ac possessionem dicto Christianissimo antea in praemissis competentes, ita tamen quod, pro euitando Guerrarum incommoditates aliosque sinistros euentus verisimiliter secuturos inter Patrias antedictas, praedicta illustris Domina Anna ad alias nuptias nullatenus conuolabit, praeterquam cum Rege futuro (si illi placuerit et licitum fuerit) vel cum alio proximiore praesumptiuo futuro successore in corona Franciae ante dicta, qui tenebitur in eum casum facere et exhibere dicto* Domino Regi *pro tempore recognitiones et redhibentias feudales*, tam honorabiles *quam* vtiles *hactenus antea debitas ratione* Ducatus *et* Comitatus *praedictorum cum suis pertinentiis, neque poterit, aut sibi licebit dictos* Ducatum et Comitatum *eorumque pertinentias alienare in alias manus quam dicti* Domini nostri Regis, *pro tempore et successorum* Franciae *Regum.*

§. LII.

Ludouicus XII. Galliae Rex cum filiam suam vnicam *Claudiam Francisco Valesio* Comiti tunc Engolismensi a. 1506. desponsaret, Comitatum *Blesensem*, *Astensem*, *Suessionensem* et *Dynastiam Coucy* ipsi *in dotem* constituit, his verbis: ** Premierement,

* extat apud DU MONT. Tom. III. p. II. n. C. XLIII. p. 272.
** c. l. Tom. IV. p. I. n. XLV. p. 88.

ment, incontinent que *Madame Claude de France*, et *Monsieur le Duc de Valois* seront venus en âge requis pour consommer et accomplir led. Mariage, il se consommera et accomplira. En faveur et contemplation duquel *mariage le Roi* constitue *en dot et mariage* à madite *Dame* sa fille les *Comtez de Blois d' Ast*, et *Soissons*, *Seigneuries de Coucy*, et tout ce qu' il a au Roiaume, qui n' est que de l' apanage, en rentenant neanmoins et reseruant à lui l' usufruit des dits *Comtez*, *Terres*, et *Seigneuries*, sa vie durant. Et au cas qu' i celui *Seigneur*, que Dieu doint, delaisse enfant mâle aprés son decés, toutes et quantes fois que bon lui semblera avoir et retirer à lui les dites *Comtés*, *Terres et Seigneuries*, en baillant a madite *Dame*, ou à ses heuritiers, autres Terres a Roiaume, avec titre et preéminence de Duché.

§. LIII

Philippus Sabaudus Comes *Geneuensis* cum *Charlotta Aurelianensi* varias terras *in dotem* obtinuit, prout in Tabulis dotalibus d. 17. Septembr. 1528. fuit definitum.* En faveur et contemplation du quel Mariage mondit *Seig. le Duc de Longueville* à baillé, et delaissé, à madite *Demoiselle Charlotte d' Orleans* pour son partage le droit, part et portion à elle appartenant, à cause de la succession de feu *Monseigneur Louys d' Orleans Duc de Longueville* son Pere, et de feu *Monseigneur le Duc Claude* son Frere, les Terres et Seigneuries de la Mure; le Bourg Doisons, Taix, Valbonnois, Entraiques, le Perier et Claix, et autres Terres et Seigneuries de la Maison de Dunois située au Pais de Dauphine *(fors et excepté Falanier et la Vulpilliere qui sont engagées)* la Terre et Seigneurie de Bray sur Seine, située *en Champagne*, le fief de Rambure situé *en Picardie* la Terre et Seigneurie de Secondigny située en *Poitu* et les terres

* *Apud* GVICHENON *Preuves* p. 611. DV MONT Tom. IV. p. I. n. CCXXII. p. 518.

Terres et Seigneuries d' Estrepaigny et de Guille fontaine situées *en Normandie*, avec les droits, appartenances et dependances, et tout ce qui est compris soubs les receptes desdites Terres sans aucune chose retenir et reserver en icelle, et desdites Terres, Seigneuries et Justices, preeminence, appartenances d' icelles, mondit *Seigneur le Duc* s'est desmis et desaisi, à voulu et veut que ledit futur Epoux en puisse prendre possession de leur autorité, soit receu en foy et hommage des Seigneuries Feodaux dont lesdites Terres sont tenuës, et les Sujets et Vassaux d' icelles fassent les foy et hommages, et portent obeyssance audit futur Espoux, le Mariage solemnisé et accomply, et moyennant lesdites Terres ainsi baillées et delaissées audits futurs Espoux se sont tenus pour contents, pour tous droits, part et portion appartenante à ladite *Demoiselle* en la Succession des sesdits feu Pere et Frere, et à esté convenu et accordé qu' il sera loisible à mondit *Sieur le Duc de Longueville*, ses hoirs et ayans cause de recouvrer et mettre en sa main lesdites Terres *d' Estrepaigny* et *Guille-fontaine* en payent ausdits futurs Espoux *la somme de trente mil livres dedans* trente ans prochainement venants: Lesqvelles Terres dessus declairées, estimées valoir *qvatre mil cinq cents livres de Rente*, seront heritage propre à ladite *Demoiselle Charlotte d' Orleans*, et au cas qv'elle voise de vie à trepas sans descendans de son corps, ledit propre heritage retournera *à la Maison de Dunois*, si d' iceluy propre ladite *Demoiselle Charlotte* n' avoit dispose.

§. LIIII.

Maria, Scotiae Regina *Francisco* II. Henrici Gallicarum Regis filio a. 1588. nupta ipsi *in dotem* Scotiae *Regnum* attulit, his verbis: * Plus à été accordé qu' au cas que du Mariage procede Hoir, ou Hoirs mâles, l' aîné, ou qui representera l' aîné

* *extant tabulae c. I. Tom. V. p. I. n. XV. p. 22.*

aîne, avec le Roiaume de France, succedera *au Roiaume d'Ecosse*, et prendra les Armes des deux Roiaumes, liées ensemble, et sous même Couronne.

§. LV.

Subinde *praeter Dotem* in certa summa constantem etiam terrae fuerunt concessae; *Ioannes* Dux Bituricensis filiam suam *Bonam* a. 1372. *Amadeo* VII Sabaudiae Comiti nuptui collocauit *cum dote centum millium librarum*, cum iure succedendi, si sine masculis defecerit et terris sedecim librarum millia inferentibus, prout Tabulae dotales* habent, his videlicet verbis: Et aussi *Monsieur le Duc* dessus dit promet qu' il fera et prochassera avec tout effait, que Madite *Dame Bonne* sa Fille prendra en Mary et Espoux ledit *Amey*. Et pour contemplation dudit Mariage, et entretenement d' icel, *Monsieur le Duc* dessusdit donra et donne audit *Amey*, en nom et cause *de Dot* de sa Fille, *et pour tout le Droit, portage et droiture qu' elle pourroit avoir es biens Paternaux et Maternaux, cent mille francs d' or par une foy* a payer audit Monsieur le Comte en nom du dit Amey son fils à Baugié aux Termes cy dessous escripts. C' est assavoir, le jour qu' ils seront espousés *trente mille francs d'or*, et par apres de compter du jour dudit Mariage l'an revolu, *dix mille francs*, et de là en outre en chascun an *dix mille frans*, jusques à l' accomplissement et payement de la Somme *de cent mille frans* dessusdite. *Item* accordé, que au cas que ledit *Monsieur le Duc* yroit de vie à trespassement *sans avoir Hoirs masses descendans de son propre corps de loyal Mariage*, ladite *Madame Bonne* sa fille sera sa *Heritiere en tout si elle estoit seule, et s'il en avoit plusieurs elle heritera selon sa portion tant seulement, ce en quoy il la peut heriter:* et aussi au cas que *Madame la Duchesse* Mere de ladite *Madame Bonne* iroit de vie a trespassement *sans Hoirs masses de son corps ladite Dame Bonne* sera sa *Heritiere*, en tout si elle estoit seule, et si elles estoient plusieurs

* *extant apud* DU MONT. Tom. II, p. I. n. LXX. p. 83.

sieurs Filles selon sa portion qui luy pourvoit et devroit avenir, selon le nombre des Filles. *Item* est accordé entre lesdites *Parties*, est desduit en pact, que Mondit *Seigneur le Comte*, fait et consommé ledit Mariage, baillera et deslivrera audit *Antey* son fils pour tenir son estat, tant de Terre qui vaudra *seitze mille frans de revenuë par an*, Chasteaux et Forteresses non comptés en valuë: Cesquelx *seize mille frans* par la maniere que dessus est contenu, luy seront assis et assignes en la Terre de Bresse: et au cas que ladite Terre ne seroit *de si grand valuë*, le surplus luy sera assis et assigné sur l' autre Terre de Mondit *Seigneur le Comte* du plus prés de Bresse.

§. LVI.

Quandoque *Successio* in Regna vel Prouincias *in dotem* fuit definita. Exemplum praebet *Elisabetha*, Ioannis Ducis Gorlicensis, qui frater erat Wenceslai Imp., *filia*, quae *Antonio Brabantino* a. 1409. fuit nupta, cui in casum *deficientium masculorum Ducatus Gorlicensis* in Dotem fuit concessus, vna cum *iure reluendi* Ducatum *Luxenburgensem*, *cum comitatu de* CHINY, *et* Advocatia *Alsatiae* (quae omnia *Iodocus* Marchio Morauiae a *Wenceslao* Bohemiae rege vi *pignoris* tenebat possidebatque) cum suis pertinentiis. (*) *Sic videlicet: Quod nos eandem Neptem nostram* Elisabeth *praedicto* Antonio Duci Brabantiae *tradere debemus et volumus legitimam in vxorem. Cui etiam* Elisabeth *Nepti nostrae, in fauorem huius matrimonii, roboramus, approbamus, ratificamus et confirmamus omnia iura, successiones et deuolutiones, quae sibi de iure, consvetudine, et ordine, post nostram, nec non Serenissimi Domini Sigismundi Regis Vngariae, fratris, et etiam illustris Iudoci Brandeburghensis et Morauiae Marchionis*, Patrui, *nostrorum carissimorum, mortem, possunt competere quouis modo. In casu videlicet,* quo

(*) extat pactum apud MIRAEVM *Donat. Belg.* lib. II. c. CXXXIV. p. 999. LÜNIGIVM *Cod. Germ. Diplom. Tom.* II. p. 1283. et DV MONT *Tom.* II. P. I. p. 325.

quo Nos Regem Vngariae, et Iudocum Marchionem, liberis et heredibus ex nostris corporibus procreatis, post nos non derelictis, ab hac luce *(quod avertat Deus)* migrare contigerit. *Quo casu Nos* Wenceslaus Romanorum et Bohemiae Rex, *ipsam* Elisabeth *reddimus habilem, et habilitamus* ad succedendum. *Debebit quoque ipsa succedere*, et succedet ad omnes dignitates, Principatus, dominia et terras nostras, *nec non eorumdem* Regis Vngariae et Marchionis, *pacificè et quietè, iure et Ordine, vt supra, impedimentis non obstantibus quibuscumque. Item quo casu* nos, Regem Vngariae et Marchionem Iudocum heredes et liberos ex nostris corporibus procreatos habere contigerit, *tunc* Ducatus Görlicensis, Marchionatus Lusatiae, *nec non alia dominia, siue terrae, quos, quae et quas* Ioannes *quondam* Dux Görlicensis, *praefatae* Elisabeth *Genitor, habuit, dum vixit in humanis, tenuit et possedit, ad ipsam* Elisabeth, liberos et heredes suos *deuoluentur, et pertinebunt pleno iure, impedimentis non obstantibus quibuscumque. Item praefatae* Elisabeth Nepti nostrae *facimus et indulsimus, Regiaque auctoritate Bohemiae indulgemus, vt ipsa, et eius nomine* Antonius *praedictus*, Ducatum Luxemburgensem, *cum* comitatu de Chiny, *et* Aduocatia Alsatiae *cum suis pertinentiis* (quae omnia praefatus Iudocus a Nobis Bohemiae Rege supra dicto, vi pignoris, tenet et possidet) *ab eodem* Iudoco *redimere, et exsoluere possit et valeat. Quae etiam* Elisabeth *se de cetero, quamdiu sibi vita comes fuerit, eiusdem* Ducatus Luxemburgensis DVCISSAM *poterit effectualiter nominare. Et si eandem* Elisabeth liberos et heredes, vt speratur, habere contigerit, tunc huiusmodi sui liberi et heredes ad ipsum *Ducatum Luxemburgensem*, Comitatum *Chiny et Aduocatiam Alsatide succedere debebunt, et succedent, et Vasalli Regni, et Coronae Bohemiae hereditarie nuncupari, ipsorumque* Ducatus, Comitatus et Aduocatiae *erunt veri heredes et Domini.* Item *si praedicta* Elisabeth liberis et heredibus *ex iam dicto matrimonio non* derelictis, *dies suos clauderet extremos, vel etiam ipsa* Elisabeth, liberis *ex huiusmodi matrimonio* existentibus, *decesserit, et postea iidem liberi et heredes etiam decederent, tunc idem* Antonius, *heredes et successores sui*, Ducatum Luxemburgensem, *cum* Comitatu Chiny, *et etiam* Aduocatia Alsatiae,

cum

cum territoriis, ciuitatibus, Villis, opidis, castris, Fortalitiis, et eorum uniuersis pertinentiis (Castro Fels dumtaxat excepto) *pro huiusmodi summa pecuniae, pro qua ipsa* Elisabeth *seu* Antonius, *suo nomine, ipsos et ipsam a praefato* Iudoco, *virtute Indulti* (vt praemittitur) *redemerit et exsoluerit, absque aliqua fructuum, redditu-um et prouentuum de eisdem* Ducatu Luxemburgensi et Comitatu Ching, *et etiam* Aduocatia Alsatiae, *perceptorum defalcatione, quos in sortem ipsius summae principalis computari nolumus quoquo modo, verum ipsos eidem* Antonio *donauimus et donamus, de gratia speciali, titulo veri et iusti pignoris, habere, tenere et pacifice possidere, cum omnibus suis pertinentiis quibuscumque debeant et debebunt, tenebunt et possidebunt, ita ample et integrè, sicut* Dux Wenceslaus *defunctus tenuit vnquam, illos et illam, ipso viuente Tamdiu et quousque eidem* Antonio, *vel suis heredibus et Successoribus praefata* pecuniae *summa per nos, heredes, et successores nostros vna* cum centum et viginti millibus florenorum Rhenensis monetae, *quos praefata* Elisabeth, *in subsidium felicis consummationis dictae suae parentelae et matrimonii, in et super ipso* Ducatu Lucemburgensi, Comitatu Chiny, *et etiam* Advocatia Alsatiae, *cum pertinentiis suis, nos* Wenceslaus *de munificentia nostra speciali dedimus, et gratiose deputauimus, parata in pecunia, data, persoluta et numerata fuerit integraliter et ad plenum.*

§. LVII.

Iacobaea, siue *Iaqueline*, Guilielmi *Ducis* Bauariae, Hannoniensis et Hollandiae *Comitis* filia *Ioanni de Francia*, Ducis de Touraine a. 1415. nupta *ipsi ius, masculis deficientibus* in Hannoniae, Hollandiae, Selandiae et Frisiae *Ducatum succedendi* in dotem attulit, prout verba habent. * Que s'il arriuoit que nous *Iaqueline* susdite, survécussions nôtre *Seigneur et Pére* susdit, nous et nos descendans succederions, aux *Païs de Hainaut* de *Hollande*, de *Zelande* et de *Frise* avec leurs appartenances, pourvû qu' au iour du deces de nôtre dit, *Seigneur et Pere*, il ne laissât *point de Fils legitime*, pour laquelle raison la direction et

* *apud* DV MONT. *Tom.* II. n. XXV. *p.* 48.

possession des susdits *Pais et Seigneuries*, le cas échéant comme dit est apartiendroit à nous *Duc de* Touraine comme *Mari et Tuteur* de nous *Iaqueline* susdite et hereditairement *aux Enfans procréez de nous.* Et comme *nôtre cher Pére* susdit a cause de l' affection naturelle qu' il a d' obligation, *pour ses Païs et Suiets*, desire, et veut qu' aprés sa mort, ils soient gouuernez et maintenus en tel honneur droits et louables coutumes que ses *Ancêtres* les ont tenus et gouuernez, et comme il l' a fait lui même et pretend le faire ci aprés iusques a sa mort, nous ayant memes donné souvente fois les enseignements et instructions pour l' imiter avec honneur, nous reconnoissons, que ces avis, instructions et enseignemens a l' égard des susdites choses, seront honorables et profitables, pour nous et nos héritiers si nous en avons, et memes aux Pais, Seigneuries et Suiets susdits, dont nous remercions notre cher Pere.

§. LVIII.

Obtinebat tamen apud *Gallos*, vt, si *terrae vel fundi* filiabus Regum *in dotem* aut pro *sustentatione* fuerint concessi, ab illis *non tanquam haereditas* possideantur, aut legitima, sed tantum ut adsignatio quaedam, *cuius fructus ad illos tantum et liberos ab illis per legitimum matrimonium procreatos*, pertineat, nec vltra extendatur: De quo LOYSEAV* Quant aux terres baillées en mariage, aux filles de France, auparavant l' ordonnance du domaine elles n' estoient pas estimées reversibles, si non en defaut des males et femelles, comme DV TILLET prouve bien; pour ce que la premiere concession estant faicte a vne fille, monstroit asses que les femelles en estoient capables, et toutesfois la reversion ne laissoit d' y estre sousentenduë, a cause *de la nature du domaine, qui ne peut estre aliené d' alienation du tout irreuocable*, qui fut neantmoins vne de nos plus grandes querelles contre les Anglois, pour le *Comté de Vexin*, donne en mariage a *Madame Margueritte de France*, fille du *Roy Louys le Ieune*,

* *des droits des offices liv.* IV. ch. IX. n. 23. seqq. *apud* LIMNAEVM *Notitia Regni Franciae* lib. II. c. XIV. p. 931.

Ieune, mariée a *Henry* III. *Roy de Angleterre*, qui mourat *sans enfans*. Mais aujourd'huy ceste difficulté ne peut plus arriver; pource que les *terres du domaine ne sont plus baillées purement* et simplement en mariage *aux filles de france*, ains seulement en payement des deniers dotaux a elles liquidement promis, et comme en engagement, ou vente, a faculté de rachapt: et neantmoins pour le respect et merite du *Sang Royal*, cela est accompare, a tout, est par tout, au vray appanage mesme est souvent dans nos livres appellé de ce nom.

§. LIX.

Subinde *iura* in Dotem fuerunt concessa, vel confirmata, prout *Henricus* IV. Imp. fecit, filiam suam Ptolomaeo despondens, de quo PETRVS DIACONVS: * *Imperator inter vrbem* Romam *ingrediens, et Pontificem exinde discessisse praenoscens*, consules, Senatores ac Proceres, *partim donis, partim promissis ad se attrahens*, Ptolomaeo *Illustrissimo* Octavia stirpe *progenito*, Ptolomaei *magnificentissimi* Consulis Romanorum *filio*, Bertam *filiam suam in coniugio tradidit, eique dona perplurima conferens, quicquid auus eius* Gregorius, *aliique parentes habuerant, vel retinuerant praedicto* Ptolaemeo, *et haeredibus eius Imperiali auctoritate in perpetuum confirmavit*.

§. LX.

De Iacobo I. Arragoniae Rege dicit BERNHARDINVS GOMESIVS: ** *Eo ipso tempore Iacobus omne id ius, quo etiam repetere in Prouincia Folchalcheriensem, Arelatensem, Avenionensem et Massiliensem* ditiones poterat, *Margarithae Francorum Reginae Raimundi Berengarii Provinciae Comitis fratris filiae attribuit. Sed cum iis Carolus, Ludouici Regis frater germanus, qui Beatricem* eiusdem *Raymundi Comitis filiam natu minimam vxorem duxerat, esset potitus, eas siue iusta, siue iniusta possesione, Ludouico permittente, retinuit*.

* *Chron. Casinensi* lib. IV. cap. LXI. ap. MORAT. T. IV. p. 529.
** *vita Iacobi*. I. lib. XV. p. 522.

§. LXI.

Violanta, Theodori Marchionis *Montisferratensis* filia *Aymoni* Sabaudiae Comiti a. 1330. nupta, *quaedam iura in Terras* attulit, prout tabulae desuper confectae * habent: *Cuius matrimonii contemplatione praedictus* Dominus Marchio *constituit* in dotem *dictae Dominae* Violantae *dat, tendit, cedit, et concedit omnia iura sua, et rationes sibi competentes et competentia, competituras et competitura in Castris, Villis Lancei, Cyriaci, et Casellarum, et eorum mandamentis, et in terris, pratis, vineis, nemoribus, alpibus, aquarum decursibus, domibus, servitiis fictis, et omnibus Minis cuiuscumque metalli existant, taillis, homagiis, fidelitatibus, feudis, emphiteotis, laudibus, venditionibus, iurisdictione, meris, et mixtis Imperiis, et rebus aliis vniuersis cum eorum pertinentiis quaecunque sint, et quocumque nomine censeantur, pacto et conuentione expressim talibus appositis, quod si dictus* Dominus Comes (quod Deus auertat) *praemoriretur dicta* Domina Violanda superstite, *quod ipsa* D. Violanda *vnà* cum dote sua, et dotalicio *liberè redeat* ad Dominum Marchionem *vel eius haeredes iuxta beneplacitum, et voluntatem dicti* D. Marchionis, *vel eius haeredum seu successorum, et Dictae* Dominae Violandae. *Si vero dicta* Domina Violanda *praemoriretur dicto D.* Comite superstite sine liberis, *quod dicta* data in dotem absque dotalicio sine donatione propter nuptias *dicti* D. Comitis *redeant libere ad dictum* Dominum Marchionem *vel haeredes, et successores ipsius;* saluis semper rationibus dotalibus *illustris* Dominae Margarethae de Sabaudia *dudum Marchionissae Montisferrati caeteri casus* dotis restituendae *iuri communi; ita tamen quod in praedictis omnibus casibus, seu in aliquo alio casu dotis restituendae, non possit impediri restitutio dictae* dotis *per aliqua iura acquisita per ipsum* D. Comitem, *vel eius praedecessores, vel per dictam* Dominam Margaretham *ex alia causa quam ex ea* dotis *ipsius* Dominae Margarethae: *Et si contingeret dictam* Dominam Violandam *decedere* superstitibus *ex ipsa* Liberis Masculis *ex dicto D. Comite procreatis quod iura quae habet, vel haberet dictus D.* Comes *vltra dicta* data in dotem *per dictum* D. Marchionem *dictae* Dominae Violandae, *siue dicto* D. Comiti *in castris praedictis perueniant ad dictos* Liberos, si ius commune postulat, et requirit.

§. LXII.

* *extant apud* DV MONT. *Tom.* I. p. II. n. CLXXVIII. p. 121.

§. LXII.

Margaretha de *Bellojoco* a. 1362. *Iacobo* Sabaudo, Achayae Principi nupta, remittit marito ſuo *omnia iura et actiones* in haereditatem Belloiocenſem, his verbis: * *Et remittere debeat dicto* Domino Belliioci, omnia iura, partes, portiones, actiones reales, perſonales, meras, mixtas, vtiles, directas, et alias quaſcunque ſibi competentes et competentia quacunque ſibi occaſione, et quibusuis titulis, ſeu cauſis, in omnibus et ſingulis haereditatibus, rebus, bonis et Iuribus *quibuscunque, quae fuerunt bonae memoriae Domini* Eduardi, et Dominae Mariae *de* Til *Dominae quondam* Belliioci *Patris, et Matris dictorum Domini* Anthonii *Domini nunc* Belliioci, *et dictae* Domicellae Margaritae, *quaecumque ſint* ipſa bona et iura, *vbicumque, et quocumque nomine nuncupentur, ſalua dictae* Domicellae, *et expreſſe reſeruata, ſi et quando continget legitima ſucceſſione, et eſcheuta, ſaluis etiam, et expreſſe reſeruatis eidem* Domicellae, *quod in caſu quo dictus* Dominus Belliioci, *quod abſit, ſine liberis maſculis legitimis, vno vel pluribus, ex ſuo proprio corpore procreatis, decederet, eidem* Domicellae, *ſalua ſint, et remaneant omnia iura ſua omnesque actiones quaecunque, et qualescumque ſint, quae, et quas nunc habet, et pro futuro tempore poterit habere, ex quibuscunque cauſis in omnibus, et ſingulis haereditatibus, bonis, rebus, et iuribus paternis, et Maternis ſupradictis, non obſtante fienda quittatione praedicta, quia ſic vt praemittitur actum et conuentum extitit inter Partes praedictas.*

§. LXIII.

Iacobo III. Scotiae Regi dum a. 1470. cum *Chriſtiani* I. Danorum Regis filia deſponſaretur, *iura* ipſi in *Orcades et Scherlandicas* inſulas fuerunt conceſſa, de quibus BVCHNANVS: * *Interea legati in* Daniam decreti, *vt* Margaritam *Dani Regis filiam*, Iacobo *peterent vxorem*: *vtque proſpicerent, quoad fieri poſſet*, vt vetus controuerſia, de Orcadibus et Scherlandicis in-

* c. l. Tom. II. p. I. p. 39.
** lib. XII. p. 431.

cis insulis, *magnis vtriusque gentis cladibus exercita, tolleretur, Princeps eius legationis fuit* Andreas Stuartus, *Valteri filius, idemque* Scotiae cancellarius. *De nuptiis facile cum* Dano *transactum* omni iure, *quod in omnes circa Scotiam insulas maiores eius sibi arrogarent*, dotis nomine remisso: *tantum vt priuatis agrorum possessoribus caueretur, vt agros, quos ibi haberent vti ante possederant, ita tenerent, sunt, qui* pignori oppositos *donec* dos solueretur. *scribant: Sed postea* Iacobo *nepoti ex filia recens nato*, Danum omne ius *suum in perpetuum cessisse*.

§. LXIIII.

Anna Sabaudica Ludouici XI. Regis Francorum neptis ex sorore *Friderico* Arragonio Ferdinandi Siciliae Regis filio secundogenito a. 1478. *in dotem* a dicto Ludouico constitutam attulit Comitatus *Russilionis* et *Ceritaniae*, prout ex tabulis dotalibus * patet: *Item praefatus* Christianissimus *Dominus* Ludouicus Rex Francorum *promisit dictis* Antonio, Thomasio, et Lanceloto *Procuratoribus recipientibus, et stipulantibus dictam* dotem (*modo quo supra consistentem*) *tradere et assignare praedicto* illustrissimo Domino Frederico *in infra scripto, pacto et conditione videlicet, quod si casu contingat dictum Matrimonium* dissolui per obitum *dictae* illustrissimae Damisellae Annae *superstite dicto* illustrissimo *Domino* Frederico *tali casu existentibus Filiis ex dicto Matrimonio ipse* illustrissimus *Dominus* Fredericus *durante vita sua remaneat* Dominus dictae dotis, *seu dicti Status qui* pro dote ipsa *assignabitur et post mortem suam deueniat ad filios seu filias dicti Matrimonii. Si vero ex dicto Matrimonio non remanserint filii, tunc ipse* illustrissimus *Dominus* Fredericus *remaneat* integraliter Dominus *dictae* dotis, *et dicti* Status, *et accipiendo deinde aliam vxorem, et procreando filios, dictus* Status *remaneat apud ipsum* illustrissimum *Dominum* Fredericum, *et eius filios ex secundo Matrimonio procreandos, et in casu, quo ipse* Dominus

* *extant c. l.* Tom. III. p. II. p. 40.

[illegible] *moriatur*, [illegible] *Status* [illegible] *Coronam Regni Franciae.*

§. LXV.

In Tractatibus pacis *Nouiodunensis*, d. 13. Augusti 1516. sponsalia inter *Carolum* Castellae Regem atque *Ludouicam* Francisci I. filiam fuerunt definita, concessis *in dotem* omnibus Regis Francisci *iuribus in Regnum Neapolitanum*, his verbis: * ledit *Seigneur Roi tres-Chretien* son Pere lui constitue *en dot*, et au dit *Roi Catolique* son futur Epoux, *tout le droit, nom, raison, action et querelle qu'il pretend lui competer et appartenir au Roiaume de Naples*, et aussi la meublera et enjoaillera de tous meubles, habits, joiaux, tels qu'à son Etat apartient.

§. LXVI.

Quandoque *debita in dotem* fuerunt data, prout in compositione inter Ducem *Lotharingiae* et Comitem *Gelriae* a. 1204. fuit definitum: ** *Dux dabit filiam suam filio* Comitis *Gelriae*: si vero nunc promissa moriatur, proximam ille habebit: idem *de filio Comitis* dictum est: *Debitum paratum quindecies centum marcarum*, quod Dux tenet à Comite, *dabit filiae suae in dotem* filio Comitis.

§. LXVII.

Dotalitium ex priori matrimonio *in dotem* conceditur *Christinae* Danicae *Francisco* Lotharingo [illegible] 1540. *** nuptae, in quo definitur: Et en faveur et contemplation dudit Mariage, ladite *Dame Duschesse* aura et emportera *en dote* les rente et *Doüaire qu'elle a et lui competé en la Duché de Milan*, par vertu de son *premier Mariage* avec de recommandée memoire le feu *Duc de Milan Francisco Sforcio*; ensemble ses autres biens quelconques, et tous droits tant paternels, maternels que autres, com-

* *extant Tabulae apud* DU MONT. Tom. IV. p. I. p. 226.

** *extat in* LÜNIGII *Cod. Diplom. Germ.* Tom. II. p. 1746.

*** *extant tabulae apud* DU MONT. Tom. IV. p. II. n. CCXXVII. p. 193

comme ils luy appartiennent et sont reservez par le Traicté dudit premier Mariage, ypothecques, assignaulx, et seuretés ces en faictes, et aussi par celuy d'entre *tres-Illustre Prince Monseigneur le Duc Fridericq Palatin*, et tres excellente Princesse *Madame Dorothée Princesse de Dennemarque* Soeur aisnée de madite *Dame la Duchesse*. Lesquels Traictez se obserueront selon leur forme et teneur. Et pour plus grande seureté desdites *rentes et Doüaire constituez et assignez à ladite Duchesse en l'Estat dudit Milan*, ladite *Maiesté Imperiale* en fera nouvelle confirmation en bonne forme, promettant de non disposer dudit *Estat de Milan* comme ny pour qui que ce soit, si non avec la charge desdites *rentes et Doüaire*, et moyennant l'expresse reservation d'icelle, et laquelle elle declairera par ladite confirmation estre faicte dés maintenant avec clause irritante de tout ce que pourroit faire au contraire: Et en oultre est, accordé et traicté, que si durant ledit futur Mariage ladite rente se rachete, le prix et sort principal qu'est *de cent mille escus*, se convertira et employera de bonne foy en acquisition de Seigneuries, et Terres, et sortiront iceulx *cent mille escus nature d'heritaige* au proffit de madite *Dame la Duchesse*, et ses Hoirs descendans d'elle; et au deffault d'iceulx pour Sadite Maiesté, et les siens selon lesdits Traictez; et se accorde du consté de Sadite *Maiesté*, que en cas que lesdits *Seigneurs Duc* et *Marquis* survivent ladite *Dame Duchesse* decedant sans lignée, ledit *Seigneur Marquis* ioyra desdits *cent mille escus* ou rente que s'en acquerra sa vie durant.

§. LXVIII.

In constituenda vero *dote* Imperantes *subsidium extraordinarium* à Statibus suis postulant. Apud *Gallos* hoc usitatum, de quo TILLETUS: * *solebant* Reges collationes subditis dominii sui *imperare, quando filias suas elocabant, talemque exegit Rex Philippus Pulcher cum secunda ipsius filia, Isabella, Regina Angliae nubebat. Atque hinc Vasalli Regis percipiebant* [illegible] *a subditis*

* *Recueil des Roys de France*. p. 254.

[illegible] *filiis* [illegible] *collationem exigebant, et partem ipsi perciperent, prae-* [illegible] *Regi.* [illegible] *totam Regi in materia* [illegible]*, qui mense Octobri MCCLXX* [illegible] *ne illa liberalitas, ipsis imposterum damnosa esset, quatenus ad ius consuetudinarium retinendae partis.* Hoc ius receptum, approbatumque fuit tribus decretis *Parlamenti*, sub tempus festi candelarii anno MCCLXX. Item adnoscit RAGVEAV:* Le Roy par generale coustume prend *taille* sur tous ses subiects de son domaine immediatement, *lors qu'il marie sa fille.* Ideoque *Carolus* VI. Rex Gallorum dum Isabellam filiam primogenitam nuptui collocaret, in Regno suo *subsidium extra ordinem* indixit, de quo P. DANIEL.** *Fridericus* II. Imp. cum *Alberto Degeneri* Misniae Marchioni et Thuringiae Landgravio *Margaretham* filiam nuptui collocaret, *Iustitiario Terrae Laboris* mandat: *** *Et ideo cum* pro maritagio *filiae nostrae charissimae, quam filio* N. Marchionis Misnensis *decreuimus copulandam a fidelibus nostris regnicolis subuentionem placeat exhiberi fidelitati tuae firmiter et districte praecipiendo mandamus, quatenus 3. Calend. proximi futuri mensis Aprilis, cum* generalis collectae pecuniam *possibiliter credimus recollectam*, medietatem totius generalis collectae *praedictae, praesenti Anno, de mandato nostro in tua Iurisdictione taxatae, per singulas Iusticiariatus eiusdem tuae iurisdictionis discretione prouida imponi facias et recolligi, festinanter eam ad nostram Cameram destinandam.*

§. LXIX.

Ad *dotem* filiae Regiae *Primogenitae* Angliae vasalli immediati sunt obligati, de quo CHAMBERLAYNE: On donne la qualité des Princesses aux Filles d' Angleterre. **** *Chaque Vasall immediat*, ou autre *qu' est obligée a service de Chevalier ou de Routure*, doit à la Fille *Ainée d' Angleterre* vne certaine

Yyy 2

* en l' *indice des droits Royaux* p. 29. LIMNAEVS *Not. R. Franciae lib.* II. c. XXI. p. 931.

** HISTOR. DE FRANCE Tom. II. [illegible]

*** *apud Petrum de* VINEIS lib. VI. cap. XVI.

**** de l' Angleterre ch. XII. p. 128. [illegible]

taine *somme d'Argent*, qui lui tient lieu *de Dot*, et c'est un crime de la haute Trahison que d'attenter à son honneur pendant qu'elle est Fille.) Idem in Aquitania atque Sicilia observari tradit *Caspar* KLOCKIUS.*

§. LXX.

